# THEODORETI EPISCOPI CYRENSIS GRAECARUM AFFECTIONUM...

Theodoret (Bishop of Cyrrhus.), Friedrich Sylburg

Digitized by Google

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
Class

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ

ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

---

# THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

GRÆCARUM AFFECTIONUM

CURATIO.

AD CODICES MANUSCRIPTOS

RECENSUIT

THOMAS GAISFORD, S.T.P.

ÆDIS CHRISTI DECANUS NECNON LINGUÆ GRÆCÆ PROF. REG.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXIX.

Digitized by Google

BT1116
T64

GENERAL

Digitized by Google

# LECTORI.

IN eximio Theodoreti hoc opere recensendo usus sum duobus optimæ notæ codicibus manuscriptis, membranaceis, seculi ni fallor undecimi, altero (quem voco B.) Bibliothecæ Bodleianæ n. olim 2410, 3., nunc vero Auctar. E. 2, 14., altero (C.) Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, inter Coislinianos n. CCL. Priorem ipse ad editionem Sylburgianam exegi, posteriorem rogatu meo cum eadem editione contulit eruditus juvenis E. Millerus. Et quum B. post p. 157, 41. ed. Sylb. foliis aliquot avulsis mancus sit, defectum hunc utcunque supplere conatus sum in consilium adhibendo tertium codicem (D) chartaceum, recentem admodum, sed qui ex exemplari non contemnendo descriptus videtur, Bibliothecæ Bodleianæ inter Canonicianos n. 27.

Lectionibus, quas libri modo memorati præbuerunt, immiscui alias Fulvii Ursini studio e MSS. quibusdam Vaticanis aliisque (vid. varr. lectt. infra p. 474.) erutas, et a Garnerio tandem in Appendice ad editionem Sirmondianam publica luce donatas. Ursinus scilicet hunc librum, hactenus, nisi in versione Latina Zenobii Acciaoli, ineditum, e prelo emittere voluerat; inque eum finem apographum ejus vel ipse confecerat vel fieri curaverat variarumque lectionum supellectile unde unde desumpta instruxerat: hoc autem consilium morte præpeditus exsequi non potuit. Apographo hoc in Bibliothecæ Vaticanæ thesauros postmodum illato ita demum usus est Garnerius, ut in duas columnas omnes ejus copias



Digitized by Google

distribueret; quarum in sinistra scilicet apographi verba seorsum posuit, in dextra vero diversitatem lectionis, quam vel ex libris manuscriptis Theodoreti, vel ex auctoribus antiquis unde hausit Theodoretus, congesserat Ursinus, et in margine apographi reposuerat. Non dubito igitur lectiones columnæ sinistræ, a me literis Va notatas, e codice aliquo msto derivari: neque minus mihi constat reliquas, quas Vb nomino, non solum mss. sed aliqua saltem ex parte exemplaribus veterum scriptorum, veluti Platonis, Eusebii etc. deberi: immo nonnunquam meras esse conjecturas sive ipsius Ursini, sive alius cujuspiam viri docti. Has itaque caute adhibendas existimo: neque quis succensebit, si in iis repetendis paullum licentiæ mihi sumpsisse deprehensus fuero.

Addidi versionem Latinam Zenobii Acciaoli, attamen non prout a Sirmondo emendata est, sed cum Sylburgio integram illibatamque. Is interpres, haud sum nescius, in sensu verborum sententiarumque exprimendo sæpe fallitur: in reddendo tamen vestigia codicis ms. quem usurpavit adeo presse secutus est, ut non raro de scriptura istius codicis exinde possit decerni. Igitur non omittenda erat hæc interpretatio, quippe quæ sit inter apparatum criticum ponenda; licet in scriptore paucis difficultatibus obsito alioquin ope ejus haud ægre careremus.

Digitized by Google

## *Fratris Zenobii Acciaoli Florentini ordinis Prædicatorum Prologus ad Leonem X. Pontificem Maximum in libros Theodoriti, quorum titulus,* Curatio Græcarum affectionum, *e Græco idiomate in Latinum conversos.*

SCITA est Salomonis sententia, Leo Decime, summe Pontifex, *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur.* Quæ si, ut pleraque solent scripturæ verba, de literario sensu ad ethicum inflectantur, opportune nos admonere putanda sunt, ut in eos homines a quibus beneficia acceperimus, quas possumus vices grato animo referamus. Quod itaque ad me attinet, cum ab ineunte adulescentia decursum vitæ spatium ad hoc ætatis usque considero, ita me video perpetuo quodam liberalitatis tenore a familia vestra fotum semper ornatumque fuisse, ut quæcumque homines vel tuendæ vitæ vel excolendo ingenio sibi necessaria esse cognoscunt, ea ubertim semper in me collata, solis Medicibus referam acceptissima. Nam et magnificus Laurentius pater tuus, annos me natum quatuor de viginti, extorrem in patriam revocavit, ubi apud nobiles consanguineos suos eosdemque meos affines, in bonarum artium studiis, quæ tunc Florentiæ vestris præsidiis floruerunt, jucundissime diu vixi. Et ne tunc quidem, cum mundi vanitatem pertæsus religionem cum priore vita commutavi, gentis vestræ beneficiis umquam carui. Etenim in cœnobio divi Marci, quod magnus Cosmus proavus tuus a fundamentis exstruxit, Deo jam annos aliquot famulatus, e publica gentis vestræ bibliotheca, quam Cosmus ibi luculentam aperuit, et ex ea quam jussu patris tui Johannes Lascaris, generosus homo atque doctissimus, e Græciæ latebris Florentiam importavit, fructus maximos suavissimosque percepi; sæpe etiam ibi cum patribus illis meis ab ingruentibus maximis periculis bonitatis tuæ præsidio liberatus. Ad quæ patris in me tui majorumque tuorum beneficia tu id mihi seorsum, Pater beatissime, contulisti, quod ad pedes tuos gratulandi causa provolutum in urbano sancti Silvestri oratorio ad honestam

Digitized by Google

studiorum quietem humanissime collocasti, nostræque ætati jam ad senectutem vergenti deesse nil pateris, quod ad religiosi studiosique hominis necessarios usus commodaque pertineat. Cum itaque ob ingentia tua in me beneficia redundare in te debeat quicquid a me per hoc abs te mihi concessum otium excudatur, dedicandos tibi putavi quos nuper Theodoriti Cyrensis Episcopi Græcos libros de spirituali Græcarum affectionum medicina Latinos feci. Ad hoc vero illud me etiam invitavit, quod ex his studiorum meorum laboribus sperabam cum certissima officii mei ratione aliquam Christianæ Ecclesiæ utilitatem conjunctam fore. Quæ profecto latiore ambitu sese fundat necesse est, ubi sedis apostolicæ majestas dedicatis sibi libris auctoritatem roburque adjungit. Cæterum Theodoritus hic ad usque Theodosii junioris tempora supervixit: quæ sane ipsa maximis suis virtutibus honestavit. Probus enim doctusque homo; quales ea tempestate plerique omnes Episcopi viguerunt; quibus artibus ad Episcopalem thronum assumptus est, eas cum ingenti sui laude magnaque Ecclesiæ utilitate semper exercuit. Complures enim scripturæ sanctæ libros commentariorum facibus illustravit. Tum et historiam de Ecclesiæ statu conscripsit, orsus ab Arrii persequutione: decemque præterea de divina providentia libros edidit. Quos autem nuper ipse in Latinam linguam converti, tametsi contra sui temporis infideles Græcos Gentesque conscripsit, tamen quia quæcunque bona sunt, ut Jacobus ait Apostolus, de supernis locis feruntur a patre luminum, cujus diffusa bonitas nullis angustiis coarctatur, non minus ad hæc quoque tempora omnemque posteritatem pertinere putanda sunt, quam quæ olim ab Apostolis aliisque Patribus scripta ad præsentis Ecclesiæ doctrinam nostræque vitæ institutionem scripta esse cognoscimus. Equidem non sine Dei consilio factum puto, quod hos mihi Theodoriti libros Johannes Franciscus Picus, princeps ætatis nostræ doctissimus, indicarit, meque ut Latinos facerem magnopere adhortatus sit. Etenim sicut olim, cum Philostrati de Apollonio Tyaneo historia typis excusa in vulgum prodiit, ego Cæsariensis Eusebii[a] librum mihi ab Johanne Lascari indicatum

[a] Rarum hoc Eusebii opus est in bibliotheca privata gentis Medicæ, cum Justini Athenagoræ et Tatiani opusculis in eodem codice. [Nescio an is codex MS. nunc servetur Bibl. Reg. Paris. n. 451.]

Digitized by Google

Latinum feci, qui contra venenum Philostrati antidotum quoddam esset; ne quis videlicet ejus fabulosa historia circumventus Pythagorici Hieroclis exemplo Apollonium Tyaneum parem Jesu Christo facere auderet, sed veneficum hominem planumque agnosceret: ita nunc quoque cum Platonem Græce impressum circumferri audiam; cujus quidem philosophi singularis est eloquentia, sed plurimis tamen locis perniciosa Christianæ Ecclesiæ semper fuit auctoritas et doctrina; non ab re fecisse me putem, qui libros eos Theodoriti Latinos fecerim, quibus et Platonis[b] et multorum præterea Philosophorum pugnantes sibi maximis de rebus sententiæ, perniciosaque instituta humanæ vitæ moribus, proderentur: ut evitare nostri possint quæ apud Philosophos noxia esse cognorint, majorique pietate atque ardentiori studio sacris legendis litteris inhærescant. Marsilius Ficinus, qui proavi tui liberalitate adjutus Platonem sæculi nostri hominibus ac Plotinum Latinos fecit, sæpius mihi dicere inter loquendum solebat, factum providentia Florentini præsulis Antonini, quo minus e Platonis lectione, quam inde a pueris summopere adamavit, in perniciosam hæresin prolapsus fuerit. Bonus enim pastor, cum adulescentem clericum suum nimio plus captum Platonis eloquentia cerneret, non ante passus est in illius Philosophi lectione frequentem esse, quam eum divi Thomæ Aquinatis quatuor libris contra Gentes conscriptis quasi quodam antipharmaco præmuniret. Cur autem non his quoque temporibus in tanto litterarum Græcarum studio, politiorisque philosophiæ desiderio, abs te, beatissime Pater, tuisque a ministris, pari aliqua ratione consulendum gregi tuo existimemus? Ego vero tanto nunc majore studio tibi tuisque omnibus evigilandum puto, quanto majores diaboli rugientis insidias idcirco formidare debemus, quod te præside populi Christiani, quem non turpis ambitio, sed explorata virtus Deique providentia in Petri solio collocavit, magna passim exspectatio est, religionem, fidem, probitatem, liberalesque artes, jure quodam postliminii, de situ ac diuturnis tenebris in nitorem candidissimum redituras. Ne itaque inimicus homo tam bonæ segeti

[b] A Platone Platonisque sectatoribus omnes ferme hæreses in Ecclesia prodiisse testatur D. Hieronymus.

Digitized by Google

zizania sua commisceat, quæ meæ partes fuerunt, non mea quidem, quæ minus auctoritatis habitura erant, sed doctissima Theodoriti monumenta studiosis omnibus legenda proposui. Quibus qui legendis oculos animumque admorint, tam multiplici rerum cognitione plena invenient, ut facile confessuri sint, nullos eum poëtas, nullos oratores, nullos historicos, nullosque præsertim philosophos latuisse: nullusque tam doctus sit homo, qui ex ejus lectione, nova sibi atque inaudita quamplurima non sit accepturus. Quod si, ut Plinius quoque testatur, nullus tam malus est liber, quin ex eo boni aliquid capi possit, quam denique carus esse ille omnibus debet, qui mali quidem nihil apportat, sed explosa Gentium falsitate puram nobis religionem pollicetur ac præstat? Utinam vero, beatissime Pater, stili quoque nitorem, qui summus in Theodorito conspicitur, exæquare vertendo licuisset; consummatum profecto librum Latini homines habuissent. Boni tamen, quæso, consulant quod in Ecclesiæ Romanæ gazophylacium de paupertate nostra contulimus, nostramque hinc erga te pietatem gratique animi officium, sicut tibi probatum iri non dubitamus, ita ipsi quoque non aspernentur. Rerum vero utilitatem nostræ, si quam forte invenient, ineptiæ rependentes, Theodoriti curationem, Pontificis illius auspiciis prodeuntem, quem Deus laboranti Ecclesiæ salutarem medicum dedit, ceu temporibus nostris a Deo sibi traditam medicinam, accipiant.

*Veterensis Civitatis Consulibus et Senatoribus, viris prudentia, industria, et virtutum laude conspicuis, patronis sibi perpetua observantia colendis,*
*Fridericus Sylburgius Veterensis S.*

CUM ortus nostri partem patria, partem propinqui, partem amici sibi vindicent, omnibus, qui quidem grati esse volent, eo inprimis annitendum, ut, quas illis secundum Deum gratias debent, si non factis, animo saltem et verbis referant. Quamobrem ego quoque, licet a prima statim adolescentia, præceptorum suasu, ad exteras scholas profectus, majorem ætatis partem foris transegerim; semper tamen patriæ præ ceteris operam meam deberi agnovi. Ideoque illi, bis vocanti, haud gravate obsecutus essem, nisi gravia mihi utroque tempore obstitissent impedimenta. Verumenimvero ea est patriæ magnanimitas, ut fere plenius sibi satisfactum putet, si foris multos locupletesque fœcunditatis suæ testes habeat. Ea namque vobis, spectatissimi ornatissimique viri, singulari quodam Dei beneficio, bonorum ingeniorum obtigit feracitas, ut quemadmodum olim civitates, copiosioro juventutis proventu exauctæ, ver sacrum et colonias emittebant, ita et vos e vestra non ita magna civitate, numerosam ingeniosæ juventutis copiam per aliquot jam annos extruseritis. Ut non absurda plane sit præceptorum nostrorum opinio, opidum nostrum appellationem traxisse a veteribus Romanorum castris: in quibus ut Marti, ita et Musis militatum esse legimus. Ac possem sane, si opus esset, ultra quadraginta litteratos enumerare, qui apud vos oriundi exteris operam navant, præter eos quos domi eruditione ac rerum civilium industria sat probe instructos habetis. Sed nec locus hoc patitur, nec mirum id

cuiquam videbitur, si tria saltem recentia consideret exempla. Nam cum in Pincieria familia præter theologum egregium, primum jurisconsultus, deinde medicus, post iterum jurisconsultus, doctorali titulo insigniti essent ; et laudabili quadam æmulatione in cognata illis familia tres Vulteii, uno patre unaque matre nati, alternato Juris et Medicinæ studio, ad doctorale fastigium et ipsi paucis annis conscendissent ; totidem fratres Gernandi Jurisprudentiæ laurea et familiam et patriam brevi annorum intervallo cohonestarunt. Quocirca cum et mihi jampridem publico aliquo documento mea erga vos gratitudo atque observantia declaranda fuisset, nulla tamen hucusque satis commoda concessa est facultas. Hoc demum anno, Deo bene vertente, opportuna se atque exoptata obtulit occasio, dum in manus mihi venit is auctor quem ex ecclesiasticis scriptoribus primum apud vos degustavi : nempe Theodoretus : cujus aureolos de Providentia libros partim ex Justo Vulteio, partim ex Joanne Pinciero theologo, viris æterna memoria dignis, ante annos xxxiii magna cum voluptate audire memini. Ex quo tempore scriptoris ejus tantus animo meo insedit amor, tantaque veneratio, ut et propter stili et propter argumenti præstantiam eum semper magni fecerim. Quapropter etiam cum superiori anno primum vidissem ejus adversum Græcos Disputationes, quæ Latine quidem olim a Zenobio Acciaolo, Græce autem a nemine tanto temporum intervallo sunt editæ, continuo illas et publicandas et vestro patrocinio dicandas censui. Quas ne quis forte parvi esse arbitretur, sciat in eis præter sacram et profanam *ἀρχαιολογίαν* non pauca esse quæ ad nostrorum quoque temporum controversias haud inepte faciant. Nec est quod miremur martyres sanctosque ceteros tantopere ab eo extolli, humanasque vires speciosius quam ab Augustino aliisque Latinis prædicari. Nam magnificis illis encomiis primum Græcos a fastuosa deorum et philosophorum jactitatione avocare, deinde et Christianorum studia ad consimilem concertationis gloriam inflammare voluit. Ad Deum enim, ceu primum omnis boni fontem, istas *δυνάμεις* ab eo relatas fuisse, satis declarat quod aperte profitetur, *τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς χάριν*, quidquid in eis fuit mirificum, effecisse ; et *Θεοῦ τὸ δῶρον*

εἶναι, ἵνα μή τις καυχήσηται. Sed ne προσφωνήσεως hujus limites transiliam, quod reliquum est, egregium hoc nobilis theologi opus, tamdiu a doctis desideratum, a me plurium exemplarium collatione haud negligenter expolitum, accessionibusque non pœnitendis auctum et illustratum, meæ erga vos gratitudinis atque observantiæ testimonium, accipite, prudentissimi ornatissimique viri; apud quos natus et educatus, sacrisque ac profanis litteris initiatus, demum ea quæ homini ab hominibus optima et maxima contingere queunt, me adeptum esse libens volensque merito profiteor. Deus, omnis boni solus et unicus auctor, faxit ut quod a venerandis præceptoribus præclare apud vos institutum est seminarium, altius actis radicibus, generosiores indies surculos emittat, qui domi et foris ecclesiæ ac reipublicæ salutares Deoque gratos fructus jugi fœcunditate proferant. Haidelbergæ Kal. Septembr. MDXCII.

## ÆQUO LECTORI

## FRIDERICUS SYLBURGIUS S.

OCTOGINTA prope anni sunt, amice lector, cum hæ Theodoreti *θεραπευτικαὶ διαλέξεις* Latine a Zenobio Acciaolo in lucem sunt emissæ. Ex quo tempore licet maximopere a doctis hominibus Græca earundem editio expetita fuerit, nemo tamen inventus est qui reip. operam hanc præstiterit. Tandem cum superiori anno perlustrata hic bibliotheca Palatina unum in ea vetus exemplar invenissem, post etiam alterum recentius; Hieronymo Commelino, veteri amico et hospiti, hortator fui, ut, quod dudum ante cogitarat, hos Theodoreti libros, interim dum nos in Clementis editione occupati essemus, exscribendos curaret. Nec mora. Statim operi manus admota est, librique illi e non malæ notæ codice, ante annos circiter CXXXIII, Michaelis Apostolii manu exarato, descripti sunt. Quia vero eæ suppetiæ ad *ἀξιόλογον* editionem non sufficere videbantur, alia insuper advocata sunt auxilia. Cum enim ex Davide Hœschelio intellexissem Augustæ quoque duos harum Disputationum exstare codices, alterum vetustiorem, alterum recentiorem; quantis precibus potui, ab homine amicissimo contendi, ut quo me hactenus in promovenda re litteraria juvisset studio, eo etiam in hac tamdiu desiderata editione adjuvaret. Non diu se rogari passus, ilico, quanta potuit promptitudine, misit quæ licuit adjumenta; et quidem præter exemplarium symbolas, de suo quoque non pauca, ut ante in Clemente, contribuit. Quibus potitus, instituta exemplarium collatione, deprehendi quod ante quoque aliquoties expertus eram, parum præstari, si unius tantum exemplaris ope gravis alicujus auctoris susciperetur editio. Etsi enim vetus exemplar Palatinum a viro docto sat diligenter perscriptum erat, tamen multis in locis mancum inventum est, ita ut non modo singulares particulæ passim in eo desiderarentur, sed sæpenumero integra etiam membra omissa essent: quod equidem non descriptori, ut homini erudito, sed exem-

plari, quod propositum habuit, adscribendum putaverim. In quibus supplendis ut vetus Augustanus præclaram navavit operam, ita recentiores in multis ei non cesserunt. Licet enim negligenter passim scripti essent, multis etiam in locis mutili; tamen ex optimæ notæ libro primitus exscriptos esse apparebat. Et ut inter vetustiores integrior erat Augustanus, ita viceversa inter recentiores sanior erat Palatinus. Palatinus vetustior id præ ceteris habuit singulare, ut cum Augustano veteri sub finem undecimi, recentioribus duobus sub finem duodecimi, aliquot deessent paginæ, solus ipse Disputationibus his coronidem imposuerit. His quintus accessit Acciaolus. Nam et ille partim in versione sua, partim in testimoniorum allegatione Græca, quam secutus esset lectionem non obscure indicabat. Loca enim quæ a Theodoreto citantur, si brevia essent, integra versioni suæ inseruerat: si prolixiora, initia tantum posuerat; et quidem interdum a versione sua discrepantia. Quæ allegatio a nobis in hac nostra editione data opera prætermissa est: quia, cum Latinis Græca ex adverso apposuerimus, superfluum fuisset si bis eadem utrobique a nobis fuissent posita. His ergo auxiliis adscitis, si qua in apographo nostro aperte deessent, e ceteris supplevi: quæ vero specie quapiam ab eo aberant, ita ut aliquo modo abesse posse viderentur, et contra, si qua in eo essent quæ a ceteris abessent, ea plerumque uncis inclusi, ut eo melius in oculos et censuram legentium incurrerent. Idem tamen etiam feci nonnumquam, ubi aliquis insignis in exemplari nostro erat defectus: ut inde perspiceretur, quam negligenter passim boni auctores a librariis sint tractati. Porro quia et ratio hujus operæ reddenda videbatur, seorsum notarum libellum confeci; in quo non tantum exposui quæ a quibus codicibus abessent, sed etiam sicubi vel in scriptura vel in sententia iidem variarent codices. In quo genere quoniam multa erant ejusmodi ut non uni dumtaxat loco, sed pluribus; neque huic solummodo auctori, verum etiam aliis inservire possent; bona eorum pars, in notarum libello prætermissa, vel in Græcum vel in Latinum Indicem, prout ferebat commoditas, relata est: effectumque ut partim grammatici partim historici et pragmatici repertorii vicem præstent. Quin et fontes ipsos a quibus Theodoretus hausit, non raro adii, si

vel necessitas id postularet, vel temporis angustia pateretur. Qua in re id Acciaolo debetur, quod S. Scripturæ loca pleraque omnia versionis margini adjecerat: cetera nos, quantum licuit, investigavimus. Sicut autem Acciaoli opera nos identidem adjutos esse libenter profitemur, ita vicissim illi non nihil officii præstitimus. Nec enim id solum studuimus ut fideliter et emendate versionem ejus ad exemplaris vestigia exprimeremus, sed etiam sicubi eam a Græcis dissonare animadverteremus, in notis nostris ea de re monuimus. Præterea quia in margine versioni ejus annotatiunculæ nonnullæ adjectæ erant, quæ versioni aliquid afferrent lucis, eæ partim in notarum libello, partim in ejus fine seorsum, partim etiam in Indicibus, pro cujusque commodo, sunt positæ. Tum versionis editionem secuti sumus antiquissimam et optimam; eam nempe quam Parisiis anno 1519, curavit Henricus Stephanus, ejus quo nos magistro usi sumus, avus. In Indicibus id præcipue spectatum est, ut Græcus exhiberet quæ vel ab auctore ipso enarrantur, vel a codicibus variantur, vel alioqui notatu digna sunt: in Latino autem res memorabiliores et auctorum allegationes repræsentarentur, expedito quærentium compendio. Auctores vero ipsos a tergo frontispicii seorsum alphabetica serie percensuimus; ut brevi synopsi quibus usus sit testibus perspici queat. Intelligis ergo lector quid partim de nostro huc collatum sit, partim ab aliis petitum. Quo nomine ut suam cuique gratiam apud te constare par est, ita etiam Marburgensi academiæ hoc debetur, quod me de clementissimorum Principum nostrorum suffragio ad continuandam bonorum auctorum editionem annuo subsidio jam aliquot annos adjuvat. Quod reliquum est, doctos rogamus ut et gratis animis hanc operam nostram accipiant, et si quo eam spicilegio adornare possunt, in studii hujus consortium ultro sese offerant: nominatim vero talem *συνερανισμὸν* petimus a cc.vv. Fulvio Ursino et Theodoro Cantero: quorum ille ante decennium jussu Pontificis has Theodoreti Disputationes, ut in Bibliotheca Vaticana ponerentur, de novo exscribendas curavit, multisque locis mendosas et mutilas correxit ac restituit; hic vero, illas pene totas sua ipsius manu ante aliquot annos e vetere libro transcripsit. Quibus si et alii socios se adjungere volent, bonam et a nobis et a republica inibunt gratiam.

## *In Theodoreti Disputationes has Epigramma ex August. Cod.*

[Vid. J. Hardt. Catal. MSS. Reg. Bavar. T.V. p. 63.]

Ὡς Νεῖλος ἄλλος, πλημμυρῶν τοῖς σοῖς λόγοις,
Ω Θευδώρητε, τῶν Ἀχαιῶν τὴν πάλην (γρ. πλάνην)
Πνίγων, τὸν καλὸν πίστεως αὐξεῖς σπόρον.

## *Aliud* Ἰωάννου Εὐχαΐτων, *ex Codice Palatino.*

Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους,
καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς συγγράφω,
ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
ἂν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε· μὴ κατακρίνῃς·
οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
τί γάρ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾶν ἔδει,
καὶ δογματιστὴν ὄντα καὶ λογογράφον·
ὅμως δὲ τούτῳ καὶ διώρθωται πάλιν·
τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον,
ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Horum Epigrammatum primum manifestum præsentis operis habet encomium: alterum, alludit ad acta Concilii Ephesini: quæ cum in editione nostra prolixe sunt exposita, tum brevius a Zonara, quod hunc ad locum attinet, his verbis attinguntur tomo tertio, 35, 9: [XIII. 22.] Πρὸς τρανοτέραν δὲ τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ τῆς δυσσεβείας τοῦ Νεστορίου σαφέστερον ἔλεγχον, καὶ δώδεκα συντάξας κεφάλαια ὁ ἱερώτατος Κύριλλος τῆς ὀρθῆς δόξης ὑπομνήματα, τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν. Ὁ δὲ Νεστόριος ἀπεβλήθη, καὶ τοῦ τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἀρχιερέων ἀπεκινήθη χοροῦ. Μετὰ τρίτην δὲ τῆς συνόδου ἡμέραν ἐφίστανται τῇ Ἐφέσῳ ὅ τε Ἀντιοχείας Ἰωάννης (Chrysostomus videlicet) καὶ ὁ Κύρου ἐπίσκοπος Θεοδώρητος, καὶ ὁ Ἐδέσης Ἴβας, καὶ ἕτεροι· καὶ ὅτι μὴ καὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν οἱ τῆς συνόδου ἀνέμειναν, ὀργισθέντες κατὰ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ὡς τῶν ἄλλων ἐξάρχοντος, τήν τε τοῦ Νεστορίου καθαίρεσιν ἠτι-

*άσαντο, καὶ ἐκείνῳ θέμενοι, τοῦ τε θείου Κυρίλλου καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφέσου καθαίρεσιν ἐψηφίσαντο. Ὁ Θεοδώρητος δὲ καὶ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τῶν τοῦ Κυρίλλου ἐχώρησε, καὶ εἰς ἀνατροπὴν αὐτῶν κεφάλαια συνέταξεν ἕτερα· πρὸς ἃ πάλιν ὁ μέγας ἀντηγωνίσατο Κύριλλος, οὐκ ὀρθῶς δογματίζειν ἐλέγχων τὸν Θεοδώρητον. Κατεγνώσθησαν δὲ παρὰ τῆς συνόδου ὅ τε Ἀντιοχείας καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ τῶν ὀρθοδόξων ἠλλοτριώθησαν. Οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων, καὶ κατ' ἀλλήλων γενομένων τῶν ἐπισκόπων, καὶ σχίσματος ὄντος μέσον αὐτῶν, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἀφικέσθαι πάντας ἐκέλευσεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Καὶ παραγενομένων, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἡ ζήτησις γέγονε, καὶ καθῃρέθη Νεστόριος, καὶ εἰς ἑῴαν ὑπερωρίσθη, τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Θεοδωρήτου συμφρονησάντων τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, ὡς διὰ λύπην καὶ ἔριν ἀντικαθισταμένων τὸ πρότερον.*

## *Ex Gennadio Presbytero Massiliensi; Coloniensis editionis* p. 194.

Theodoretus Cyri civitatis Episcopus (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syriam nomen auctoris) scripsisse dicitur multa: ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt: De incarnatione Domini adversus Eutychen presbyterum et Dionysium Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia; per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre virgine sumpsit, sicut et veram deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt et ejus decem Historiæ Ecclesiasticæ libri; quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus; id est, a Vicenalibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus est.

*Eadem iisdem pene verbis, sed brevius, leguntur in Honorii et Sigeberti epitomis. Hoc dumtaxat est discrepantiæ, quod Honorius habet* Dioscoron Alexandriæ episcopum, *ut et Zonaras tomo tertio*, 36, 15: *et Sigebertus*, De vera incarnatione Domini: *itemque mox*, veram in Christo carnem.

# JUDICIUM JOANNIS LUZACII

## *De auctoritate Theodoreti in iis quæ ad Historiam Philosophicam spectant,*

Excerptum ex Lectionibus Atticis II. 32. p. 295 etc.

INTER omnes, quos post Constantini Magni ætatem Patres Græci scripserunt, libros vix alius reperietur bonæ frugis magis plenus, quam est Theodoreti *Græcorum malorum Curatio*. Sunt quidem in istis *Sermonibus* complura non incognita iis, qui Clementem Alexandrinum et Eusebium legerint, item Justinum Martyra, Theophilum Antiochenum, atque Origenem: namque solet Cyrensis noster Eusebium frequenter sequi, non appellato auctore: illos tamen scriptores, qui post Constantini Magni vixerunt ætatem, Porphyrium inprimis, ipse diligenter legisse inque suos usus convertisse videtur; quare lubens adsentior Moshemio[a], cui Theodoretus dicitur *Scriptor disertus, copiosus, eruditus, cujus in omnem eruditionem sanctiorem non contemnenda exstant merita.* Neque tamen justa hæc laus efficit, quo minus in *Sermonibus* hisce, profecto jucundissimis et utilissimis, sæpius tum curam in describendo ac judicando, tum candorem atque æquitatem desideremus, quæ certe postrema virtus in oppugnanda Græcorum sapientia illos frequenter nimis Patres Græcos Latinosque deseruisse videtur, quorum animos Celsi, Porphyrii, Juliani, Libanii, aliorumque Rhetorum Sophistarumque Gentilium libri, calumniis referti, (uti supra jam diximus) exacerbaverant.—At vero non nostrum tantum, sed summi Richardi Bentleii[b], de Theodoreto judicium paucis exemplis confirmemus.

[a] Hist. Eccles. Sæc. V. pag. 208.

[b] In Epist. ad Millium pag. 13. Dissert. de Epist. Socr. §. XIV. pag. 78.

Ac primum insignis error est, præcipitis in describendo studii indicium, (nisi corruptissimum locum dicamus), quando, Porphyrium describens, ipsum Aristoxenum ait cum Socrate versatum, quod non tantum temporum rationibus repugnat, verum et a Porphyrio non fuit traditum, secundum quem non Aristoxenus fuit sed Spintharus, Aristoxeni pater, cujus fidem filius sit secutus, quando ait, Socratem tam fuisse iracundum suique impotentem, ut nullo opprobrio abstinuerit, dictis factisque frena laxans animi impotentiæ: *Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος, ἀφηγούμενος τὸν βίον τοῦ Σωκράτους, ἀκηκοέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ, ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντων.*—Hæc Cyrillus Alexandrinus. Theodoretus contra: *Πορφύριος, Ἀριστοξένῳ μάρτυρι κεχρημένος, τὸν Σωκράτους βίον ξυγγεγραφότι· ἔφη γὰρ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐντετυχηκέναι κ. τ. λ.* quasi Aristoxenus fuerit, qui hæc ipse retulerit testis oculatus et auritus. At vero si hunc errorem librariis, non ipsi Theodoreto, tribuamus, alia sunt, in quibus non majorem quidem curam, sed meliorem fidem, animum veri magis studiosum, cupiditatemque in reprehendendo minus acerbam minusque (ut ita dicamus) cœcam, ab antistite pietatis Christianæ requirimus. Postquam Porphyrii verbis retulisset, "Socratem tam ineptum fuisse, tam disciplinæ omnis rudem, ut risum debuerit, quotiescunque aliquid vel scriberet vel legeret, quin ut infantem balbutiisse;"—postquam igitur hæc non prius audita retulisset, mox illa confirmat loco Platonis in *Apologia*, ubi is Socratem ad judices dicentem facit: *Οὐ μήν τοι, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους ῥήμασίν τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσι ὀνόμασι.* Quid itaque? Qui simplici oratione utatur, ut innocentiam tueatur suam;—qui existimet, veritatem caussæ ornamentis oratoriis non indigere; qui a Lysia scriptam pro se defensionem recusaverat, quod ea, ex arte facta ad movendam misericordiam, infra dignitatem viri justi ac constantis esse videretur;—ille propterea fuerit (uti ait Cyrensis noster) *ἀμαθὴς τὴν γλῶτταν καὶ ἀπαίδευτος*? Siccine, Theodorete, ignorabas Euripidéum istud,

*Ἁπλοῦς γ' ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ*?

Profecto non ignorabas! Sed tua te abripuit atque transversum egit occœcata cupiditas! Quin a te rogo, an ipsa illa,

quam ex Platone adfers, *ῥῆσις* tibi tam inculta, tam omnis videatur artis oratoriæ expers? Neque hoc profecto dices!— Sed aliud est, quod itidem a Theodoreto aut a Theodoreti defensore quoquam quæsitum velim. Numne cuncta illa, quæ Plato scripsit in *Apologia*, sic a Socrate crediderit in judicio pronunciata? Ipsum audiamus. Ἐγὼ δὲ οἶμαι, inquit [c], καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου τὸν ἀλεκτρυόνα θῦσαι κελεῦσαι, ἵνα τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην διελέγξῃ γραφήν· ἐγραψάτην (ἐγραψάσθην) γὰρ αὐτὸν Ἄνυτός τε καὶ Μέλιτος, ὡς εἶναι θεοὺς οὐ νομίζοντα· ὅτι γὰρ ἀνενδεὲς τὸ θεῖον ἠπίστατο, σαφῶς ἐν ἑτέροις δεδήλωκεν· αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα, εἴπερ δὴ ἄρα ὁ Πλάτων τὰ ἐκείνου ξυνέγραψε δόγματα· post quæ Socratis e Platone verba sequuntur. Ergo, quæ egregia exstat disputatio de summo Numine, per se beato ac nullius rei indigente, illa Theodoretus dubitat an re ipsa a Socrate sit habita, an vero sub illius persona a Platone sit conficta: verum, quando ait in *Apologia*, simplici se, non fucato, ac pene rudi sermone ad sui defensionem usurum, tunc modesta nimis atque humilis (ut Theodoreto quidem videbatur, quamquam alii nobiscum aliter judicabunt) hæc Platonis non fuit oratio, sed Socrati tribuenda tanquam indicium ipsius in dicendo infantiæ et rusticitatis.—Sic malevolentia sibi sæpe contraria est, aliter atque aliter de eadem re pronunciat, prouti animi impetus jubet: sic conjuncta separat, repugnantia conjungit. Narrat nobis ex Porphyrio Theodoretus, "Socratem, quum juvenis esset, "in intemperantiam vitamque libidinosam fuisse proclivem; "sed ætate provectiorem studio ac doctrina eo profecisse, ut "vitiosæ indolis vestigia deleret, sapientiæ vero amorem animo "imprimeret:" Καὶ γὰρ τὸν Σωκράτην τοῦ Σωφρονίσκου, φησὶν ὁ Πορφύριος, εἰς ἀκολασίαν, ἡνίκα νέος ἦν, ἀποκλίναντα, σπουδῇ καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι. Atque talia re vera de juvene Socrate ab Aristoxeno scripta, quem Porphyrius secutus est, antea jam observavimus. Mox vero, sui immemor aut sibi ipse contrarius, Cyrensis Episcopus eodem Porphyrio teste utitur, ut demonstret, eum per totam vitam voluptarium fuisse ac meretricibus deditum, καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα διεξελθὼν δείκνυσιν

[c] Serm. VII. pag. 109, 47.

αὐτὸν καὶ ταῖς ἡδυπαθείαις δεδουλωμένον. Neque enim, si et Aristoxenus et Porphyrius sic male cohærentia probra, et repugnantia sibi dicta, ad posteros propagarunt, hæc penes me pro Theodoreto, non magis quam pro Cyrillo, valet excusatio, quorum officium fuerat, falsitatem testis vel inde arguere, quod in testimonio sibi ipse suo non constaret.

At vero non in solum Socratem iniquus fuit Theodoretus, ut per latus principis philosophorum ipsam philosophiam Græcorum letifero vulnere prosterneret. De aliis quoque philosophis et in aliis historiæ philosophicæ partibus æquitatem ejus et fidem desideramus. Uno exemplo defungamur. Aristoteli haud magis parcit quam aut Socrati, aut Platoni. Ἀριστοκλῆς, inquit[d], ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνα φάναι τὸν Πυθαγόρειον ἔφη, ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην εἰώθει προσφέρειν, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δημητρί. Et alio iterum loco[e]. Καὶ οἱ Περιπατητικοὶ δὲ λόγῳ μὲν εὐφήμουν τὴν ἀρετὴν, ἐκύδαινον δὲ ἔργῳ τὴν ἡδονήν· καὶ ταῦτα αὐτῶν οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσιν. Ἀριστοκλῆς γὰρ ποῦ ὁ Περιπατητικὸς, Λύκωνα, ἔφη, τὸν Πυθαγόριον περὶ Ἀριστοτέλους φάναι, ὅτι, ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενος, τοῦτο ὕστερον ἀπεδίδοτο· καὶ, ἡνίκα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας, ἔφη, διερευνωμένους τὸ πλοῖον, εὑρεῖν αὐτῷ λοπάδια [χαλκᾶ] τέτταρα καὶ ἑβδομήκοντα· ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι, τριακοσίας αὐτὸν ἐσχηκέναι λοπάδας. Καὶ οἶμαι αὐτοὺς μὴ παντάπασιν ψεύδεσθαι· ἐν τούτοις γὰρ δὴ ἐκεῖνος τὴν εὐδαιμονίαν ὡρίζετο· εἰώθει γὰρ λέγειν, οὐκ ἄλλως εὐδαίμονα τινὰ γίγνεσθαι, ἢ διὰ τῆς τοῦ σώματος εὐπαθείας, καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς περιουσίας· ὧν ἄνευ μηδὲν τὴν ἀρετὴν ὠφελεῖν. Καὶ τοῦτο [δὴ] σαφῶς Ἀττικὸς ὁ Πλατωνικὸς, ἐν οἷς πρὸς Ἀριστοτέλην γράφει, δεδήλωκεν· κ. τ. λ.—Itane vero, Theodorete? An bona fide agis; anne, pravo carpendi studio abreptus, sciens fallis, atque imprudentes in errorem inducere conaris? Quid? *ipsi Peripatetici* præceptorem suum accusarunt, eaque, tanquam si iis fidem haberent, scripserunt, quæ refers, et de sacrificiis vita functæ uxori Pythiadi ab Aristotele oblatis, qualia sacra Cereri facere Athenienses solebant, et de oleo vendito, postquam eo se ipse lavasset, et quæ cætera sunt hujusmodi?

[d] Serm. VIII. pag. 116, 45. [e] Serm. XII. pag. 173, 10.

Certe, si hisce probris Lycéi auctorem onerassent ipsius discipuli et asseclæ, te oportuerat idem sentire, quod sentiebat, quem mox laudabimus, Eusebius, quando vir bonus et modestus, ipso, quem præ oculis habebas, loco, ait: *ἐμοὶ δ' οὐ φίλον ἄνδρα οὐδ' αὐταῖς ἀκοαῖς ἀνέχεσθαι κακῶς πρὸς τῶν οἰκείων ἀγορευόμενον*· Et illi tamen *οἰκεῖοι* non erant discipuli Aristotelis, sed philosophi ex aliis scholis profecti, Epicurus, Alexinus Eristicus, Lycon Pythagoréus, tum oratores aliique philosophiæ et Lycéo adversi, Democharcs, Cephisodorus, et Eubulides; neque alius est, qui in hunc calumniatorum censum isto loco referatur, Peripateticus, nisi unus Aristoxenus, homo asper ac maledicus, ingratusque in præceptorem discipulus: tu vero, Theodorete, nobis fingis Aristoclem aliosque talia de auctore disciplinæ suæ, tanquam explorata et probata, narrantes! Tum certe *οἰκεῖοι* fuissent, *οἳ κατηγόρουν ταῦτα τοῦ σφῶν διδασκάλου*, eamque omnes meruissent censuram, quam nos uni Aristoxeno debitam existimamus. At vero neque illi principem Lycéi sic sunt calumniati, neque tu id adfirmare potuisses, si egisses, uti inter bonos bene agier oportet! Nimirum neque Aristoclis Peripatetici *de Philosophia* libros ipse legeras, neque Attici Platonici *Disputationem adversus Aristotelem*; sed, quæ ex illis convertis in rem tuam, ea omnia, ipsis etiam verbis, descripsisti ex Eusebii, Pamphili, Episcopi, *Præparationis Evangelicæ* Libro decimo quinto, uti tu et Cyrillus, et alii item Patres, qui tua et proxima vixerunt ætate, vestram, qua splendidi fulgetis, philosophiæ Græcæ notitiam, non ex ipsis hausistis fontibus, sed ex Theophilo Antiocheno, Clemente Alexandrino, atque Eusebio. Eusebii autem commentarios describis, tacito illius [f] nomine, quo silentio et tu majorem doctrinæ atque eruditionis gloriam consequi videreris, et veterum, quæ ex illis sumis, loca difficilius dijudicarentur. Id vero in hac nostra caussa evenit. Tu ais: *Καὶ ταῦτα αὐτῶν [τῶν Περιπατητικῶν] οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι.* Quinam, quæso, isti sunt *αὐτοί*? Non certe Lycon, quem ipse

[f] Ad Eusebii Libros *Præparationis Evangelicæ* semel Theodoretus lectorem suum, qui plura scire velit, ablegat, Serm. II. pag. 35, 22. cæterum, quamvis hosce libros ubique fere in usus suos adhibuerit, de illis tacet, omniaque, velut ex sua ipsius penu, depromit.

appellas τὸν Πυθαγόριον, diversus adeo a Lycone Peripatetico. Igitur testis, quem contra τὸν αὐτῶν διδάσκαλον citas, est Aristocles, qui revera Peripateticus fuit. Sed an Aristocles narrationi aut fabulis Lyconis aliorumque de Aristotele fidem habuit? Tu pulchre noveras, eas ab illo tanquam putidas calumnias repudiatas ac rejectas fuisse: etenim in fragmento Aristoclis apud Eusebium[g] hæc illius legeras verba. Πάντα δ' ὑπερπαλαίει μωρία τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικὸν ἑαυτόν· φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δημητρὶ, καὶ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενον, τοῦτο δὴ πιπράσκειν,— tum cætera de ollis, quas publicani, dum Aristoteles Chalcida navigaret, in navi repererint, quæ ipsis pene verbis ex integro Aristoclis fragmento apud Eusebium descripsisti: et, quum Peripateticus ille ait, Lycona Pythagoricum, talia narrantem, supra omnes Aristotelis calumniatores, quos eodem loco refert et refutat, delirasse, tu, quasi ista ipsius Aristoclis[h] fuisset

[g] *Præp. Evang.* lib. XV. cap. 2. pag. 792.

[h] Ad Diogenem Laertium lib. V. segm. 16. ubi eadem hæc Lyconis in Aristotelem calumnia, sed breviter, narratur, Isaacus Casaubonus eandem, quam nos in Theodoreto, culpam reprehendit in κακοήθει quodam: "Falsum est "igitur (inquit) quod ait κακοήθης, "qui ausus est scribere, *duos* cele- "berrimos Peripateticos Aristote- "lem avaritiæ accusasse, Lyconem "et Aristoclem: in quo multiplici- "ter fallitur, fallitque: quod enim "a *duobus Peripateticis* factum esse "dicit, id *ne de uno quidem* verum "est; si quidem solus Lyco hoc "objecit, qui fuit (voluit quidem "certe videri) Pythagoricus: Ari- "stocles autem tantum ab eo ab- "fuit, ut id objiceret, ut ne crede- "ret quidem; (quod ex ejus verbis, "quæ hodieque supersunt, intelli- "gere cuivis licet:) eos insanire ex- "trema linea putavit Aristocles, qui "hæc adversus Aristotelem con- "finxissent. Sed, ut intelligat lec- "tor, quam *parum candide* fecit, qui "se *duorum Peripateticorum*, ut ait, "celeberrimorum auctoritate adver- "sus Aristotelem armare voluit, pri- "mum ejus verba apponam, deinde "Theodoreti locum proferam, cujus "ille auctoritate non utitur, sed im- "probissime abutitur."—Κακοήθης iste, quem hic, ut alibi, tacito nomine, haud leniter tangit Casaubonus, non alius est nisi Franciscus Patricius; et verba, quæ mox ille refert, leguntur in hujus *Discussionibus Peripateticis*, tom. I. lib. I. pag. 11. in f. Sed, ut æqui simus, fatendum est, nimis inclementer cum Patricio agere Casaubonum, ac paululum iniquiorem fuisse in eum, cujus acerrimum contra Aristotelem ac Peripateticos odium κακοηθείας nota ipsi ulciscenda videbatur: namque Patricius, Theodoretum testem producens, simpliciter eum secutus est, nihilque adfirmavit, quod non antea adfirmaverat Cyrensis antistes: igi-

narratiuncula, vel illum *κατήγορον* producis *κατὰ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον*, vel Lycona Peripateticum imperite confundis cum altero Lycone calumniatore, mendace, et maledico, quem ipse appellas *Πυθαγορικόν*. Quin tu de ollis istis in navigio repertis simpliciter dicis, "Lycona retulisse, septuaginta quatuor illas numero fuisse, alios trecentas:" *ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι, τριακοσίας αὐτὸν ἐσχηκέναι λοπάδας*. Dissimulas vero aut silentio premis, ex varianti et contraria ejusmodi narratione Aristoclem falsitatis et calumniæ argumentum petiisse, atque adjecisse, "nonnisi contemtu vindicandam calumniosam ejusmodi maledicentiam:" de Epicuro, Timæo, Aristoxeno musico loquitur, item de Alexino Eristico, Eubulide, Demochare, Cephisodoro, denique de illo, qui omnes mendacibus nugis superarat, Lycone Pythagoréo: *Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν πρῶτοι*, inquit, *διαβαλόντες Ἀριστοτέλην τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὧν οἱ μὲν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἦσαν χρόνους· οἱ δὲ, μικρὸν ὕστερον ἐγένοντο· πάντες δὲ σοφισταὶ, καὶ ἐριστικοὶ, καὶ ῥήτορες, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθνηκεν τῶν σωμάτων μᾶλλον. Τοὺς μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα γεγονότας, ἢ τὰ ὑπὸ ἐκείνων εἰρημένα λέγοντας, παντάπασιν ἐᾷν δεῖ χαίρειν, καὶ μάλιστα τοὺς μηδ' ἐντετυχηκότας τοῖς βιβλίοις αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντας· ὁποῖοι εἰσι καὶ οἱ λέγοντες, τρια-*

tur, si qua illius culpa est, magis ea ignorantiæ fuit quam malæ fidei, quod, scilicet, nesciverit, quæcunque ex Aristocle se habere Theodoretus præ se ferat, ea omnia sumta esse ex Eusebii *Præparatione Evangelica*, ita autem esse desumta, ut error Patricii inde sit natus. Prius quidem non latuit Casaubonum, qui pro excellenti doctrina sua id animadvertere non neglexit. Itaque non in immerentem Patricium hæc faba erat cudenda, sed in Theodoretum, quandoquidem ille nihil plane scripsit, quod apud hunc non reperiatur. At vero Casaubonus, qui Aristoteli emendando ac corrigendo haud levem curam impenderat, ut Aristotelis osorem reprehenderet, "*videamus nunc*, inquit, *quid dicat Theodoretus*: *Ἀριστοκλῆς γὰρ ποῦ ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνα κ. τ. λ.*"—Sed, dum ab istis verba Theodoreti orditur, omittit præcedentia: *Καὶ οἱ Περιπατητικοὶ δὲ λόγῳ μὲν εὐφήμουν τὴν ἀρετὴν, ἐκύδαινον δὲ ἔργῳ τὴν ἡδονήν· καὶ ταῦτα αὐτῶν οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι*: quæ certe verba, casu an studio prætermissa, Casaubonum et a tam severa censura in Patricium, Theodoreti vestigia tantummodo secutum, et a laudando præsertim contra Patricium Theodoreto, debuerant retinere. Verum ita agitur in rebus humanis, quando cupiditas aut iracundia animum occupavit: et tamen in Casaubono, viro sanequam optimo, mansuetudinem alias non desideramus.—Hæc in transitu observanda videbantur.

κοσίας ἔχειν λοπάδας αὐτόν· οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐθὲν εἰρηκὼς τῶν τότε ὄντων, ὅτι μὴ Λύκων· οὗτος μέντοι, καθάπερ ἔφην, εἴρηκεν εὑρῆσθαι λοπάδια πέντε καὶ ἑβδομήκοντα.—Hæc omnia, et plura quæ omittimus, ad defensionem præceptoris ab Aristocle scripta, a Theodoreto reticentur, qui contra persuadere nobis conatur, Lycei principem ab ipsis discipulis asseclisque suis accusatum fuisse. Nos vero in tali dissimulatione ac reticentia bonam fidem requirimus.—Sed Theodoretum, quem solus fortassis excusat rei Christianæ qualibuscunque etiam armis defendendæ ardor, solumque Porphyrii, Juliani, similiumque odium,—Theodoretum, inquam, tandem mittamus, una tantummodo observatione adjecta, illum, scilicet, hac quoque arte adversario suo, Cyrillo Alexandrino, supparem fuisse: Nam, uti ille scripsit, "ipsos, qui Socratem admirabantur, de ejus libidine, mulierositate, iracundia, cæterisque vitiis fuisse testatos,"—hi autem Socratis (ut ita dicam) admiratores non alii fuerunt nisi unus Aristoxenus, quique Aristoxenum descripsit, Porphyrius, acerrimi uterque et infensissimi ejus adversarii; similiter illi, qui Aristotelem probris apud posteros onerarunt atque infamarunt, si Theodoreto credamus, ipsi fuerunt Stagiritæ discipuli,—αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι.—Atqui vero non alii iterum fuerunt nisi unus Lycon, non Peripateticus ille, suavitate morum ac sermonum notissimus, sed Pythagoreus maledicentissimus et mendacissimus, tum Aristocles, Peripateticus quidem, sed qui a calumniatorum injuriis, ipsiusque adeo Lyconis mendaciis, præceptorem suum candide vindicaverat.

# ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

# ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ·

Η,

## ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ.

## Η ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων συντετυχηκότες τινὲς τήν τε πίστιν ἐκωμῴδησαν τὴν ἡμετέραν, οὐδὲν ἄλλο λέγοντες ἡμᾶς τοῖς τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν παιδευομένοις ἢ τὸ πιστεύειν παρεγγυᾶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων κατηγοροῦν ἀπαιδευσίας, βαρβάρους ἀποκαλοῦντες, τὸ γλαφυρὸν

1, 3. τὴν [δὴ] πίστιν] τήν τε πίστιν B.Va. δὴ om. C.Vb. 5. προξενεῖν τοῖς τὰ] προξενεῖν deest B.C. 6. τὸ τῆς πίστεως] τὸ πιστεύειν B. Vid. infra, 12, 4. ib. καὶ τῆς—κατηγοροῦν] τῆς—κατηγοροῦντες C. κατηγοροῦντες item Vb. et mox καὶ βαρβάρους.

# THEODORITI

*Cyrensis Episcopi Græcarum affectionum Curatio; seu, Evangelicæ veritatis ex Græcorum Gentilium Philosophia cognitio:*

Zenobio Acciaolo interprete.

## PROLOGUS.

SÆPENUMERO accidit ut nonnulli eorum qui suspensi Gentium ac Græcorum fabulas admirantur, mecum familiarius diversati, tum Christianam fidem comice obtrectarint, asserentes, nihil nos aliud quam meram credulitatem insinuare illis, quos divinis rebus imbuendos accipimus; tum vero et Apostolos tarditatis atque

τῆς εὐπεῖας οὐκ ἔχοντας· καὶ τὸ γεραίρειν δὲ τοὺς μάρτυρας καταγέλαστον ἔφασκον, καὶ λίαν ἀνόητον τὸ πειρᾶσθαι τοὺς ζῶντας παρὰ τῶν τεθνεώτων ὠφέλειαν πορίζεσθαι· προσετίθεσαν δὲ καὶ ἕτερα ἄττα παραπλή-
2 σια τούτοις, ἃ διδάξει τὸ σύγγραμμα. Ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ἐκείνους ἅπερ ἐχρῆν διεξῆλθον, τὰ κατηγορήματα διαλύων· ἀνόσιον δὲ ᾠήθην καὶ δυσσεβὲς παριδεῖν τοὺς ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους ὑπ' ἐκείνων ἀπατωμένους, καὶ μὴ συγγράψαι καὶ διελέγξαι τῶν κατηγορημάτων τὸ
3 μάταιον. Καὶ διεῖλον μὲν εἰς δύο καὶ δέκα διαλέξεις τὴν πραγματείαν, τὸν ἀνειμένον δὲ χαρακτῆρα τοῖς λόγοις ἐντέθεικα· τῇ διδασκαλίᾳ γὰρ εἶναι τοῦτον ὑπείληφα πρόσφορον, ἄλλως τε καὶ ταῖς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων χρώμενον μαρτυρίαις ἔδει καὶ τοὺς ἰδίους λόγους μὴ παντάπασιν ἀπᾴδοντας συναρμόσαι, ἀλλ' ἔχοντάς τινα πρὸς ἐκείνας ἐμφέρειαν.

9. ἔχοντας] ἔχοντες B. 10. λίαν ἀνόητον] λίαν om. B. 19. διεῖλον μὲν] διείλομεν B. 20. δύο καὶ δέκα διαλέξεις] δυοκαίδεκα λέξεις C. 22. ἐντέθεικα] ἐπιτέθεικα Vb. 24. χρώμενος Vb. 25. τοὺς ἰδίους λόγους] ἰδίους om. B.Va. τοὺς οἰκείους λ. Vb. 26. τινα] τι B. ἐκείνους Va. ἐκείναις Vb.

inscitiæ accusarint, barbaros propterea nuncupantes, quod omni careant eloquutionis ornatu; quin et pro ridiculo habere se dixerint, quod honore ullo martyres prosequamur. Insignis enim stultitiæ genus esse, si qui viventes homines, ab iis qui jam vita defuncti sint, ullum sibi commodum comparare contendant. Aggesserunt vero et alia quædam hujus generis maledictis valde affinia; quæ sane ipsa suis locis liber hic quem cudimus, edocebit. Ego vero et explicui quidem illis, quæ tunc afferri oportuit, maledictis objectionibusque solvendis: et nefarium scelus remque impiam esse duxi, si connivens dissimulansque perpetiar simplicioris notæ homines ab illorum falli versutiis; neque litterarum monumentis aliquid tradam quod illarum acusationum vanitatem stultitiamque redarguat. Itaque rem aggressus, omnem quidem tractatum distribui in sermones duodecim: remissiorem vero stilum illis adhibui, quod eum valde illi convenire arbitratus sum, qui docentis officium partesque suscipiat. Sed et cum Platonis aliorumque philosophorum oportuerit adduci locos, componenda fuit oratio, quæ haud ita prorsus absona discorsque esset, sed quæ cum iis auctoribus qui testes citantur aliquam videretur habere similitudinem.

4 Καὶ ἡ μὲν πρώτη διάλεξις τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἀπαιδευσίας ἀπολογίαν ποιεῖται, ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὰς ἀποδείξεις προσφέρουσα.

5 Ἡ δὲ δευτέρα τῶν παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτων [σοφῶν,] καὶ τῶν μετ' ἐκείνους φιλοσόφων ἐπικληθέντων, τὰς περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀπαριθμεῖται δόξας· καὶ Μωϋσοῦ τοῦ πάντων ἐκείνων πρεσβυτάτου τὴν ἀληθῆ θεολογίαν ἐκ παραλλήλου τιθεῖσα, τὴν μὲν ἐκείνων διελέγχει ψευδολογίαν, τῆς δὲ τούτου διδασκαλίας ἀστράπτουσαν δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν.

6 Ἡ δὲ τρίτη διδάσκει τίνα μὲν περὶ τῶν δευτέρων παρ' Ἕλλησι καλουμένων θεῶν παρ' ἐκείνοις μεμυθολόγηται, τίνα δὲ περὶ τῶν ἀσωμάτων κτιστῶν δὲ φύσεων ἡμᾶς ἡ θεία διδάσκει γραφή· ὥστε πάλιν τῇ παρεξετάσει καὶ τῶν παρ' ἡμῖν θρησκευομένων δειχθῆναι τὸ ἀξιέπαινον, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκείνων μύθων τὸ δυσειδὲς καὶ δυσῶδες διελεγχθῆναι.

27. καὶ ἡ μὲν πρ.] ἡ δὲ πρώτη B.C.Va. Sed C. in marg. καὶ ἡ μὲν cum Vb. 31. προσφέρουσα] προφέρουσα Vb. 32. ὀνομαστοτάτων σοφῶν] σοφῶν om. B.C. 34. Μωυσοῦ] Μωυσέως C. 35. ἀληθινὴν] ἀληθῆ B.C.

2, 2. ἀστράπτουσαν] ἀπαστράπτουσαν Sirm. 3. διδάσκει] διδασκαλία C. 7. ἡμῶν] ἡμῖν B.

Prima itaque disputatio Christianorum fidem Apostolorumque, ut illorum verbis utar, ruditatem defendit, argumentis subnixa quæ de Græcis philosophis depromantur.

Secunda vero, clarissimorum Græcorum, nec non et eorum qui post eos philosophi appellati sunt, de principiis rerum opiniones sententiasque percenset, ac subinde Moseos ipsius, qui multo eos ante præcessit, veram theologiam ex adverso constituens, illorum quidem mendacia falsitatemque refellit, Mosaicæ vero doctrinæ clarissimam veritatem ostendit.

Tertia porro disputatio nobis indicat cujusmodi ea sint quæ Græci de suis illis fabulantur diis quos secundarios vocant; qualia item quæ de incorporeis quidem, sed creatis tamen, naturis, sacrarum litterarum monumenta nos docent; ut hic quoque proposita comparatione appareat, quantopere laudanda sint quæ nos pio cultu veneramur numina et prosequimur, quamque sint abominabiles Græcorum fabulæ, quam obscænæ, quam putidæ.

7 Ἡ δὲ τετάρτη περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ κόσμου τὴν ὑπόθεσιν ἔχει· καὶ δείκνυσι τὴν ἡμετέραν κοσμογένειαν πολλῷ τῆς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων πρεπωδεστέραν.

8 Περὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἡ πέμπτη δέδεκται τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς δόξας καὶ τὰς Χριστιανικὰς ἐπιδεικνῦσα, καὶ ὅσον φωτὸς καὶ σκότους διδάσκουσα τὸ διάφορον.

9 Τὴν ἕκτην δὲ τάξιν ὁ περὶ τῆς προνοίας ἔλαχε λόγος. Ἔδει γὰρ τοῖς περὶ θεοῦ καὶ τοῖς ὑπὸ θεοῦ γεγενημένοις τοῦτον ἀκολουθῆσαι τὸν λόγον, διελέγχοντα Διαγόρου μὲν τὸ ἄθεον, Ἐπικούρου δὲ τὸ βλάσφημον, τῆς Ἀριστοτέλους δὲ προνοίας τὸ σμικρολόγον· ἐπαινοῦντα δὲ Πλάτωνος καὶ Πλωτίνου καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τούτων εἰσὶν ὁμογνώμονες, τὰ περὶ τῆς προνοίας διδάγματα· καὶ φυσικοῖς δὲ λογισμοῖς ἐπιδείκνυσι ταύτην ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένην, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν θεόθεν γιγνομένων προφαινομένην.

14. τοῦ ἀνθρώπου] τοῦ om. C. qui mox trs. Ἑλληνικὰς et Χριστιανικάς. 16. οἷον] ὅσον B.C.

Quarta autem disputatio circa rerum materiam mundumque versatur, ostenditque nostram illam mundi genituram magis rationi consentaneam esse, quam quæ statuitur a Platone ceterisque philosophis.

Quinta vero disputatio de natura hominis certamen suscepit, ostensisque super hac re tum Græcorum tum Christianorum sententiis, probe nos docet quanta sit lucem inter ac tenebras differentia.

Sextum vero disputationis locum sermo de providentia sibi vindicat. Par enim fuit, ut ceteros sermones qui de Deo præcesserant noster hic sermo de providentia sequeretur, qui Diagoræ quidem indeitatem refelleret, Epicurique maledicta, ipsiusque adeo Aristotelis exilem illum de providentia parcumque sermonem; comprobaret autem Platonis ac Plotini doctrinam, ceterorumque philosophorum, qui cum illis de providentia bene sentiunt: tum et rationibus ostenderet a natura rerum petitis providentiam in mundi constitutione spectari, singulisque in rebus quæ a Deo factæ sunt maxime esse conspicuam.

Quia vero et ostendendum fuit, superflua esse tot numero sacrificia, Septima disputatio sibi hujus rei demonstrandæ sumpsit officium. Nam philosophicis quidem rationibus damnat Græcorum ac

10 Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θυσιῶν ἔδει δεῖξαι τὸ περιττὸν, ἡ ΕΒΔΟΜΗ διάλεξις τοῦτον περιέχει τὸν λόγον, φιλοσόφοις μὲν λόγοις τῶν θυσιῶν τῶν Ἑλληνικῶν κατηγοροῦσα, προφητικοῖς δὲ τὸ νηπιῶδες τῆς Ἰουδαίων νομοθεσίας ἐπιδεικνῦσα.

11 Τὴν δὲ κατὰ τῶν τοὺς νικηφόρους μάρτυρας γεραιρόντων κατηγορίαν, καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἡ ΟΓΔΟΗ περιέχει, ταῖς τῶν φιλοσόφων καὶ συγγραφέων καὶ μέντοι καὶ ποιητῶν μαρτυρίαις χρωμένη, καὶ ἐπιδεικνῦσα ὡς Ἕλληνες οὐ μόνον χοαῖς ἀλλὰ καὶ θυσίαις τοὺς τεθνεῶτας ἐτίμων, τοὺς μὲν θεοὺς, τοὺς δὲ ἡμιθέους, τοὺς δὲ ἥρωας ὀνομάζοντες, καὶ τούτων τοὺς πλείστους ἀκολασίᾳ συνεζηκότας.

12 Προύργου δὲ ᾠήθην καὶ τοῖς παρ' Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτοις [γεγενημένοις] νομοθέταις τοὺς ἡμετέρους παρεξετάσαι, τοὺς ἁλιέας λέγω καὶ τὸν σκυτοτόμον καὶ τοὺς τελώνας· καὶ δεῖξαι πάλιν ἐκ συγκρίσεως τὸ διάφορον, καὶ ὡς ἐκεῖνοι μὲν οἱ νόμοι μετὰ τῶν τεθεικότων

33. τὴν δὲ] τὴν δὲ πρὸς τοὺς τῶν τοὺς κατηγοροῦντας ἀπολογίαν ἡ C. 37. δεικνῦσα] ἐπιδεικνῦσα B.C. 39. τοὺς πλείστους] τοὺς om. B. 42. γεγενημένοις om. C. 44. τοὺς τελώνας] τὸν τελώνην C.

Gentium sacrificia, propheticis autem argumentis auctoritatibusque nos docet, quam puerilis fuerit legis Judaicæ litteralis ille cultus et observatio.

Octava autem illorum adducit objectiones, qui nos idcirco accusant, quod honore martyres prosequamur. Sed et nostram quoque defensionem complectitur, auctoritatum præsidio, quas sibi de philosophis, deque historiarum scriptoribus ac poetis desumit, plane indicans Græcos atque Gentium populos non libamina solum, sed etiam sacrificia, honorandis mortuis impendisse; quorum alios quidem deos, alios vero semideos, heroas alios nuncuparent; eorumque plerosque magnis, dum vixerunt, flagitiis inquinatos fuisse.

Magnum vero me operæ pretium facturum existimavi, si celeberrimis apud Græcos legum latoribus Christianæ religionis duces conferrem, nostros inquam piscatores, nostrum sutorem, nostrum publicanum; ut comparatione proposita, quid inter se differant, innotescat: cum eorum quidem leges una cum de-

τῷ τῆς λήθης παρεδόθησαν ζόφῳ, οἱ δὲ τῶν ἁλιέων ἀνθοῦσιν οὐ μόνον παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ Σκύθαις καὶ Σαυρομάταις καὶ Πέρσαις καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις. Ταύτην δὲ τὴν παρεξέτασιν ἡ ΕΝΝΑΤΗ περιέχει διάλεξις. 3

13 Ἡ δὲ ΔΕΚΑΤΗ διδάσκει ὁποῖα μὲν οἱ θεῖοι χρησμοὶ προηγόρευσαν, καὶ ὡς θεῷ πρέποντα καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττοντα· τίνα δὲ ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Δωδωναῖος, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων ψευδομάντεις προειπόντες ἐφωράθησαν μὲν ψευδόμενοι, [καὶ] τῶν ἐσομένων οὐδὲν προγιγνώσκοντες, τοιαῦτα δὲ τεθεσπικότες, ὁποῖα οὐδὲ τῶν ἐπιεικῶν τις ἀνθρώπων ἠνέσχετο ἂν εἰσηγήσασθαι.

14 Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τέλους καὶ κρίσεως ἔδει γνῶναι τοὺς ἀγνοοῦντας τίνα μὲν ἡμεῖς τίνα δὲ ἐκεῖνοι διδάσκουσι, ταύτην ἡ ΠΡΩΤΗ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΗ διάλεξις τοῖς ἐντυχεῖν βουλομένοις τὴν διδασκαλίαν προσφέρει.

51. παρεξέτασιν ἡ ἐννάτη] ἐξέτασιν ἡ ἐνάτη C. ἐξέτασιν Vb.
3, 1. δεκάτη] δεκάτη διάλεξις C.Vb. 6. [καὶ] τῶν] καὶ agnoscit B. 7. οὐδὲν προγινώσκοντες] οὐδὲν μέρος γιγνώσκοντες cum γρ. οὐδὲν προγιγνώσκοντες B. οὐδὲ μέρος γινώσκοντες cum γρ. in marg. τῶν ἐσομένων δὲ οὐδὲν προγινώσκοντες C. μέρος γιγνώσκοντες Va. οὐδὲν προγιγνώσκοντες Vb. 8. δὲ om. B. 10. περὶ κρίσεως] περὶ om. B.C. 13. ἐντυγχάνειν] ἐντυχεῖν B. ἐπιτυχεῖν C. 14. προσφέρει] προφέρει C.

functis latoribus, oblivioni ac tenebris datæ sint; at vero nostrorum leges non solum apud ipsos Græcos, sed apud Scythas, Sauromatas, Persas, barbarasque alias nationes polleant et efflorescant. Hanc vero comparationem NONA complectitur disputatio.

DECIMA vero ostendit cujusmodi illa fuerint quæ per Dei veri oracula prædicta sunt; quam videlicet auctorem Deum decentia, quamque etiam viris prudentibus consentanea: contra vero, qualia illa fuerint quæ Pythius Apollo, Dodonæusque Jupiter, aliique falsi vates Gentium prædixerunt. In quibus sane ipsis et mendaces et futurorum ignari deprehensi sunt; cum ea vaticinati fuerint quæ nullus quidem, qui probus homo censeatur, effari velit. Cum vero et ignaros docendos esse existimarim, quæ ab ipsis Græcis, quæque item a nostris, de ipso mundi fine supremoque judicio afferantur, harum rerum doctrinam UNDECIMA disputatio lecturis offert et polli-

15 Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἐπιδείκνυμι τὸ διάφορον, ἐπειδὴ μάλα καὶ τὴν Ἑλληνικὴν συμμορίαν ἐπὶ τοῖς πάλαι γεγενημένοις φιλοσόφοις βρενθυομένην ὁρῶ, καὶ τὸν ἐκείνων βίον αἴρειν τοῖς λόγοις ἐπιχειροῦντας. Ἐπιδείξει τοίνυν ἡ ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑΤΗ διάλεξις, ὡς ἐκείνων μὲν ὁ βίος οὐ μόνον φιλοσόφων, ἀλλὰ καὶ ἀνδραπόδων ἐπαινουμένων ἀνάξιος· ὁ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνοις ἑπομένων τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ὑπέρτερος, καὶ τοῖς τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμένοις καὶ τὸν οὐρανὸν περιπολοῦσι προσόμοιος.

16 Ὄνομα δὲ τῷ βιβλίῳ, ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΤΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ, ἢ, ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ.

17 Ἐγὼ μὲν οὖν τῆς τε τῶν νοσούντων ἕνεκα θεραπείας, καὶ τῆς τῶν ὑγιαινόντων προμηθούμενος ὠφελείας, τοῦτον ἀνεδεξάμην τὸν πόνον· τοὺς δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐν-

16. μαλὰ καὶ habet B. om. Sirm. 18. ἐπιχειροῦντας] ἐπιχωροῦντας C. ib. δωδεκάτη] δυοκαιδεκάτη B. cum γρ. ἡ δευτέρα καὶ δεκάτη. In C. δευτέρα καὶ τρίτη$^{\text{δεκα}^{\text{τ}}}$ (sic.) 19. ὁ ἐκείνων] ὁ om. B. sed mox ὁ βίος, et sic Va. 20. ἐπαινουμένων] ἐπαίνου μὲν ὢν Vb. 23. τῶν σωμάτων] τῶν om. B.Va. In C. τῆς φύσεως leg. post ὑπέρτερος, tum om. καὶ τοῖς—ἀπηλλαγμένοις. 28. εἵνεκα] ἕνεκεν B. et sic infra. ἕνεκα C.

cetur. Sed enim quid in actuosa quoque ac morali virtute nostri Græcis hominibus ac Gentibus præstent, ostendendum putavi. Nam cum et Græcorum veterum philosophorum sodalitates atque collegia communemque vivendi societatem jactari ab illis audiam, qui efferre illorum vitam laudibus student, DUODECIMA disputatione ostendam, esse indignam eorum hominum vitam quæ laudatis mancipiis, nedum probis philosophis, ascribatur: cum contra, Apostolorum vita, eorumque qui Apostolorum vestigia consectati sunt, inveniatur humana conditione longe superior, magisque illis esse persimilis, qui corporeis vinculis exsoluti, cælestes incolunt sedes. Est autem libri titulus, *Curatio Græcarum affectionum*; vel, *Evangelicæ veritatis ex Græcorum ac Gentium Philosophia cognitio.* Ego itaque, tum ut ægrotos laborantesque curarem, tum ut bene valentium utilitati consulerem, operam hanc suscepi. Oratos autem velim, quicumque in aliorum lucubrationes inciderint, ut, si quidem bene habent omnia quæ scripta sunt, Deum laudent, qui

*τυγχάνοντας πόνοις παρακαλῶ, εἰ μὲν ἅπαντα εὖ ἔχει τὰ γεγραμμένα, τὸν τούτων ἀνυμνῆσαι δοτῆρα, καὶ τοῖς πεπονηκόσι προσευχὰς ἀντιδοῦναι· εἰ δέ τινα ἐλλείπει, μὴ πάντων ὁμοῦ τούτων ἕνεκα καταγνῶναι, ἀλλ' ἐκ τῶν* 35 *[εὖ] εἰρημένων τὸ κέρδος κομίσασθαι.*

33. *ἀποδοῦναι*] *ἀντιδοῦναι* B.C. 35. *εὖ εἰρημένων*] *εὖ* om. B.C. Mox *κομίσεσθαι* Va.

bene scribendi facultatem dedit, ipsisque adeo scriptoribus bene precentur: sin vero aliqua deesse desiderarique videantur, ne paucorum causa cuncta ea quæ scripta sunt continuo detestentur, sed ex iis potius quæ haud perperam scripta esse cognoverint emolumentum sibi commoditatemque comparent.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

# ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ. α'.

ΙΑΤΡΙΚΗ *θεραπεία ἔστι μέν που καὶ σώματος, ἔστι δ' ἄρα καὶ ψυχῆς· καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ κἀκείνῳ συχνὰ προσγίγνεται πάθη· ἀλλὰ τῷ μὲν, ἀκούσια· τῇ δὲ, ὡς*
2 *ἐπίπαν, αὐθαίρετα. Τοῦτο οὖν εὖ εἰδὼς, οἷα δὴ πάνσοφος,* 5
*ὁ θεὸς, καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ἑκατέρᾳ φύσει προσένειμεν ἁρμόδια φάρμακα· καὶ μέντοι καὶ ἰατροὺς ἐπέστησε, τοὺς μὲν ταύτην, τοὺς δὲ ἐκείνην ἐκπαιδεύσας τὴν ἐπιστήμην, καὶ στρατηγεῖν καὶ* 10
3 *ἀριστεύειν κατὰ τῶν νοσημάτων ἐκέλευσεν. Ἀλλ' οἱ μὲν τὸ σῶμα οὐκ εὖ διακείμενοι, καὶ τὴν νόσον δυσχεραίνουσι, καὶ τῆς ὑγείας ἰμείρονται, καὶ τοῖς ἰατροῖς εἴκουσιν, οὐ μόνον ἥπια προσφέρουσι φάρμακα, ἀλλὰ κἂν* 15
*τέμνωσι, κἂν κάωσι, κἂν λιμώττειν κελεύωσι, κἂν πι-*

p. 4. ad tit. *τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως λόγος α'.* B. 1. *ἰατρικὴ θεραπεία*] *γρ. ἰατρεῖα καὶ θεραπεῖαι* B. 6. *θεὸς ὁ καὶ*] *ὁ θεὸς καὶ* B.C. 7. *προσένειμεν*] *ἀπένειμεν* C.Vb. infra in textu *ἐκπαιδεύσοντας* C.Vb. 11. *νοσημάτων*] *σωμάτων* B. pr. 13. *ἰμείρονται*] *ὀρέγονται* Va.B. cum *γρ. ἰμείρονται.* ante *ὑγιείας* C. om. *τῆς.* 15. *καίωσι*] *κάωσι* B. 16. *κελεύωσι*] *κελεύουσι* C.

## DE FIDE. SERMO I.

MEDENDI rationem, tum corpori, tum et animæ congruere, satis constat : quando et corpus et animam frequentibus morbis ac perturbationibus laborare contingit. Ceterum corporeæ quidem pestes invitis admodum nobis adveniunt ; animæ vero labes a delectu voluntatis pleræque proficiscuntur. Hujus itaque rei apprime conscius Deus ; utpote qui sapientissimus est, quique auctor animarum et corporum ceterarumque rerum omnium ; suos utrique naturæ congruentesque curandi modos ac propria fomenta distribuit ; medicosque insuper utrique rei præfecit, qui et hanc et illam medendi rationem perdocti essent ; jussitque eos quodam quasi imperio ac dominatu moderari morbos, illisque præesse. Verum longe diversa ægrotantium ratio esse cernitur. Nam qui sunt corpore male affecto morbos ægre ferunt, sanitatemque appetunt ; atque idcirco medicis obedientes se præbent, non jucunda solum ministrantibus pharmaca, verum etiam si ferro

κρῶν τινῶν καὶ ἀηδῶν μεστὰς προσφέρωσι κύλικας· καὶ διὰ τοιαύτης ἀνιαρᾶς ἐπιμελείας τὴν ὑγίειαν καρπούμενοι μισθὸν τοῖς οὕτως ἀκουμένοις ὀρέγουσιν, καὶ τὴν θεραπείαν δεχόμενοι τὴν τῶν φαρμάκων οὐ περιεργάζονται σκευασίαν· τὴν γάρ τοι σωτηρίαν ποθοῦσιν, οὐ τὸν ταύτης τρόπον ἀνερευνῶσιν. Οἱ δὲ τῆς ἀπιστίας τὴν λώβην εἰσδεδεγμένοι, οὐ μόνον ἀγνοοῦσι τὴν παγχάλεπον νόσον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄκρας εὐκληρίας ἀπολαύειν ὑπολαμβάνουσιν· ἢν δέ τις τῶν ταῦτα θεραπεύειν ἐπισταμένων ἀλεξίκακον φάρμακον τῷ πάθει προσενεγκεῖν ἐθελήσῃ, ἀποπηδῶσιν αὐτίκα· καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ καὶ τὴν σφίσι προσφερομένην ἀποσείονται θεραπείαν, καὶ τὴν ἰατρείαν ὡς ἀρρωστίαν ἀποδιδράσκουσι. Χρὴ μέντοι τοὺς ταύτην μετιόντας τὴν ἐπιστήμην, καὶ χαλεπαίνοντας φέρειν, καὶ λοιδορουμένων ἀνέχεσθαι, κἂν πὺξ παίωσι, κἂν λακτίζωσι· τοιαῦτα γὰρ δὴ ἅττα πλημμελοῦσιν οἱ παραπαιόντες· καὶ οὐ δυσχεραίνουσι τούτων γιγνομένων οἱ ἰατροὶ, ἀλλὰ καὶ δεσμὰ

19. οὕτως ἀκουμένοις] οὕτω κακουμένοις B.Va. τούτοις C.Vb. γρ. τοῖς οὕτω προσφερομένοις κακούμενοι ὀρέγουσι. C. in marg. 24. παγχάλεπον om. C. 25. εὐκληρίας ἀπολαύειν] ἀπολαύειν ὑγείας C.Vb. 28. ἀπαγορεύουσιν] ἀποπηδῶσιν B.C. 29. νόσῳ om. C.

ignique utantur, si inediam imperent, si plenos amaroris calices porrigant. Cumque hoc tam tristi genere curationis cupitam valitudinem assequantur, mercedem illis rependunt a quibus sic acerbe vexati fuerant. Salutem enim consequi desiderant; modum ac rationem qua sint eam consequuturi, non curant. Contra autem, qui impietatis labem infidelitatisque contraxerunt, non solum morbi gravitatem miseri non persentiunt, verum etiam sic ægrotantes, opinantur optimo se in statu ac conditione versari. Quod si quis medicæ facultatis peritus salubre remedium velit afferre, statim resiliunt, non secus atque ii facere consuerunt qui phrenitico morbo corripiuntur: oblatam enim sibi curationem procul arcentes, quasi novam ægritudinem aversantur ac fugiunt. Ceterum iis qui artis medicæ professores censeri volunt, quantumvis morosi ægrotantes sient, æquo animo ferendi sunt, patienterque tolerandi, vel si conviciis eos aspergant, vel si pugnis aut calce petulantes se præbeant: solent enim quandoque hoc injuriæ genus de-

προσφέρουσι, καὶ καταιονῶσι βίᾳ τὰς κεφαλὰς, καὶ πᾶσαν μηχανὴν ἐπινοοῦσιν ὥστε τὸ πάθος ἐξελάσαι, καὶ τὴν προτέραν τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι τῷ ὅλῳ.
6 Τοῦτο δὴ καὶ ἡμῖν ποιητέον, καὶ τῶν οὕτω διακειμένων ἐπιμελητέον εἰς δύναμιν. Εἰ γὰρ καὶ ὀλίγοι λίαν εἰσὶν οἱ τῷ πάθει δεδουλωμένοι, καὶ ἐοίκασιν ὑποστάθμῃ τινὶ παχείᾳ τῶν τοῦ διϋλιστῆρος οὐ διϊκνουμένῃ πόρων διὰ παχύτητα· ἀλλ' οὖν οὐκ ἀμελητέον αὐτῶν, οὐδὲ παροπτέον φθειρομένους ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλὰ πάντα πόρον ἐξευρητέον, ὥστε τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς ὁμίχλην ἀποσκεδάσαι, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἐπιδεῖξαι τὴν αἴ-
7 γλην. Οὐδεὶς γὰρ φιλόπονος γεωργὸς τὰς μὲν πολλὰς ἀκάνθας ἐκτέμνει, τὰς δὲ ὀλίγας ἐᾷ· ἀλλὰ κἂν δύο εὕρῃ, κἂν μίαν, πρόρριζον ἀνασπᾷ, καὶ καθαρὸν ἀποφαίνει τὸ λήϊον. Πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον τοῦτο ποιητέον ἡμῖν· οὐ γὰρ ἐκτέμνειν, ἀλλὰ μεταβάλλειν τὰς ἀκάνθας,

39. πρότερον—ὅλῳ] προτέραν ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι C. et in marg. γρ. τῶν μορίων ἁρμονίαν ἀποδοῦναι. 40. δὴ καὶ] δὲ καὶ B.C. 44. τῶν τοῦ διϋλιστῆρος οὐ διϊκνουμένῃ πόρων] τὸν τοῦ διυλητῆρος οὐ διικνούμενοι πόρον C. διικνούμενοι πόρων Vb. καὶ pro τῶν Sirm.

5, 1. οὐδὲ γὰρ φιλόπονος φυτουργὸς] οὐδεὶς γὰρ (cum γρ. οὐδὲ γὰρ B.) φιλ. γεωργὸς B.C. οὐδὲ γὰρ Vb. 5. ἐκτεμεῖν—μεταβαλεῖν] ἐκτέμνειν—μεταβάλλειν B.C.

lirantes peccare. Neque tamen cum hæc fiunt, animo perturbantur qui vere sunt medici; sed vincula potius colligandis intendunt, caputque unguento aspergunt, quamquam reluctantibus et invitis. Nullum denique non remedii genus excogitant, quo ægritudinem procul summoveant, pristinamque partium æqualitatem corpori universo restituant. Quamvis autem haud ita multi numero essent qui hujus morbi servitio premerentur, essentque pinguissimæ cuidam feci persimiles, quæ crassitudine impeditur quominus per coli foramina transigatur: at ne sic quidem posthabendi essent, neque dissimulanter ferendum eos ab ejusmodi peste corrumpi; sed omnis potius excogitanda ratio esset, qua insidens eis nebula tolleretur, splendorque intellectualis luminis appareret. Neque enim qui industrius sit navusque colonus, multis quidem excidendis spinis occupatur, paucas vero intactas esse permittit; sed si vel unam duasve incurrerit, radicitus eruit et evellit; atque ita segetem purgatissimam reddit. Multo igitur ma-

8 ὁ τῆς ἡμετέρας γεωργίας παρακελεύεται νόμος. Φέρε τοίνυν καὶ ὡς ἀκάνθαις τὴν γεωργικὴν προσενέγκωμεν δίκελλαν, καὶ τῇ μακέλλῃ τοῦ λόγου τὰς κεχερσωμένας τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν αὔλακας, ἵνα μηδὲν τῶν ἐν μέσῳ κειμένων κωλυμάτων ἐπίσχῃ τῆς ἀρδείας τὸ ῥεῖθρον· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀρρωστοῦντας καταιονήσωμεν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ παιώνια προσενέγκωμεν φάρμακα.

9 Πρῶτον δέ γε τῶν ἄλλων τὸ τῆς οἰήσεως ἰατρεύσωμεν πάθος. Καὶ γὰρ δή τινες [αὐτῶν,] ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν λόγων μετεσχηκότες, τινὲς δὲ καὶ τῆς Πλάτωνος εὐεπείας ἀπογευσάμενοι, καταφρονοῦσι μὲν τῶν θείων λογίων, ὡς ἥκιστα κεκαλλιεπημένῃ φράσει κεκομψευμένων· οὐκ ἀξιοῦσι δὲ παρ' ἀνδρῶν ἁλιέων μαθεῖν 10 τὴν τοῦ ὄντος ἀλήθειαν. Καὶ τέχνης μὲν ἑκάστης δρεπόμενοι τοὺς καρποὺς, τὰς τῶν τεχνιτῶν οὐ περιεργάζονται γλώττας· οὐδὲ γὰρ Ἀττικοὺς εἶναι τοὺς σκυτοτόμους

8. γεωργικὴν] λογικὴν Vb. 9. μακέλλῃ] μάστιγι cum γρ. μακέλλῃ B. τῷ ἀρότρῳ C. et in marg. ἐν ἄλλ°, καὶ τῇ μακέλλῃ τοῦ λόγου τὰς τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν αὔλακας. 10. τὰς τῶν ἀκοῶν εὐ.] τὰς κεχερσωμένας ἀνευ. C. κεχερσωμένας addit Sirm. 13. παιώνια] παιώνεια B. 15. πρῶτον δέ γε] πρῶτόν γε B. cum γρ. δέ γε.—πρῶτόν γε τοι Va. 16. τινες αὐτῶν] αὐτῶν om. B. αὖ τῶν C. 23. οὐδὲ γὰρ] γὰρ om. C. qui infra χαλκεῖς et τοὺς om. ante κυβερνήτας.

gis hoc nobis faciendum est. Haud enim spinas excidere, sed eas colendo immutare divina lex jubet. Agedum itaque, ceu spinis quibusdam coloni rastrum admoveamus, sulcosque aurium qui incultiores effecti sunt aratro rationis altius inscrutemur; ne quid forte inter occurrat, quod irrigationis fluxum remoretur, atque illabi non sinat. Aspergamus inquam infirmos, salutariaque illis ac Pæonia pharmaca deferamus.

Primum vero omnium, curare studeamus opinionis morbum. Etenim nonnulli eorum qui poetarum participes atque oratorum facti jam sunt, Platonisque adeo elegantiam degustarunt, sacrarum litterarum monumenta contemnunt, ut quæ calamistris eloquentiæ compta non sint; indignosque idcirco piscatores existimant, a quibus veritatem primam doceantur. Atque alibi quidem videre est, eos qui singularum artium quærunt fructus percipere, minus esse sollicitos qua eloqutione, quove idiomate usi sint illarum artifices. Neque enim Atticos esse sutores curant, neque fabros ferrarios, neque architectos, ne-

ἀπαιτοῦσιν, ἢ τοὺς χαλκέας, ἢ τοὺς τέκτονας, ἢ τοὺς ζωγράφους, ἢ τοὺς ναυπηγοὺς, ἢ [τοὺς] κυβερνήτας· ἀλλὰ κἂν Σκύθαι ὦσι, κἂν Σαυρομάται, [κἂν Ἴβηρες,] κἂν Αἰγύπτιοι, μεθ' ἡδονῆς ἀπολαύουσι τῶν τεχνῶν, μόνην ἀπαιτοῦντες τὴν τούτων ἀκρίβειαν, τὴν δὲ τῶν 11 ἐθνῶν διαφορὰν ἥκιστα δυσχεραίνουσι. Καὶ κιθαριστοῦ μὲν ἀκούοντες τῶν κρουμάτων μόνον ἀπαιτοῦσι τὴν ἁρμονίαν, οὐ μὴν εἰ Ἕλλην ἐστὶν ἢ βάρβαρος ἐπιζητοῦσι μαθεῖν· μόνην δ' ἄρα τῆς ἀληθείας τὴν μάθησιν ἀπεριέργως λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀτιμίαν ὑπολαμβάνουσιν, εἰ βάρβαρος αὐτοὺς ταύτην τὴν γλῶτταν παιδεύοι· καὶ τοῦτον ἔχουσι τὸν τύφον ἄνδρες οὐδ' εἰς ἄκρον τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐληλακότες, ἀλλ' ὀλίγων τινῶν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἄκροις χείλεσι γεγευμένοι, καὶ σμικρὰ ἅττα ἔνθεν κἀκεῖθεν ἠρανισμένοι.

12 Οἱ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων περιφανέστατοι, ὧν ἡ μνήμη παρὰ τοῖς ἐλλογίμοις μέχρι καὶ τήμερον πολυθρύλητος, Φερεκύδης ὁ Σύριος, καὶ Πυθαγόρας ὁ

32. κρουσμάτων] κρουμάτων B.C. 36. τὴν γλῶτταν ταύτην] ταύτην τὴν γλῶτταν B.C. 38. φιλοσοφίας] σοφίας Vb. 41. ἠρανισμένοι] ἐρανισμένοι C. ἐρανισάμενοι Vb. vid. 6, 39. 44. Σύριος] ἀσσύριος C.Vb. omisso statim καί ter.

que pictores; non ipsos denique factores navium, non gubernatores: verum sive Scythæ sive Sauromatæ, sive Hispani sint sive Ægyptii, summa cum voluptate utuntur illorum artibus, solam ab his fidem diligentiamque poscentes, minus autem ægre ferunt gentium locorumque differentiam. Item qui citharœdi fidibus oblectantur, solam audire vocum consonantiam quærunt, neque sitne is Græcus an barbarus sciscitari contendunt. Et tamen in solo perdiscendæ veritatis studio non curiosi ac non solliciti esse non possunt; sed ignominiam fieri sibi probrumque existimant, si quis homo sermone barbarus eos ad veritatem erudiat. Intumescunt autem hoc genere superbiæ homunciones quidam, non ex iis qui ad summum Græcæ sapientiæ pervenerunt; sed qui pauca quædam, quod dicitur, primis labiis delibarunt, sibique hinc atque illinc pusilla quæpiam collegerunt.

Illustrissimos autem Græcorum philosophorum, quorum memoria hodieque apud eloquentes doctosque homines celeberrima est, Pherecyden inquam Syrum, Samiumque Pythagoran, Thaletem Milesium, ac Solonem Atheniensem,

Σάμιος, καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, καὶ μέντοι καὶ Πλάτων ἐκεῖνος, ὁ Ἀρίστωνος μὲν υἱὸς, Σωκράτους δὲ φοιτητὴς, εὐστομίᾳ δὲ ἅπαντας ἀποκρύψας, οὐκ ὤκνησαν ἕνεκα τοῦ τἀληθὲς ἐξευρεῖν καὶ Αἴγυπτον περινοστῆσαι, καὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, καὶ Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, καὶ ταῦτα οὐ μιᾶς βασιλείας τάδε τὸ τηνικαῦτα ἰθυνούσης τὰ ἔθνη, ἀλλὰ διαφόρων μὲν πολιτειῶν ἐν ταῖς πόλεσιν οὐσῶν, διαφόρων δὲ νόμων. Αἱ μὲν γὰρ δημοκρατίαν, αἱ δὲ ὀλιγαρχίαν ἠσπάζοντο· καὶ οἱ μὲν ἐτυραννοῦντο, οἱ δὲ ἐννόμως ἐβασιλεύοντο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἐπέσχε τῶν κωλυμάτων παρὰ βαρβάρους ἀνθρώπους δραμεῖν, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτῶν ἅπερ αὐτοὺς ἄμεινον γιγνώσκειν ἑαυτῶν ὑπελάμβανον. Φασὶ δὲ αὐτοὺς ἐν Αἰγύπτῳ οὐ μόνον παρ' Αἰγυπτίων ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίων τὰ περὶ τοῦ ὄντος διδαχθῆναι θεοῦ. Καὶ ταῦτα διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ Βοιώτιος, διδάσκει δὲ καὶ Πορφύριος ὁ κατὰ

48. ἅπαντας] πάντας B.Va. 49. ὤκνησεν] ὤκνησαν B. 51. οὐδὲ μιᾶς] οὐ μιᾶς B.C. 52. τηνικαῦτα] τὸ τηνικαῦτα B.C.
6, 6. αὐτῶν] ἑαυτῶν B.Va. αὐτὸν C. αὐτῶν Vb. 10. Βοιώτιος] Βοιώτης Va.

Platonem denique ipsum, filium quidem Aristonis, Socratis vero auditorem; illum inquam Platonem, qui ceteros omnis philosophos obruit eloquentiæ copia; nequaquam piguit inveniendæ veritatis causa Ægyptum Thebasque Ægyptias perlustrare; Italiam præterea et Siciliam; non uno quidem imperio ac dominatu gentes illas et provincias gubernante, sed singulas civitates singulis moderantibus vivendi modis ac legibus. Aliæ siquidem illarum populo habenas rerum tradiderant: aliæ, paucorum potestate gaudebant: aliæ, sub tyrannis erant: aliæ, legibus regebantur. Neque tamen priscis illis philosophis hæc regendi varietas quicquam impedimenti attulit, quo minus barbaras advecti nationes, ab iis ea perciperent quæ melius ab ejusmodi gentibus quam a se ipsis teneri arbitrabantur. Aiunt vero illos in Ægypto, non ab ipsis solum Ægyptiis, sed ab Hebræis quoque præceptoribus, Dei veri doctrinam cognitionemque percepisse. Atque hæc quidem Plutarchus narrat Bœotus; nec minus et Porphyrius ille narrat, qui contra veritatem fidei Christianæ rabida debacchatur insania.

τῆς ἀληθείας λυττήσας, καὶ μέντοι καὶ Νουμήνιος ὁ
15 Πυθαγόρειος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομῆς ἀνέχεσθαι, τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα· Αἰγύπτιοι δὲ παρ' Ἑβραίων τόνδε τὸν νό- 15
μον παρέλαβον. Ἀβραὰμ γὰρ τοῦ πατριάρχου παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων τῆς περιτομῆς δεξαμένου τὴν ἐντολήν, ἐφύλαξε μὲν ταυτὴν τὸ γένος· ᾤκησε δ' ἐπὶ πλεῖστον τὴν Αἴγυπτον· ἐζήλωσαν δὲ τοὺς Ἑβραίους Αἰ-
16 γύπτιοι. Ὅτι δὲ οὐκ ἦν πάλαι νόμος Αἰγυπτίοις περι- 20
τέμνειν τὰ βρέφη, ἡ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ ἀξιόχρεως μάρτυς. Τῇ γὰρ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ προσερριμμένον εὑροῦσα τὸν Μωϋσῆν, εὐθύς γε τὴν περιτομὴν εἶδεν, καὶ τὸ γένος ἐπέγνω, καὶ τῶν Ἑβραίων ἔκγονον τὸ βρέφος 25
ὠνόμασεν.

17 Οἱ μὲν οὖν διὰ πάσης ἐληλυθότες παιδείας τοσοῦτον ἔρωτα εἶχον φιλοσοφίας, ὡς καὶ πολέμων καὶ πελαγῶν μεγίστων καταφρονῆσαι, καὶ βαρβάροις ἀνδράσι φοιτῆσαι, καὶ πανταχόθεν συλλέξαι ὅπερ ἀναγκαῖον ἐνόμισαν· 30

13. ἀνάσχεσθαι] ἀνέχεσθαι B. 17. ἐφύλαξε] ἐφύλαξαν B. 18. αὐτὴν] ταύτην B.C. Tum ὥκει δὲ C.Vb. 21. περιτέμνειν τὰ βρέφη] περιτέμνεσθαι C.Vb. 23. εὐθύς γε] εὐθύς τε B.C. 25. βρέφος] γένος Va. 26. σοφίας] παιδείας B. 27. φιλομαθίας] φιλοσοφίας B. φιλομαθείας C. ib. πελαγῶν] ποταμῶν Vb.

Narrant præterea et Pythagoreus Numenius, et alii sane complures. Fertur autem Pythagoras et circumcisionem subisse acceptam ab Ægyptiis; quam ipsam Ægyptii ab Hebræis patribus acceperunt. Nam cum Abraham patriarcha ab auctore rerum omnium Deo circumcidi jussus fuisset, ritum hunc posteritas cultu perpetuo asservavit: cujus, per ætatum multa curricula in Ægypti finibus diversatæ, imitatores Ægyptii facti sunt. Quod enim apud Ægyptios infantes circumcidi lex vetusta non fuerit, Pharaonis filia satis idonea testis est; quæ cum infantem Mosen in ripa fluminis expositum reperisset, illico circumcisum intuita, et pueri genus agnovit, et Hebræis parentibus natum esse asseruit.

Atque ii quidem quos superius nominavi, nulla non adita disciplina, tanto discendi studio inarserunt, ut per infestas bellis regiones, marisque etiam tempestatibus spretis, barbaras nationes adierint, ac ea quæ sibi fore usui videbantur, undecumque collegerint. Socrates au-

Σωκράτης δὲ ὁ Σωφρονίσκου, τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, οὐδὲ παρὰ γυναικῶν μαθεῖν τι χρήσιμον ὑπελαβε φιλοσοφίας ἀνάξιον· τῷ τοι καὶ τὴν Διοτίμαν οὐκ ἠρυθρία προσαγορεύων διδάσκαλον, καὶ μέντοι καὶ παρὰ τὴν
18 Ἀσπασίαν διετέλει θαμίζων. Τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μὲν οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν Ἀχιλλέως, ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια· οἱ δὲ ὀλίγα μὲν παρὰ ποιητῶν, ὀλίγα δὲ παρὰ ῥητόρων ἐρανισάμενοι, τῶν δέ γε φιλοσόφων οὐδὲ αὐτὰς τὰς προση- 40
γορίας μεμαθηκότες, πλὴν δυοῖν ἢ τριῶν τῶν ἐπισήμων, βάρβαρον μὲν τὴν θείαν γραφὴν ὀνομάζουσι, μαθεῖν δὲ τἀληθὲς παρὰ ταύτης αἰσχρὸν ὑπειλήφασιν. Ἐξ ἀνοίας
19 δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀλαζονείας ἐπιγίνεται πάθημα. Εἰ γὰρ 45
τὰς Ἑλληνικὰς ἀνεγνώκεισαν ἱστορίας, ἔγνωσαν ἂν δήπουθεν, ὡς καὶ τὰς περιφανεῖς ἐπιστήμας, καὶ τῶν τε-

30. Σωκράτης δὲ] δὲ om. B. 32. μαθεῖν τι] τι μαθεῖν C. 41. δυοῖν] δυεῖν C. 43. παρὰ ταύτης] παρ' αὐτῆς C. 45. ἐπιγίνεται] περιγίνεται B.Vb. 46. ἀνεγνώκεσαν] ἀνεγνώκεισαν Vb. Sirm.

tem Sophronisci filius, multo philosophorum optimus, ne ab ipsis quidem mulieribus doceri quod ad rem foret indignum philosopho esse duxit. Neque idcirco erubuit Diotimam appellare magistram: quin et Aspasiam perdiu frequentavit. Horum autem plerique hominum, a quibus nunc Christiani maledictis aspergimur, ne noverunt quidem quid sit Pelidæ Achillis indignatio; a qua sibi studiosi adulescentes auspicantur litterarum initia. Nam cum pauca omnino et a poetis et ab oratoribus ipsis acceperint, ac ne philosophorum quidem, duobus tribusve illustrioribus exceptis, nomina umquam audierint; tamen audent divinam scripturam barbaram nuncupare; ac turpe sibi esse ignominiosumque deputant, si hac magistra veritatem perdiscant. Ex ipsa enim ignorantia pestem superbiæ contraxerunt. Nam si Græcorum historiis oculos admovissent, scirent utique Græcos homines illustrem illam suam scientiam plurimasque artes a barbaris præceptoribus accepisse. Aiunt enim Ægyptios Geometriæ et Astronomiæ inventores primos fuisse. Dierum autem natalium observatio Chaldæorum esse fertur inventum; cum Arabes ac Phryges avium observationes primi invenerint. Tubas vero esse Tyrrhenorum opus, ac tibias Phrygiorum, tum tragœdiæ, tum vero et historiæ plane nos docent. Ac litterarum quidem Phœnicas inventores fuisse Græcorum monumenta testantur. Narrant enim

χνῶν τὰς πλείστας, παρὰ βαρβάρων ἐπαιδεύθησαν Ἕλληνες. Γεωμετρίαν μὲν γὰρ καὶ ἀστρονομίαν Αἰγυπτίους πρώτους εὑρηκέναι φασίν· ἀστρολογία δὲ καὶ γενεθλιαλογία Χαλδαίων εὕρημα λέγεται· Ἄραβες δὲ καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπικὴν ἐπενόησαν πρῶτοι· ὅτι δὲ καὶ ἡ 7 σάλπιγξ Τυρρηνῶν ἐστιν ἔργον, καὶ αὐλοὶ Φρυγῶν, διδάσκουσι μὲν αἱ τραγῳδίαι, διδάσκουσι δὲ μετὰ τούτων αἱ ἱστορίαι. Καὶ τὰ γράμματα δέ [γε] Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι· ἰατρικῆς δὲ ἄρξαι τὸν Ἄπιν φασὶ τὸν Αἰγύπτιον, εἶτα τὸν Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην· σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Λιβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τοῦ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς

μ
49. in marg. σημ. πόθεν τὰς ἐπιστήμας οἱ τῶν Ἑλλήνων ἔμαθον πρόκρι. C. 52. εὕρημα] εὕρεμα C.

7, 1. ἐπενόησαν πρῶτοι] πρῶτοι ἐπενόησαν C. qui mox ἔργον ἐστιν. 2. Φρυγῶν] Φρυγίων B. 3. μετὰ τούτων] καὶ C. qui mox om. γε. Supra μὲν καὶ αἱ Vb. 5. Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν] Φ. εὑρημέναι μυθολογοῦσιν Vb. 12. Ὀδρύσης] ὁ δρύσης B. 13. Αἴγυπτον] τὴν Αἴγυπτον B. 14. τοῦ Ὀσίριδος] τοῦ om. B.C. Tum Διοῦς C.

Cadmum, e Phœnicia primum litteras in Græciam detulisse. Medicinæ vero auctorem volunt Apin Ægyptium; quam subinde artem auxerit Æsculapius. Scapham in Libya primum compactam fuisse affirmant. Quod autem Orpheus homo Thracius ab Odrysia Dionysia et Panathenæa Thesmophoriaque et Eleusinia sacra mysteriaque Athenas detulerit; quodque idem in Ægyptum quondam profectus Isidis et Osiridis sacra in Cereris Liberique Patris orgia converterit, testis est Plutarchus e Chæronea Bœotiæ; testes item sunt et Siculus Diodorus, et orator Demosthenes. Aiunt enim Orpheum sanctissimos illis ritus ac cerimonias tradidisse. Ipsius autem Rheæ, seu malis Cybeles, seu Brimonis, aut quamcumque demum nuncupari velitis: multa enim vobis nominum copia, sed mira subsistentium rerum paucitas: ejus inquam deæ festas solennitates, e terra Phrygia sibi Græcos advex-

καὶ τὰ τοῦ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν
Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας, διδάσκει δὲ
καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, μέμνηται δὲ καὶ Δημοσθέ-
νης ὁ ῥήτωρ, καὶ φασὶ τὸν Ὀρφέα τὰς ἁγιωτάτας αὐ-
22 τοῖς τελετὰς καταδεῖξαι. Ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς Ῥέας, ἢ τῆς
Κυβέλης, ἢ τῆς Βριμοῦς, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλητε ὀνομάζειν·
(πολλὴ γὰρ εὐπορία παρ' ὑμῖν ὀνομάτων, οὐχ ὑποκει-
μένων πραγμάτων·) ἀλλ' ὅμως ὅτι καὶ ταύτης τὰς ἑορ-
τὰς, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τελούμενα, ἀπὸ Φρυγίας εἰς τὴν
Ἑλλάδα μετεκόμισαν Ἕλληνες, οἱ προκληθέντες ἤδη
23 μάρτυρες διαρρήδην διδάσκουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰς τέχνας,
καὶ τὰς ἐπιστήμας, καὶ τῶν δαιμόνων τὰς τελετὰς, καὶ
τὰ πρῶτα στοιχεῖα παρὰ βαρβάρων ἐδιδάχθησαν Ἕλ-
ληνες, καὶ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις ἐναβρύνονται, τί δήποτε
ὑμεῖς, οὐδὲ συνιέναι τὰ ὑπ' ἐκείνων συγγεγραμμένα δυ-
νάμενοι, παραιτεῖσθε μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν παρὰ ἀνδρῶν
24 θεόσδοτον σοφίαν εἰσδεξαμένων; Εἰ δὲ, ὅτι οὐκ ἐκ τῆς
Ἑλλάδος ἐβλάστησαν, τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν οὐ
βούλεσθε, ὥρα ὑμῖν μήτε Θαλῆν ὀνομάζειν σοφὸν, μήτε

15. καὶ τοῦ] καὶ τὰ τοῦ B. 16. Χαιρωνείας] Χερωνείας B.C. 18. φασὶ] φ$^{η}$ B. 19. ἐπιδεῖξαι] καταδεῖξαι B.V. vid. Aristoph. Ra. 1064. 20. [ἢ] καὶ] ἢ B.C. 21. ὀνομάζειν] ὀνομάζεσθαι B. cum γρ. ὀνομάζειε. ὀνομάζεσθαι Va. cum γρ. ὀνομάζειν. 26. δὴ] ἤδη B. προσκληθέντες ἤδη C. 31. ἀβρύνονται] ἐναβρύνονται B. οὐ βαρύνονται C.Vb. 32. συγγεγραμμένα] γεγραμμένα C.Vb. 34. εἰσδεξαμένων] εἰσδεδεγμένων Vb.

isse, iidem illi quos superius citavi testes plane nos docent. Cum itaque et artes, et disciplinas, et colendorum dæmonum cerimonias, et litterarum elementa, Græci a Barbaris docti fuerint, neque non barbaris præceptoribus glorientur; quid ita vos, quæso, cum ne possitis quidem percipere quæ ab illis conscripta sunt, renuitis ab illis hominibus veritatem perdiscere, qui sapientiam a Deo sibi traditam acceperunt? Quod si propterea illis aures accommodare non vultis, quod ii nequaquam e terra Græcia orti fuerint, reliquum est continuo ut nec Thaletem dicere sapientem, nec Pythagoran dicere philosophum debeatis, neque ipsum etiam Pherecyden, qui Pythagoræ fuit præceptor. Hic enim Syrus natione fuit, non Atheniensis, non Spartiates, neque Co-

Πυθαγόραν φιλόσοφον, μήτε Φερεκύδην τὸν ἐκείνου διδάσκαλον. Ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης Σύριος ἦν, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Σπαρτιάτης, οὐδέ γε Κορίνθιος· τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸν εἶναι φασὶν, ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει· τὸν δὲ Θαλῆν, οἱ μὲν Μιλήσιον λέγουσιν, Λέανδρος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν· καὶ μέντοι καὶ ὁ Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης ἦν, Σινωπεὺς δὲ ὁ Διογένης, καὶ Ἀλκμὰν ὁ Πειρίθου Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτον φασὶ περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον· Ἀκραγαντῖνος δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς· Σικελικὴ δὲ αὕτη [ἡ] πόλις.

25 Εἰ δὲ ἄρα τοῦτο φατὲ, ὡς ἔξω μὲν τῆς Ἑλλάδος καὶ ἔφυσαν οἵδε οἱ ἄνδρες καὶ ἐτράφησαν, τὴν δέ γε Ἑλληνικὴν ἠσκήθησαν γλῶτταν, πρῶτον μὲν ὁμολογεῖτε καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν ἄνδρας γεγενῆσθαι σοφούς· καὶ γὰρ δὴ καὶ Ζάμολξιν τὸν Θρᾷκα καὶ Ἀνάχαρσιν τὸν 8 Σκύθην ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάζετε, καὶ τῶν Βραχμάνων πολὺ παρ' ὑμῖν τὸ κλέος· Ἰνδοὶ δὲ οὗτοι, οὐχ Ἕλληνες.

26 Ἔπειτα δὲ καὶ ἐτέρωθεν ἐξελέγχεσθε οὐκ ὀρθῶς προ-

39. Τύριος] Σύριος B.C. 40. οὐδὲ] οὐδέ γε B. 45. καὶ ὁ] ὁ om. B. 47. Πειρίθου] Πειρίνθου C.Va. Vid. Diog. Laert. VIII. 83. 49. ἡ πόλις] πόλις B. cum γρ. σικελικαὶ πόλεις. 51. καὶ ἔφυσαν om. C. οἵδε οἱ ἄνδρες καὶ ἔφυσαν Vb. 52. ἠσκήθησαν γλῶτταν] γλῶτταν ἐπαιδεύθησαν C.Vb. pen. γενέσθαι] γεγενῆσθαι B. Sirm.

rinthius. Ipsum porro Pythagoran et Aristoxenus et Aristarchus et Theopompus Tyrrhenum tradunt fuisse, at Neanthes Tyrium eum vocat. Thaletem vero alii quidem fuisse dicunt Milesium; cum tamen et Leander et Herodotus Phœnicem appellent. Ac Aristoteles quidem Stagirites fuit, Sinopensis vero Diogenes; Alcman Pirinthi filius, Crotoniates; primusque hic fertur de natura rerum scripsisse. Empedocles fuit Agrigentinus: Acragas vero civitas est Siciliæ.

Si ergo extra fines Græciæ natos fuisse hos philosophos enutritosque dicitis, nihiloque secius linguam Græcanicam coluisse; primum quidem apud alias quoque gentes ac nationes fuisse viros sapientes dicetis: nam et Thracem Zamolxin, et Anacharsin Scytham sapientiæ causa demiramini: magnaque apud vos in gloria sunt Brachmanes; qui tamen Indici sunt, non Græci. Tum vero et aliis quoque argumentis osten-

τιθέντες τῆς ἀληθείας τὴν εὐέπειαν. Τὸν γάρ τοι Σωφρονίσκου Σωκράτην ὁμολογεῖτε δήπου καὶ ὑμεῖς τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων ἄριστον γεγενῆσθαι· ἀλλ' οὗτος ἐκ λιθοκόπου μὲν ἔφυ πατρὸς, ἐπιπλεῖστον δὲ τὴν πατρῴαν
27 μετελήλυθε τέχνην. Καὶ ταῦτα πολλοὶ μὲν εἰρήκασι καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ Πορφύριος δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Φιλοσόφου αὐτοῦ Ἱστορίας τοῦτο συνέγραψεν. Ἔφη δὲ οὕτως· Λέγωμεν περὶ τοῦ Σωκράτους τὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις μνήμης κατηξιωμένα· τὰ μὲν πρὸς ἔπαινον αὐτοῦ καὶ ψόγον πολλαχῶς ὑπὸ τῶν λογίων ἀνδρῶν μεμυθευμένα ἐπ' ὀλίγον φιλοκρινοῦντες, καταλιπόντες δὲ ἀνεξέταστον τὸ εἴτε αὐτὸς εἰργάσατο σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθοκοπικὴν τέχνην, εἴτε ὁ πατὴρ αὐτοῦ μόνος. Οὐδὲν γὰρ ἐνέκοπτεν αὐτῷ τοῦτο πρὸς σοφίαν πρὸς ὀλίγον χρόνον ἐργασθέν. Εἰ δὲ δὴ ἐρμογλύφος ἦν, καὶ μᾶλλον· καθάριος γὰρ ἡ τέχνη,
28 καὶ οὐ πρὸς ὀνείδους. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται

8, 8. ἔφυ] ἔφη C. 9. μετεληλύθει] μετελήλυθε B.C. τοῦ πατρὸς μετελήλυθε Va. ib. καὶ τοῦτο] καὶ ταῦτα B. καὶ ταῦτα μὲν Va. 10. ὁ Πορφύριος] ὁ om. B.Va. 11. τοῦτο ἱστορίας] αὐτοῦ ἱστορίας τοῦτο B. τοῦτο om. C.Vb. 12. λέγωμεν] λέγομεν τὰ C. et mox ἠξιωμένα. Hoc item Vb. 16. φιλοκρινοῦντες] φυλοκρ. C. qui mox om. τό. 18. λιθοκοπικὴν] θιθοκοπικὴν B. ib. ὁ πατὴρ] αὐτὸς ὁ πατὴρ B.Va. 19. οὐδὲν —τοῦτο] οὐδὲ C. et om. τοῦτο. et sic Vb. 20. [τὸ]—ἐργάσασθαι] ἐργασθὲν B. quomodo citat Cyrillus in Julian. p. 208. A. 22. πρὸς ὀνείδους] προσονείδιος Vb.

ditur graviter vos errare, qui veritati præferendum existimetis compositæ orationis ornatum. Socratem siquidem Sophronisci filium ipsi affirmatis multo optimum Græcorum philosophorum fuisse. Verum hic marmorario patre est genitus, ac plurimum sane temporis eam, quam pater, artem exercuit. Hujusque rei tum alii permulti sunt testes, tum et ipse Porphyrius; qui in tertio libro Philosophicæ Historiæ ita scriptum reliquit: *Dicamus de Socrate quæ et aliis scriptoribus digna memoratu visa sunt, nonnihil expensuri quæ in ejus laudem ac vituperationem multis variisque modis a viris eloquentibus referuntur: illud autem indiscussum relicturi, utrum is videlicet una cum patre marmorariam exercuerit, an sine Socrate filio solus pater. Neque enim si per exiguum modo tempus operis aliquid effecisset, hoc sibi ad sapientiam consequendam impedimento fuisset. Quod si sculptor etiam fuisset, multo magis hinc quoque impedimenti nihil habuisset: honesta enim hæc ars, non*

διανοίας· εἰσάγει γάρ τινας λέγοντας λιθουργικῇ τέχνῃ τὸν Σωκράτην χρησάμενον. Ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν πρώτην ἡλικίαν λιθουργῶν διετέλεσεν, ὕστερον δὲ, λόγων ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν ἐρασθεὶς, παιδείας μετέλαχεν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν· πᾶν γὰρ τοὐναντίον εἶπεν ὁ Πορφύριος. Λέγει δὲ οὕτως· Εἶναι δὲ αὐτὸν πρὸς οὐδὲν μὲν ἀφυῆ, ἀπαίδευτον δὲ περὶ πάντα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν· σχεδὸν γὰρ οὐδὲ γράμματα πάνυ τι ἐπίστασθαι· ἀλλ' εἶναι γελοῖον, ὁπότε τὶ δέοι ἢ γράψαι ἢ ἀναγνῶναι, βατταρίζοντα ὥσπερ παιδία. [Καὶ ὁ] Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Ἀπολογίᾳ τοιάδε τέθεικε λέγοντα, Οὐ μέντοι, νὴ Δία, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασίν τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι. Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ ταῦτα πάλιν προστέθεικεν· Καὶ νῦν ὑμῶν

24. χρησάμενον] χρώμενον C.Vb. 27. ῥητόρων] ῥητορικῶν Vb. 29. φησὶν] εἶπεν B.C. 30. ἀφυᾶ] ἀφυῆ B.C.Va. εὐφυῆ Vb. μὲν om. C. qui mox ἅπαντα. 31. σχεδὸν δὲ] σχεδὸν γὰρ B.C. Tum τὰ γράμματα C. 33. δέον] δέοι B.C. ἢ om. C. et mox om. βατταρίζοντα ὥ. τ. π. 34. τὰ παιδία] τὰ om. B. 36. ἄνδρες Ἀθηναῖοι, [νὴ Δία, ὦ θεοὶ]] νὴ Δία, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι B.C.Va. μὰ Δία Vb. 37. οὐδὲ κεκοσμημένους] εὖ διακεκοσμημένους C. 40. ταῦτα πάλιν προστέθεικεν C. om. 41. καὶ δὴ καὶ ὑμῶν τοῦτο νῦν] καὶ νῦν ὑμῶν τοῦτο B. νῦν om. C.

*probrosa, censetur.* Quæ vero apud Porphyrium insequuntur sunt ejusdem ferme sententiæ. adducit enim qui dicant Socratem marmorariæ operam impendisse. At dicent fortasse aliqui, Socratem primos quidem ætatis suæ annos cædendis lapidibus impendisse; postea vero poetarum ac oratorum peramantem effectum, totum se litterarum studiis tradidisse. Hoc autem vere nequaquam dicitur: longe aliter siquidem narrat ipse Porphyrius. Ait enim fuisse Socratem ingenio nequaquam hebeti nec inepto, sed egregia quadam indole præditum; ineruditum tamen hominem planeque indoctum fuisse. Nihil enim ferme scivisse litterarum, risumque excitare solitum, sicubi eum vel scribere vel legere oporteret, puerorum more balbutientem hæsitantemque. Plato etiam sic in Apologia Socratem inducit de se loquentem [p. 17. C.]: *Jovem testor, viri Athenienses, minime vos hodie audituros comptos verbis nominibusque sermones, quales sunt horum civium; sed audituros quæ sic temere effundantur quibuscumque de medio sumptis verbis.* Pauloque mox idem Socrates hæc ita adjunxit:

τοῦτο δέομαι δίκαιον, ὡς γέ μοι δοκῶ, τὸν σκοπὸν τῆς λέξεως ἐᾶν· (ἴσως μὲν γὰρ χείρων, ἴσως δὲ βελτίων ἂν εἴη·) αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν, καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ
31 δίκαια λέγω. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἀμαθῆ γε γλῶτταν καὶ ἀπαίδευτον ἐσχηκὼς, οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τοῦ ἅπαντας Ἕλληνας εὐεπείᾳ νενικηκότος, αἰδοῦς ἀξιώτερος ἦν. Καὶ τοῦτο οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ Ἀρίστωνος ἀρνηθείη. Πῶς γὰρ, ὅ γε πάντας οὓς ὤδινε λόγους ἐκείνῳ προσαναθείς τε καὶ προσαρμόσας, καὶ τῆς ἐκείνου διανοίας ἐκγόνους εἶναι παρα-
32 σκευάσας νομίζεσθαι; Ὅτι δὲ καὶ οὗτος, ὁ πάντας ἀν- 9
θρώπους καὶ οὐ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς Ἀθηναίους εὐγλωττίᾳ καὶ ὀνομάτων κάλλει πάμπαν ἀποκρύψας, μὴ τῇ κομψείᾳ τῶν λόγων, ἀλλὰ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων ἁρμονίᾳ προσέχειν παρεγγυᾷ, ἀκούσατε αὐτοῦ διαρρήδην ἐν τῷ Πολιτικῷ λέγοντος· Κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν,

42. δίκαιον] δίκαιος Va. Mox τὸν μὲν σκοπὸν Vb. 43. χείρων] χεῖρον C. γάρ τι χείρων Vb. 45. λέγω] εἰ μὴ add. Vb. 46. γε γλῶτταν] γε om. C. 48. ἅπαντας] πάντας C. 50. οὓς] ὅσους C.Vb. 52. ἐκγόνους] ἐγγόνους C.

9, 1. πάντας] ἅπαντας B. 2. μόνον] μόνους B.Va.

*Nunc itaque vos maxime oratos velim, viri Athenienses, nec injustis precibus quantum equidem sentio, ut eloquutionis nostræ ratione posthabita, (fortasse enim insulsam, fortasse vero et bonam esse illam continget,) in id dumtaxat animum intendatis, si videlicet justa sint ea quæ dico.* Hic itaque homo tam indocto ineruditoque sermone non modo supra alios philosophos, sed vel supra ipsum Platonem, qui compositæ orationis ornatu Græcos omnes facile superavit, honore dignissimus habebatur. Quod ne ipse quidem Aristonis filius negaturus est Plato. Qua enim fronte negare hoc ausit, qui quoscumque sermones pareret uni semper Socrati referebat acceptos, credique ab omnibus passim studebat, non aliunde illos quam a mente Socratis prodiisse? Ut autem sciatis quod Plato ipse, qui omnis homines, nec solum ceteros Græcos, sed ipsos quoque Athenienses, facundia verborumque ornatu facile obruit, non comptæ quidem orationi, sed harmoniæ sententiarum censet adhiberi animum oportere, audite, quæso, suo in Politico manifeste sic admonentem [p. 261. E.]: *Si caveris stu-*

33 πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. Ἀκού-
σατε δὲ καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς Πολιτείας οἷα φησίν· 10
Τούτους οὖν ἅπαντας, καὶ τοὺς ἄλλους τοιούτων τινῶν
μαθηματικοὺς, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων, φιλοσόφους θή-
σομεν; Οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους φιλοσόφοις. Τοὺς
δ' ἀληθινοὺς, ἔφη, τίνας [λέγεις;] Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν
δ' ἐγὼ, φιλοθεάμονας. Οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ, αἰτήματα 15
καὶ ὑποθέσεις ἐχούσῃ, φιλοσοφία· οὐδ' ἐν μουσικῇ, στο-
χαστικῇ γε οὔσῃ· οὐδ' ἐν ἀστρονομίᾳ, φυσικῶν καὶ ῥεόντων
καὶ εἰκότων βεβυσμένῃ λόγων· ἀλλ' αὐτοῦ τἀγαθοῦ δεῖ
34 ἐπιστήμης καὶ τῆς ἀληθείας. Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, τοῦ 20
φιλοσόφου, τοὺς μὲν τῆς μουσικῆς καὶ τῆς γεωμετρίας
καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἐπιστήμονας, οὐ φιλοσό-
φους, ἀλλ' ὁμοίους φιλοσόφοις προσαγορεύσαντος· τοὺς
δὲ τῆς ἀληθείας διδασκάλους, ἀληθινοὺς ὄντως ὀνομά-
σαντος φιλοσόφους. Καὶ ἐν τῷ τρίτῳ δὲ τῶν Νόμων 25
35 ταῦτα φησί· Τοῦτο μὲν τοίνυν οὕτω κείσθω δεδογμένον
[καὶ λεγόμενον,] ὡς τοῖς ταῦτα ἀμαθαίνουσι τῶν πολιτῶν
οὐδὲν ἐπιτρεπτέον ἀρχῆς ἐχόμενον, καὶ ὡς ἀγνοοῦσιν ὀνειδι-

9. ἀκούσατε δὲ] ἀκούσατε δὴ Va. 25. τοιαῦτα] ταῦτα B. [ ] inclusa om. C. 28. ἀγνοοῦσιν] ἀμαθέσιν Vb.

*diosus esse verborum, tua subinde in senectute locupletior prudentiæ apparebis.* Audite rursus et quæ in quinto Reipublicæ libro idem scripta reliquerit. Sic enim inquit [p. 475. E.]: *Hos ne igitur omnes qui ejusmodi quædam didicerunt, articulasque eas perceperunt, in philosophorum numerum reponemus? Minime, inquam; sed philosophastros potius appellabimus. Tum inquit ille, Quos ais esse veros philosophos? Eos, inquam ego, qui dispiciendæ veritatis studio teneantur. Neque enim in geometriæ quæstionibus, neque in argumentosa philosophia, neque in conjecturali musica, neque in astronomia, quæ physicis rationibus fluxisque ac verisimilibus clauditur; sed in ipsius boni verique scientia philosophus versari habet.* Audistisne igitur, viri Græci, maximum philosophorum musicæ conscios ac geometriæ, ceterarumque hujusmodi facultatum, appellantem philosophastros; at eos qui tradendæ veritatis sunt professores philosophos nuncupantem. Quin et in tertio Legum libro idem sic inquit [p. 689. C.]: *Itaque semel hoc ita sanctum constitutumque habeatur, ut nulli scilicet magistratus iis civibus deferantur, qui hæc*

στέον, κἂν πάνυ λογιστικοὶ ὦσι, καὶ πάντα κομψὰ καὶ ὅσα πρὸς αὔξην τῆς ψυχῆς πεφυκότα διαπεπονημένοι ἅπαντα· τοὺς δὲ τοὐναντίον ἔχοντας, τούτους ὡς σοφούς [τε] προσρητέον, κἂν, τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπιστῶνται, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐγχειριστέον ὡς ἔμφροσιν.

36 Πῶς ἄν τις ἀληθέστερόν [τε καὶ σαφέστερον] τὴν νῦν δὴ κατέχουσαν ἀπαιδευσίαν ἐξελέγχοι καὶ οἴησιν; Τῶν γὰρ δὴ φιλοσόφων ὁ κολοφὼν οὐκ ἐν μαθήσει γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ἀληθείας γνώσει, τὴν σοφίαν ὁρίζεται· καὶ τοὺς μὲν ταύτην ἐπισταμένους, κἂν μηδὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα γινώσκοιεν, ὀνομάζει σοφούς· τοὺς δὲ διὰ πάσης ἐληλυθότας παιδείας, ἀληθείας δὲ καὶ δικαιοσύνης τὴν ἐπιστήμην οὐκ ἔχοντας, ἀποκρίνει καὶ ἐξε-
37 λαύνει καὶ ἄρχειν οὐκ ἐπιτρέπει. Καὶ μέντοι κἀν τῷ Θεαιτήτῳ τοὺς μετεωρολέσχας διαβάλλων ὧδε λέγει· Ὥσπερ δὴ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω

30. καὶ ὅσα] καὶ διαπεπονημένα ἐν λόγοις ἔχωσι. τοὺς δὲ C. ib. αὔξησιν] αὔξην B.Va. τάχος Vb. 31. τούτους om. C. qui mox σοφωτέρους, et καὶ pro κἂν. 33. ἐπίστανται] ἐπιστῶνται B. 34. ἐγχειρητέον] δοτέον Vb. ex Platone, ni fallor. ἐγχειριτέον Sirm. ἐγχειριστέον Schulz. 35. νῦν δὴ] δὴ om. C. 36. ἐξελέγχοι] ἐξελέγξοι B. 41. δὲ καὶ] τε καὶ C. 43. ἐξελαύνει καὶ om. C. 45. ὥσπερ δὴ] ὥσπερ γὰρ B.Va.

*ignorent; sed veluti rerum omnium inscii probris et ignominiis incessantur, tametsi ratiocinando sint acres, in omnibusque iis elaborarint quæ censentur elegantia et arguta, quæque ad augendos animos maxime facta. Sapientes vero appellentur ii cives, qui longe aliter quam quos modo attuli sese habent; quamquam, quod dici solet, nec scribere quicquam possint nec intelligere: his, inquam, magistratus et imperia, ut viris prudentibus, deferantur.*

Qui potuit igitur quisquam verius planiusque refellere inscitiam illam falsamque opinionem quæ nunc omnia occupavit, quam ille nunc fecerit qui summus philosophorum censetur? Neque enim sapientiam litteraria disciplina, sed veritatis cognitione metitur; eosque homines qui veritatem sciant, tametsi ne prima quidem elementa cognoscant, sapientes appellat. Eos autem qui vel omnes adierint disciplinas, modo sint veritatis justitiæque ignari, summovet longius ac repellit, neque iis ullos magistratus deferendos putat. In ipso etiam Theæteto altiloquos nugatores his ferme verbis accusat [p. 174. A.]: *Quemadmodum et Thaletem, o Theodore, dum*

βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττα τὶς ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκώπτουσα ἔλεγεν, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ὄπισθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. Καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ διαλόγῳ· 50

38 Ἄγροικον [δέ τινα] καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβαλλόμενον. Γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα ἢ εἴ τι πλέον ἀκούσῃ ὡς τὶς ἄρα [εἴη] κεκτημένος, 10 θαυμαστὰ πλήθη κέκτηται, πάντα σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν,

39 εἰς ἅπασαν εἰωθὼς τὴν γῆν βλέπειν. Πρὸς δὲ τούτοις ἐπιλέγει καὶ ταῦτα· Ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις τε καὶ ἀρετὴ, 5 ἀληθινή· ἡ δὲ ἄγνοια καὶ κακία, ἐναργής· αἱ δὲ ἄλλαι δεινότητες, δοκοῦσαι καὶ σοφίαι γίγνεσθαι, ἐν μὲν πολιτείαις καὶ δυναστείαις γιγνόμεναι, φορτικαὶ, ἐν δὲ τέχναις,

40 βάναυσοι. Οὕτως ἄρα ἤδεσαν ἀκριβῶς, καὶ οἱ πᾶσαν 10

47. ἀποσκώπτουσα λέγεται] ἀποσκῶψαι λέγεται C. 50. λανθάνοι αὐτὸν] λανθάνοντα B. ὄπισθεν αὐτοῖς καὶ παραπόδας λανθάνει C. ἔμπροσθεν pro ὄπισθεν dedit Sirm. 53. περιβαλλόμενον] περιβεβλημένον Sirm.

10, 1. πλέον] πλεῖον C. om. εἴη. et infra πάντα. ἔτι Sirm. pro εἴτι. 5. γνῶσις καὶ] γνῶσίς τε καὶ B.C. γνῶσις σοφιὰ καὶ Sirm. 6. ἐναργὴς] ἐνεργὴς B.C. 7. δοκοῦσαι καὶ σοφίαι] καὶ σοφίαι δοκοῦσαι C. γίγνεσθαι om. Vb. Mox πολιτικαῖς δυναστείαις Vb.

*erecto vultu stellarum cursus observaret, in puteum fœde collapsum, perarguta elegansque Thressa fertur ancilla dicteriis aspersisse; quod videlicet ea nosse quæ in cælo fierent affectaret, qui ne prospicere quidem potuisset quæ ad pedes sibi posita versarentur.* Iterumque alibi in eodem dialogo ita inquit [p. 174. D.]: *Talem vero hominem indoctum inerauditumque præ occupatione suarum rerum fieri necesse est, non minus atque ipsos videmus esse pastores, quasi montanum stabulum incolat pariete circumseptum. Cum vero audiat dena millia jugerum, vel si quid etiam amplius dici possit, quempiam possidere, quantumvis admirabilem rerum copiam ille possideat, omnia tamen ut exigua et pusilla sibi audire videbitur, qui consuerit universum terræ ambitum contueri.* Superioribus autem hæc quoque sic addidit: *Hujus quidem rei cognitio verissima virtus est: ignoratio autem atque inscitia vitium est efficacissimum: et aliæ quidem facultates quæ videntur sapientiæ locum sibi vindicare, cum versantur publicis in rebus potestatibusque gerendis, onerosæ gravesque fiunt: cum vero ceteris in artibus, viles ac sordidæ.* Hoc igitur pacto exactissime norunt, qui apud vos omnem eloquentiæ

λόγων ἰδέαν μεμαθηκότες, ὁπόσον ἡ ἀλήθεια ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων τιμαλφεστέρα, καὶ ὡς οὐδὲν ταύτην λωβᾶται τῆς τοιαύτης κομψείας ἡ ἄγνοια.

41 Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν, ὦ φίλοι ἄνδρες, τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας τὴν μὲν διάνοιαν καταμαθεῖν οὐκ ἐθέλετε, τὸ δὲ βαρβαρόφωνον ὀνειδίζετε μόνον, καὶ ταῦτα τῶν ὑμετέρων ἐπαίοντες φιλοσόφων, ὡς Ἕλληνες μὲν τῆς ἀληθείας ἀπεπλανήθησαν, βάρβαροι δὲ ταύτην μᾶλλον 42 ἐξεῦρον; Καὶ γὰρ Πορφύριος ἐκεῖνος, ὁ τὸν πρὸς ἡμᾶς ἐκθύμως ἀναδεξάμενος πόλεμον, ἐν τοῖς Περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας οὕτως ἔφη· Χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς θεοὺς ὁδός, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα· ἧς πολλὰς ἀτραποὺς βάρβαροι μὲν ἐξεῦρον, Ἕλληνες δὲ ἀπεπλανήθησαν· οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διέφθειραν· τὴν δὲ εὕρεσιν Αἰγυπτίοις ὁ θεὸς ἐμαρτύρησε, Φοίνιξί τε καὶ Χαλδαίοις, Λυδοῖς τε καὶ 43 Ἑβραίοις. Εἰ δὲ καὶ ὁ πάντων ἡμῖν ἔχθιστος κατηγορεῖ μὲν Ἑλλήνων ὡς πλάνῃ δεδουλευκότων, Ἑβραίοις δὲ καὶ Φοίνιξι καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις μαρτυρεῖ τὴν

11. ὁπόσον] ὁπόσων B. 15. ἐθέλετε] θέλετε C. 19. μᾶλλον inter lineas B. sed a pr. m. μᾶλλον ταύτην C. 21. ἐν τοῖς] ἐν τῇ C. 24. ἐξεῦρον] ἐξεῦρον B.C. 26. ὁ θεὸς Αἰγυπτίοις] Αἰγυπτίοις ὁ θεὸς B. 27. τε καὶ] τε om. C. 30. καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις] καὶ τοῖς ἄλλοις C.

studiorumque rationem perdocti sunt, quanto verbis ac nominibus pluris facienda sit veritas, utque nullum ea detrimentum accipiat ab ornatæ orationis inscitia.

Quid ita ergo, amici homines, apostolicæ quidem doctrinæ sententias discere aspernamini, solam vero in ipsis dicendi barbariem accusatis; cum vestri vobis philosophi testes sint, Græcos quidem ab ipsa veritate procul errasse, potiusque hanc a barbaris inventoribus prodiisse? Ille siquidem Porphyrius, qui contra nos acerrimum ex animo bellum suscepit, ubi agit de electorum hominum philosophia, sic ferme inquit [Euseb. P. E. p. 742. A.]: *Via quæ ad deos perducit, ære munita est; arduaque eadem et asperrima. Cujus quidem calles quamplurimos barbari invenerunt; at vero Græci ab ea longius aberrarunt. Qui vero eam tenebant, eandem corruperunt demolitique sunt. Ejus porro inventores fuisse Deus testatur Ægyptios, Phœnicas, Chaldæos, Lydios, ac Hebræos.* Quod si homo nobis quam maxime infensus, Græcos suos accusat, ut errori fœdissime servientes; Hebræis

ἀλήθειαν, καὶ ταῦτα τὸν Ἀπόλλω ἔφησεν ἀνελεῖν, τί δήποτε μὴ πείθεσθε μὲν τῷ φιλοσοφῷ, δέχεσθε δὲ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος τὸν χρησμὸν, καὶ τὰς ἀκοὰς τοῖς Ἑβραίων προφήταις καὶ ἀποστόλοις ὑπέχετε; καὶ γὰρ
44 ὁ Πύθιος τούτους εὑρετὰς ἀληθείας ὠνόμασεν. Εἰ δὲ καὶ Αἰγυπτίους καὶ Χαλδαίους καὶ Φοίνικας τούτοις συνέζευξεν, ἰστέον ὡς καὶ Φοίνικες πρόσχωροι τούτων ὄντες καὶ ἀγχιτέρμονες παρὰ τούτων ἔμαθον, εἴπερ ἔμαθον, τὴν ἀλήθειαν· καὶ μέντοι καὶ Αἰγύπτιοι πλεῖστον ὅσον τῆς τούτων μετοικίας ἀπώναντο, συχνὸν γὰρ ᾤκησαν
45 χρόνον Ἑβραῖοι τὴν Αἴγυπτον· καὶ Χαλδαῖοι δὲ ὠσαύτως ἐκ τούτων μεγίστην ὠφέλειαν ἐδρέψαντο, ἀνδραποδίσαντες γὰρ αὐτοὺς εἰς Βαβυλῶνα κατῴκισαν· εἶτα ἐκ τῶν αὐτόθι γεγενημένων θαυμάτων περί τε τὴν κάμινον καὶ τοὺς λέοντας ἀξιοχρέους εἶναι διδασκάλους
46 ἀληθείας ὑπέλαβον. Καὶ Κῦρος δέ γε ὁ Καμβύσου, τὸν Δανιὴλ ὁμοδίαιτον ἐσχηκὼς, τῶν τῆς θεοσεβείας μετέλαχε μαθημάτων· Λυδοὺς δὲ καταστρεψάμενος, καὶ

μενον ἐκάλεσαν Πρίαπον. Ἡδονὴ γὰρ προσλαβοῦσα 50
μέθην τὴν τῶν παιδογόνων μορίων ἔντασιν ἀπεργά-
113 ζεται. Οὕτω πάλιν τὸν τοῦ Διονύσου φαλλόν—(τὸ δὲ 19
ἀνδρεῖον οὕτω καλοῦσι μόριον οἱ τοῦ γέλωτος ποιηταὶ,
καὶ ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι φαλλαγώγια ἡ τοῦ
φαλλοῦ ἑορτή·) προσεκύνουν μὲν τοῦτον καὶ κατεφίλουν
οἱ ὀργιάζοντες ἅπαντες, τὸν δὲ λόγον οὐκ ἤδεσαν· ὁ δὲ 5

40. τὸν] τῶν C. 42. ταῦτα] τοιαῦτα Va. 45. ὁ τῶν] καὶ τῶν B.
48. δέ γε] γε om. C.Vb.

19, 2. ποιηταὶ etc.] ποιηταὶ τῇ ἑορτῇ ἣν καλοῦσιν Ἕλληνες φαλαγγώγια· προσεκύνουν τοῦτον οἱ ὀργ. τὸν C. Vb. ib. ἐκαλεῖτο δὲ] ἐκαλεῖτό γε B.

titudo videt ea dumtaxat quæ præ oculis fiunt: qui vero sacerdotes vocantur, cerimonias atque orgia ritu legitimo exsequuntur. Unus autem magister sacrorum atque interpres rationem tenet rerum omnium quæ ibi fiunt ac celebrantur, solisque edisserit quos idoneos approbarit. Itaque Priapum Veneris et Bacchi filium esse sciunt nonnulli ex iis qui hujusmodi rebus initiati sunt; quare autem filius eorum parentum dicatur, quorsumque pertineat quod exiguæ staturæ juveni exporrectum illud membrum maximumque apponunt, solus novit magister obscenorum mysteriorum, ac si quis est alius qui in flagitiosos illos libros inciderit. Voluptatem enim Venerem, ebrietatem vero Bacchum appellantes, quod ex utroque perficitur, Priapum esse dixerunt: eo scilicet, quod voluptas adjuncta ebrietati, obscenas corporis partes intendat. Hinc et Dionysi Phallum (sic enim virile membrum, ridiculi homines nuncuparunt: nec minus et *Phallagogia* vestri vocant, quæ Priapo festa concelebrant) adorabant quidem permiseri, basiabanturque cuncti qui ejusmodi orgia celebrabant: neque tamen eorum quæ ibi fierent rationem ullam tenebant. Solus item is quem vocabant *Hierophanten*, magistrum videlicet

καλούμενος ἱεροφάντης ᾔδει τὸν Ὄσιριν καὶ τὸν Τυφῶνα, καὶ τὰ τοῦ Ὀσίριδος ὑπὸ τοῦ Τυφῶνος κατακοπτόμενα μέλη καὶ πανταχόσε διασπειρόμενα, τὴν δὲ Ἶσιν, τὴν τοῦ Ὀσίριδος ἀδελφὴν, ταῦτα σὺν πόνῳ συλλέγουσαν, μόνον δὲ τὸν φαλλὸν οὐχ εὑρίσκουσαν, καὶ τούτου γε χάριν εἰκόνα τούτου κατασκευάζουσαν, καὶ
114 παρὰ πάντων προσκυνεῖσθαι κελεύουσαν. Ταῦτα ἐκ τῆς Αἰγύπτου τὰ ὄργια μαθὼν [ὁ] Ὀδρύσης Ὀρφεὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα μετήνεγκε, καὶ τὴν τῶν Διονυσίων ἑορτὴν διεσκεύασεν.

Εἰ τοίνυν οὐδὲ τὰ δυσαγῆ ταῦτα καὶ βδελυρὰ ὄργια πᾶσιν ἐστὶ γνώριμα, μόνοι δὲ ταῦτα ᾔδεσαν οἱ ἱεροφάνται καλούμενοι, μανία σαφὴς τῶν παναγίων καὶ θείων μυστηρίων πρό γε τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν ἐπιζητεῖν.
115 Ἢ οὐδὲ Πινδάρῳ τῷ λυρικῷ πείθεσθε σαφῶς ἀπαγορεύοντι,

Μὴ πρὸς ἅπαντας ἀναρρῆξαι τὸν ἀρχαῖον λόγον;

ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Πλάτων παρεγγυᾷ· Εὐλαβοῦ γὰρ,

6. ᾔδει τὸν] ᾔδει καὶ ταῦτα καὶ τὸν C.Vb. 10. ξὺν πόνῳ] ξυμπόνῳ B. 16. δυσαγῆ ταῦτα καὶ om. C. ut et supra [ὁ]. 17. αὐτὰ] ταῦτα B. 18. παναγίων] παναγῶν B.C. et sic infra 45. Mox γε om. C. 22. ταυτὸ δὲ τοῦτο] τοῦτο δὲ καὶ ὁ C.

interpretemque sacrorum, sciebat quid sibi Osiris vellet, quid Typhon, quidve Osiridis membra quæ a Typhone olim cæsa fuerunt lateque dispersa. Quid præterea Isis esset, solus idem cognorat; illa videlicet Osiridis soror quæ magno studio membra fratris collegit, excitatumque in illius honorem simulacrum a cunctis passim Ægyptiis adorari præcepit. Hæc autem orgia cum in Ægypto Odrysius vester Orpheus didicisset, inde ad vos in Græciam transportavit, Dionysiaque festa vobis instituit.

Quod si ne obscena quidem ista orgia planeque abominanda cunctis erant mortalibus cognita, soli autem ea tenebant qui dicebantur Hierophantæ, manifestaria est dementia castissimorum divinorumque mysteriorum sine prævia fide cognitionem scientiamque perquirere. An non, quæso, ipsi Pindaro poetæ lyrico auscultandum putatis, manifeste prohibenti, *Antiquam rationem cunctis aperire?*

φησὶ, μήποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους. Σχεδὸν γὰρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων τοῖς πολλοῖς καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμασιώτερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. Πολλάκις δὲ λεγόμενα καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα, [καὶ πολλὰ ἔτη,] μόλις ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας. Ἠκούσατε δὲ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρηκότος Ὀρφέως,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

116 Τοιγαροῦν ἡγείσθω ἡ πίστις, καὶ ἕψεται ἡ γνῶσις. Τοῖς γάρ τοι εἰλικρινῶς καὶ ἀκραιφνῶς πιστεύουσι παρέχει τὴν γνῶσιν ὁ πιστευόμενος κύριος, προσγενομένη δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις τελεσιουργεῖ τῆς ἀληθείας τὴν ἐπιστήμην. Ὁ δέ γε ταύτην κεκτημένος, ὄλβιος καὶ 117 τρισόλβιος. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις δεδήλωκε· Τὸν μέλλοντα γὰρ, φησὶ, μακάριον καὶ εὐδαίμονα ἔσεσθαι τῆς ἀληθείας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἶναι μέτοχον 118 χρὴ, ἵν' ὡς ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιῷ. Τοῖς

28. ἀκουόμενα ἀεὶ] ἀεὶ ἀκουόμενα B.C. καὶ πολλὰ ἔτη om. C. 32. βεβήλοις] βέβηλοι B.C. 38. ὄλβιος καὶ om. C. 41. μέτοχον εἶναι] εἶναι μέτοχον B.C. 42. διαβιῴη] διαβιῶ B.C.Va. et ni fallor b. Mox μετέχουσι C.

Hoc et Plato faciendum hortatur [Epist. p. 313 ult.] : *Cave enim*, inquit, *ne quando hæc excidant ad homines ineruditos. Nihil enim ferme est quod majore cum risu quam nostra hæc a multis audiri possit : sicuti et rursus nihil est quod apud ingeniosos admirabilius hisce rebus ac divinius censendum sit. Sæpe autem repetita, sæpiusque etiam audita, semper multosque per annos ægre, velut aurum, multo studio atque opera expurgantur.* Audistis vero superius et quæ Orpheus dixerit : *Dignis sancta loquar ; procul hinc arcete prophanos.* Dux itaque vestra sit fides ; nimirum et scientia subsequetur. Pure siquidem ingenueque credentibus ille, in quem creditur Deus, cognitionem scientiamque concedit ; fideique adjuncta cognitio perficit scientiam veritatis. Quam qui assequatur, nimirum felicissimus est habendus. Hoc et suis in Legibus Plato ostendit [p. 730 C.] : *Oportere eum, qui sit beatus felixque futurus, ab initio statim veritatis esse participem, ut quam plurimum vitæ tempus cum veritatis usu traducat.* Illis enim qui fuerint veritatis

γὰρ δὴ μετασχοῦσι τῆς ἀληθείας, καὶ ταύτης ἀξίως βεβιωκόσιν, οὐρανὸς εὐτρεπὴς, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ἐνδιαιτήματα· ὁ δὲ ταύτης ἔρημος καὶ ἀτέλεστος, καὶ τῶν παναγίων καὶ θείων ἀμύητος μυστηρίων, ἔρημος μὲν [τῶνδε] τῶν ἀγαθῶν γενήσεται, κολαστηρίοις δὲ διηνεκέσι παραδοθήσεται. Καὶ τοῦτο αὖ πάλιν καὶ ὁ Πλάτων δεδήλωκεν ἐν τῷ Φαίδωνι. Τοὺς γὰρ τὰς τελετὰς αὐτοῖς παραδεδωκότας εἰρηκέναι φησὶν, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει.

Πείσθητε τοίνυν, ὦ φίλοι, τοῖς ὑμετέροις φιλοσόφοις, προτελοῦσιν ὑμᾶς καὶ τὰ ἡμέτερα προδιδάσκουσιν. Ἀτεχνῶς γὰρ ἐοίκασι τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων ἐκείνοις, οἳ τὴν μὲν ἀνθρωπείαν μιμοῦνται φωνὴν, ἀγνοοῦσι δὲ τῶν λεγομένων τὸν νοῦν· παραπλησίως γὰρ δὴ καὶ οὗτοι, περὶ θείων πραγμάτων διαλεγόμενοι, οὐκ ἔγνωσαν ὧν-

44. εὐτρεπὴς] εὐπρεπὴς B. εὐπρεπὴς καὶ αὐτὰ τὰ τῶν Sirm. 45. καὶ ἀτέλεστος om. C. Mox πανάγνων Sirm. 46. ἀμύητος μυστηρίων ἔρημος] μυστηρίων ἀμύητος ἀμέτοχος C. ἀμέτοχος Vb. pro ἔρημος. 48. καὶ ὁ] καὶ om. C. 50. φησὶ] ἔφη B. 52. τε καὶ] τε om. C. 53. φιλοσόφοις] σοφοῖς C.Vb.

20, 3. μὲν om. C. 4. καὶ οὗτοι] καὶ αὐτοὶ B.Va.

participes, quique dignam accepta veritate vitam peregerint, cælum maxime convenit angelorumque conversatio. Qui autem careat veritate, neque illius quasi sacris initiatus sit, expersque vixerit divinorum purissimorumque mysteriorum, tum et his tantis ac talibus carebit bonis, tum vero et suppliciis addicetur æternis. Hoc idem rursus Plato asserit in Phædone [p. 69 C.]. Ait enim hæc illos dixisse, qui initiorum ritus tradiderunt, *quod quicumque ad inferos mysteriorum expers ac minime initiatus descenderit, obrutus desidebit in cœno: at qui purgatus initiatusque fuerit, cum diis habitabit, ad illorum sedes profectus.*

Credite igitur vestris saltem philosophis, o amici, qui vos prævia quadam traditione disponunt, atque ad nostra percipienda erudiunt. Videntur enim avibus illis esse persimiles quas vocales oscinesque appellant. Hæ namque imitantur quidem humanam vocem, dictionum tamen quas proferunt sensus ignorant. Pari quoque modo et ii cum de divinis rebus dissererent, ignorabant eorum veritatem quæ loquebantur. Digni sunt autem, ut mihi quidem videtur, aliqua venia; cum

121 περ ἔλεγον τὴν ἀλήθειαν. Ἔχουσι δὲ οἶμαι ἀμηγέπη συγγνώμην, οὔτε προφητικῆς δᾳδουχίας, οὔτε ἀποστολικῆς ἀπολαύσαντες φωταγωγίας, μόνην δὲ τὴν φύσιν ποδηγὸν ἐσχηκότες, ἧς ὁ τῆς δυσσεβείας πλάνος τὰ θεοχάρακτα πάλαι διέφθειρε γράμματα· ἀνενεοῦτο δὲ τινὰ ὅμως τούτων ὁ ποιητὴς, καὶ πάμπαν ἐξίτηλα γενέσθαι οὐκ εἴα, τὴν οἰκείαν τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς κτίσεως
122 προμήθειαν ἐπιδεικνύμενος. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν Λύστροις δημηγορήσας· πρὸς γὰρ αὖ πολλοῖς ἑτέροις καὶ τάδε εἴρηκεν, Ὃς ἐν ταῖς παρωχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ὑμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ὑμῶν.
123 Τὸ μὲν γὰρ Ἀβραμιαῖον γένος καὶ νόμον θεῖον ἐδέξατο, καὶ προφητικῆς ἀπέλαυσε χάριτος· τὰ δέ γε ἄλλα ἔθνη διὰ τῆς φύσεως καὶ τῆς κτίσεως ἐποδήγει πρὸς θεοσέ-
124 βειαν τῶν ὅλων ὁ πρύτανις. Καὶ καθάπερ τὸν ὑετὸν διαφερόντως μὲν τῇ γεωργουμένῃ γῇ, τῆς τῶν ἀνθρώπων

8. ἀπολαύσαντες] ἀπολαύοντες B. 10. πάλαι om. C. 13. προμήθειαν διὰ τῆς κτίσεως C. 21. ὑμῶν] ἡμῶν C. 23. ἀπήλαυσε] ἀπέλαυσε B.

neque prophetarum neque apostolorum prævio lumine ducti fuerint, sed una tantum natura duce usi sint : cujus impressa nobis olim divinitus monumenta invectus impietatis error delevit. Reparavit tamen eorum nonnulla ipse idem qui ea condiderat ab initio, neque penitus abolita esse permisit, suam hominibus providentiam per mundi creaturam manifeste significans. Id vero ipsum et Paulus apostolus ostendit, cum apud Lystros concionaretur. Etenim præter complura alia et hæc inquit : *Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes ambulare in viis suis ; neque tamen sine testimonio sese ipsum dimisit benefaciens. Nam et pluvias vobis de cælo dedit, et tempora fructifera ; implens nutrimento et lætitia corda vestra.* Nam genus quidem quod originem duxit ex Abraham, tum ex lege divinitus lata, tum ex prophetiæ gratia, fructus maximos cepit : alias vero gentes ac nationes, per naturæ legem, perque mundanæ creaturæ inspectionem, gubernator Deus ducebat ad pietatem. Ac veluti pluviam præci-

εἵνεκα χορηγίας, ὁ μεγαλόδωρος ἐνίησιν· ἐκ περιουσίας δὲ καὶ φιλοτιμίας, κἀν ταῖς ἐρήμοις, κἀν τοῖς ὄρεσιν ὗει· καὶ ἡ μὲν ἀρουμένη τοὺς ἡμέρους φύει καρποὺς, ἡ δὲ ἀγεώργητος, τοὺς ἀγρίους· ὁρῶμεν δὲ ἔστιν ὅτε καὶ ἐν μνήμασι καὶ ἐν τοίχοις φυομένας συκᾶς· οὕτω τὸ τῆς γνώσεως δῶρον ἐξαιρέτως μὲν τοῖς εὐσεβέσι δεδώρηται, τοῖς δέ γε οὐ τοιούτοις, ὡς ταῖς ἐρήμοις καὶ ταῖς λόχμαις
125 ὁ ὑετός. Ὅθεν πολλάκις καί τινα ἐδώδιμα φύουσι, καὶ τοὺς τῶν γεωργουμένων μιμοῦνται καρποὺς, ἐπίδηλα δὲ ὅμως ἐστὶν, ὡς γεωργίας προφητικῆς οὐ τετύχηκε· τραχύτης γάρ τις αὐτοῖς ἀναμέμικται καὶ πικρότης· οἱ δέ γε διακρίνειν εἰδότες, τὸ χρειῶδες καρπούμενοι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐῶσι· καθάπερ οἱ τὰς ῥοδωνιὰς τρυγῶντες, καταλείπουσι μὲν τὰς ἀκάνθας, ξυλλέγουσι δὲ τὰς κά-
126 λυκας. Καὶ μὲν δὴ καὶ ταῖς μελίτταις οὗτος ὁ νόμος ἐμπέφυκεν· οὐ γλυκέσι γὰρ μόνοις, ἀλλὰ καὶ πικροῖς ἄνθεσιν ἐφιζάνουσαι, τὴν μὲν γλυκεῖαν ἀνιμῶνται

27. χρείας] χορηγίας C. cum γρ. χρείας in marg. χορηγίας B. qui mox om. ἐνίησιν. 30. ἀγεώργητος] ἀνήροτος C. 31. ὅτε—τοίχοις] δὲ—τύχοις C. 35. ἐδώδιμα] καὶ ἐδώδιμα Vb. 38. γάρ τις] τις om. B. 41. τρυγῶντες—κάλυκας] τρυγῶντες τὰς ἀκάνθας παρέντες τὰ ῥόδα συλλέγουσι C.Vb. 42. κάλυκας] ῥοδοκάλυκας Va. 43. ἐμπέφυκε] πέφυκε C. 44. ἐφιζάνουσι] ἐφιζάνουσαι B.C. 45. μὲν γὰρ] γὰρ om. B.

pue quidem cultis subactisque agris, ut humano generi consulat, munificus ac liberalis Deus infundit; ex ubertate autem et copia liberalitatis ipsas quoque solitudines montesque irrigat: et arata quidem regio mitiores fructus nobisque congruentes, inarata vero silvestres immitioresque producit: videmusque persæpe sepulcris et parietibus caprificos innasci: ita et scientiæ donum præcipue quidem piis hominibus datum est; illis autem qui hujus notæ non sunt datur quidem scientia, sicut pluvia dari solet desertis ac silvestribus locis. Hinc et sæpenumero quædam producunt quæ pro esculentis habenda sunt, quæque cultorum agrorum fructibus sunt similia: cum tamen manifeste appareat ea propheticæ agriculturæ esse expertia. Asperitatem enim nescio quam atque amaritiem immixtam habent. Igitur qui judicio ac discernendi facultate præditi sunt quæ sibi usui fore cognoscunt inde sumentes, reliqua missa faciunt: ut qui rosaria demetunt, spinas quidem intactas dimittunt, rosarum vero calyces legunt. Ipsis quoque api-

ποιότητα, τὴν δὲ πικρὰν ἀποστρέφονται, καὶ ἐκ διαφόρων ποιοτήτων, πικρῶν τε καὶ στρυφνῶν, καὶ αὐστηρῶν καὶ δριμέων, τὸ γλυκύτατον μέλι τοῖς ἀνθρώποις κατα-
127 σκευάζουσι. Ταύτας δὴ καὶ ἡμεῖς μιμούμενοι, ἐκ τῶν πικρῶν ὑμῶν λειμώνων τὸ γλυκὺ τῆς ὠφελείας ὑμῖν κατασκευάζομεν μέλι. Καὶ ὥσπερ οἱ τὰ σώματα θερα-
πεύοντες ἐκ τῶν ἰοβόλων θηρίων ὀνησιφόρα κατασκευ- 21
άζουσι φάρμακα· καὶ τῶν ἐχιδνῶν τὰ μὲν ἀποβάλλοντες, τὰ δὲ ἕψοντες, πολλὰς διὰ τούτων ἐξελαύνουσι νόσους· οὕτως [καὶ] ἡμεῖς τὰ τῶν ὑμετέρων ποιητῶν καὶ ξυγ-
γραφέων καὶ φιλοσόφων πονήματα μεταχειρισάμενοι, τὰ μὲν ὡς δηλητήρια καταλείπομεν, τὰ δὲ τῇ τῆς διδασκαλίας ἐπιστήμῃ διασκευάσαντες, ἀλεξιφάρμακον ὑμῖν θεραπείαν προσφέρομεν· καὶ οὓς ἀντιπάλους ἡμῶν ὑπειλήφατε, τούτους τῶν ἡμετέρων λόγων ἀποφαίνομεν
ξυνηγόρους, καὶ τῆς πίστεως δείκνυμεν διδασκάλους.

47. στρυφνῶν καὶ αὐστηρῶν καὶ] γλυκέων αὐστηρῶν τε καὶ C.Vb. 48. κατασκευάζουσι] τεκταίνουσι C.Vb. 49. δὴ καὶ—ὑμῶν] δὲ καὶ—ὑμῖν B.

21, 2. τῶν ἐχιδνῶν] τῆς ἐχίδνης C. 3. τὰ δὲ] ἃ δὲ B.Va. 4. οὕτω καὶ] καὶ om. B.Va. 5. καὶ συγγραφέων καὶ φ. πονήματα] τε καὶ φ. νοήματα C.Vb. 6. καταλείπομεν] κατελίπομεν C. 9. ἀλεξιφάρμακον] φάρμακον ἀλεξίκακον B. 12. συνηγόρους καὶ διδασκάλους τῆς οὕτως σὺν C. ξυνηγόρους καὶ διδασκάλους τῆς πίστεως Vb.

bus hanc natura legem instituit, ut non solum floribus qui sunt dulces insidant, sed qui etiam amarulenti ; cum tamen solam dulcedinem hauriant, amaritiem autem aversentur, et ex diversis qualitatibus, amaris videlicet, acerbis, austeris, acutisque, mel quod hominibus dulcissimum est conficiant. Harum itaque et nos exempla sectati, e vestris illis amarulentis pratis dulce vobis ac perquam utile mel componimus. Ac veluti corporum curatores e venenatis feris atque serpentibus salutares medicinas conficiunt, deque ipsis viperis alia quidem rejicientes, alia vero elixantes, multos harum rerum præsidio morbos propellunt ; ita et nos, vestrorum poetarum, historicorum, philosophorumque monumenta versantes, alia ex iis ut noxia et pestifera declinamus, alia vero sparsim nostræ inserentes doctrinæ auxiliarem vobis ac salubrem curationem afferimus : quosque ipsi adversarios nobis esse existimatis, eos nostrarum rationum quam maximos fautores, fideique doc-

128 Οὕτω δὲ, ξὺν θεῷ φάναι, καὶ τὴν ἄλλην ὑμῖν διδασκαλίαν προσοίσομεν. Ὑμεῖς δὲ, μεμαθηκότες ὡς ἀναγκαῖον τὸ τῆς πίστεως χρῆμα, τὴν Πυθαγόρειον σιωπὴν ἀσκήσατε, καὶ τὰς ἀκοὰς ἡσυχῇ τῷ λόγῳ παράσχετε, πιστῶς δεχόμενοι τὰ λεγόμενα· οὕτω γὰρ δὴ κατὰ βραχὺ δυνήσεσθε μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν.

## ΠΕΡΙ ΑΡΧΗΣ. β'.

Τὸ φῶς τὸ αἰσθητὸν, καὶ τὸ ἄνωθεν φερόμενον, καὶ τὸ κάτω παρὰ ἀνθρώπων ἐπινοούμενον, ἐπιδείκνυσι τοῖς ὁρῶσι τί μὲν χρυσὸς καὶ τί ἄργυρος, τί δὲ χαλκὸς καὶ σίδηρος [καὶ κασσίτερος,] καὶ τὰς ἄλλας ὕλας ὡσαύτως, καὶ μὲν δὴ καὶ χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ φυτῶν καὶ ζώων διδάσκει διαφορὰν, ἀλλ' οἱ τὰς ὄψεις ἐρρωμένοι μόνοι τήνδε τὴν διάγνωσιν δέχονται. Οἱ γὰρ

14. ὡς ἀναγκαῖον om. C. qui mox ἀναγκαῖον ὑπάρχον τὴν Πυθαγόριον C. et sic fere Vb. 16. Πυθαγόρειον—ἀγαπήσατε] Πυθαγόριων—ἀσκήσατε B. cum οὕτω γρ. ἀγαπήσατε in marg. 17. παράσχετε] παρέχετε C. 21. τὸ ἄνωθεν] πᾶν τὸ ἄνωθεν C. πᾶν ἀνοῖς τὸ ἄνωθεν Vb. 22. κάτωθεν] κάτω B.C. Tum ἀνθρώποις C. 24. καί τι ἄργυρος B. in marg. Mox καὶ τί σίδηρος C. Vb. 25. καὶ κασσίτερος om. C. 28. διαφορὰν] διαφορὰς C. 29. γνῶσιν] διάγνωσιν C. ib. Οἱ γὰρ δὴ] οἱ δέ γε C.Vb. infra ὀνήνανται C.

tores esse ostendimus. Sic et divino freti auxilio, aliam vobis protinus institutionem trademus. Vos autem, cum didiceritis quantopere fides necessaria sit, illud, quæso, Pythagoricum silentium adamate, vestrasque aures cum attentione verbis nostris accommodate, fideliter atque ingenue quæ dicantur excipientes. Ita enim brevi poteritis veritatem perdiscere.

## II. SERMO. DE PRINCIPIO.

LUMEN hoc sensibile quod oculis usurpamus, sive id superne ad nos deferatur, sive hic in terris humano artificio comparetur, intuentibus plane indicat quid sit aurum, quid argentum; quid æs item, quid ferrum; aliarumque rerum materiam pari modo ostendit. Quin et colorum figurarumque nec non plantarum atque

δὴ τυφλώττοντες οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος ὀνίνανται,
2 οὐδὲ γὰρ αὐτὴν τοῦ φωτὸς ὁρῶσι τὴν αἴγλην. Τούτοις
ἐοίκασιν οἱ τὸ νοερὸν φῶς τῆς ἀληθείας ἰδεῖν οὐκ ἐθέλοντες, ἀλλ' ἀσπασίως ἐν τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας διάγοντες, καθάπερ τῶν πτηνῶν τὰ νύκτωρ πετόμενα· ἅπερ δὴ μάλα εἰκότως ἀπὸ τῆς νυκτὸς παρωνύμως προσαγορεύονται· νυκτερίδες γάρ τοι καὶ νυκτικόρακες ἀποφυγγάνουσι μὲν τὸ φῶς, ὡς πολέμιον· τὸ δὲ σκότος ἀσπά-
3 ζονται, ὡς σωτήριον. . Τούτοις μὲν οὖν δή τις οὐκ ἂν νεμεσήσειε σωφρονῶν· ἡ γάρ τοι φύσις αὐτοῖς τὴν τοιάνδε ζωὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπεκλήρωσεν· οἱ δ' αὐθαιρέτως σφᾶς αὐτοὺς τῷ σκότῳ συζεύξαντες ὁποίας ἂν τύχοιεν εἰκότως συγγνώμης, μάλιστα τοῦ θείου φωτὸς ἅπασαν ἤπειρον καὶ νῆσον τῆς ἀκτῖνος πληρώσαντος, καὶ αὐτὰ
4 κατειληφότος τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα; Οἱ μὲν γὰρ

33. ἀπαύστως] ἀσπασίως B.C. 34. πετόμενα] πετώμενα B. 36. νυκτικόρακες ἀποφυγγάνουσι] νυκτοκόρακες ἀποφεύγουσι C. 39. οὐκ ἂν τις] τις οὐκ ἂν B.C. ib. ἡ γάρ τοι φύσις etc.] ἡ γὰρ φύσις αὐτοῖς οὕτω δεδημιούργητο. οἵδε C. ubi vulg. in marg. sed sine ἐξ ἀρχῆς. ἡ γὰρ φύσις αὐτοῖς τὴν ζωὴν οὕτω δεδημιούργηται Vb. 40 ἀρχῆς] ἀπαρχῆς B. 42. ποίας ἂν εἰκότως τύχοιεν] ὁποίας ἂν τύχοιεν εἰκότως B. εἰκότως om. C. 45. πέρατα] τέρματα B.C.

animalium differentias idem docet. Sed enim qui sunt acri oculorum obtutu soli rerum hanc discretionem percipiunt. Ipsi namque cæcutientes nihil prorsus ad solis radios assequuntur; cum ne ipsam quidem videant luminis claritatem. His itaque persimiles esse noscuntur, qui intellectuale veritatis lumen intueri nolentes, amant in tenebris ignorantiæ diversari, veluti aves illæ quæ noctu tantummodo volitantes, meritissima noctis nomenclatura signantur. Noctuæ siquidem ac nycticoraces, ut inimicam sibi, lucem suffugiunt, amant vero tenebras tamquam maxime salutares. Atque his quidem nemo sanæ mentis indignetur atque succenseat. Natura enim ab initio genus hoc vitæ illis addixit. Qui vero ultro sese ipsos tenebris adjunxerunt, quidnam, quæso, veniæ consequantur; præsertim cum divinæ lux veritatis omnem continentem cunctasque jam insulas suis radiis late complerit, orbisque totius fines ac terminos occuparit? Nam qui ante Christum exortum, hoc

πρὸ τῆς θείας ἐπιφανείας τῷδε τῷ πάθει περιπεσόντες, ἔχουσι μέν τινα μετρίαν οὕτω πως παραίτησιν, τῷ μηδέπω τῆς δικαιοσύνης ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νυκτὶ διάγειν, καὶ ὑπὸ μόνης δᾳδουχεῖσθαι τῆς φύσεως· ἐπειδὴ δὲ οὗτος οὐ μόνον ἀνέτειλεν, ἀλλὰ καὶ, ποιητικῶς εἰπεῖν, μέσον οὐρανὸν ἀμφιβέβηκε, τίς ἀπολογίας ὑπολείπεται λόγος τοῖς νῦν ἐν μεσημβρίᾳ τυφλώττουσι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μύουσιν, ἵνα μὴ τοῦ φωτὸς ἀπολαύσωσιν ; Οὐκ ἐᾷ δὲ αὐτοὺς τὴν ἀχλὺν ἀποσκεδάσαι 22 τῶν ὀφθαλμῶν τὸ τῆς οἰήσεως πάθος. Πάντων γὰρ ἄμεινον εἰδέναι νομίζουσι τὴν ἀλήθειαν, ἐπειδὴ τοῖς τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν μαθήμασιν ἐνετράφησαν· καὶ ξυνιδεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ὡς οἱ θαλάττιοι ἰχθύες ἐν ἅλμῃ μὲν τρέφονται ὅτι μάλιστα πλείστῃ, ἁλῶν δὲ ὅμως εἰς σκευασίαν προσδέονται. Οὐδὲ μὴν ἐκεῖνο ξυνορῶσιν, ὡς τῆς ἀληθείας οὐ πάντως ἡ εὐγλωττία διδάσκαλος. Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον ; τί δὲ τῆς εὐεπίας

46. τῇδε τῇ μέθῃ] τῇδε τῇ πάθῃ B. τῷ δε τῷ πάθει C. 49. μηδέπω] μήπω C.Vb. 50. σκότει] νυκτὶ B.C.

22, 8. οὐδὲ μὴν ἐκεῖνο] οὐδ' ἐκεῖνο δὲ C. μὴν om. Vb. 9. ἡ εὐγλωττία] ἡ om. B. 10. εὐεπείας] εὐεπίας B.

erroris laqueo tenebantur, aliquam utcumque ac mediocrem saltem excusationem afferre poterant, quod videlicet sol justitiæ nondum ortus fuisset, ac propterea quasi in nocturnis tenebris vitam traducerent, solisque naturæ facibus ducerentur. Cum vero nunc sol justitiæ non modo exortus jam sit, sed ut poetice dicam,—*medium conscenderit axem:* quis jam, quæso, relictus est excusationi locus, iis qui meridiano tempore hallucinantur, quique ne luce jucundissima perfruantur, oculos ultro concludunt? Nimirum pessima opinionis affectio, nebulam propellere ac dissipare illos non sinit. Putant enim se optime cunctorum mortalium intueri veritatem, propterea quod eloquentium virorum disciplinis innutriti fuerint. Neque animadvertunt marinis piscibus, quamquam plurimæ salsedini innutritis, tamen ad condituram non minus et sale adhibito opus esse. Neque item illud intelligunt, veritatis cognitionem ab idoneo linguæ concentu petendam non esse. Quid enim Homerica poesi queat esse jucundius? quid inquam ejus dulcilo-

ἐκείνης γλυκύτερον; ἀλλ' ὅμως τοῦτον τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, (ἐπέγνωτε δὲ δήπου τὸν Ἀρίστωνος, ὡς ἡγοῦμαι,) μύρῳ γε ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ ξυντεθείσης ἀπέπεμψε πόλεως, ἀκολασίας καλέσας καὶ δυσσεβείας διδάσκαλον. Βλασφημεῖν γὰρ, φησὶν, ἐκπαιδεύει τοὺς νέους, καὶ πονηρὰς αὐτοῖς περὶ τῶν θεῶν ἐντίθησι δόξας, καὶ ἀπαλοῖς ἔτι οὖσι μαθήματα πονηρὰ καὶ διεφθαρμένα ἐνίησι. Καὶ ἕτερα δὲ ἄττα κατηγορήματα πάμπολλα ἐποιήσατο τοῦ κορυφαίου τῶν ποιητῶν. Οὐκ οὖν ἅπας ὁ εὐγλωττίαν ἠσκημένος ἀξιόχρεως ἂν γένοιτο ἀληθείας διδάσκαλος. Εἰ δὲ δὴ τοὺς φιλοσόφους ἡμῖν προβάλλεσθε, εὖ ἴστε ὡς καὶ οὗτοι πλάνον ὑπέμειναν πάμπολυν. Οὐ γὰρ δὴ μίαν ἅπαντες λεωφόρον ἐσχήκασιν, οὐδὲ τοῖς τῶν προωδευκότων ἠκολούθησαν ἴχνεσιν, ἀλλ' ἰδίαν ἕκαστος ἐτέμετο τρίβον, καὶ μυρίας ἐπινενοήκασι στίβους· πολυσχιδεῖς γάρ που τοῦ ψεύδους αἱ ἀτραποί. Καὶ τοῦτο

13. ὡς ἡγοῦμαι om. C. 18. τῶν θεῶν] τῶν om. C. 19. πονηρὰ] ἐναγῆ C. ἐνεργῆ Vb. 20. κατηγορήματα πάμπολλα ἐποιήσατο] ἐποιήσατο κατηγορήματα C. 23. ἀληθείας] τῆς ἀλ. C. Vb. ib. δὲ δὴ] δὴ om. C. δὲ δεῖ B. 26. προωδευκότων] προοδευκότων B. 27. ἐτέμετο] ἔτεμε C.Vb. 28. στίβους] τρίβους B. ὁδοὺς Vb. Tum πολυσχεδεῖς C. et om. που.

quio sit suavius? Et tamen hunc Homerum, ille qui apud vos habetur optimus philosophorum; puto autem vos nosse quem dico; Aristonis videlicet filius Plato, unguento prius perunctum, sicut hirundines a mulieribus solent, procul ejecit ab ea quam ipse constituit civitate; omnis licentiæ atque impietatis magistrum esse testatus. Inquit enim [Rep. III. p. 398.]: *Poeta hic blasphemare adulescentes docet, illisque flagitiosas de immortalibus diis opiniones insinuat, tenerisque adhuc animis inserit perniciosas et corruptissimas disciplinas.* Aliis præterea multis in rebus accusat eximium poetarum. Haud itaque omnis qui in dulci eloquio sit exercitus, idoneus est habendus qui veritatem perdoceat. Quod si vestros nobis philosophos objectatis, illud pro comperto scitote, hos quoque multis erroribus fuisse implicitos. Neque enim omnes eadem militari via incesserunt, neque præcedentium majorum vestigia consectati sunt, sed tum proprias sibi quisque vias fecerunt, tum vero et innumeras excogitarunt. Multifidæ sunt enim mendacii falsitatisque semitæ. Id quod protinus valde

UNIVERSITY OF CALIFORNIA



διαρρήδην αὐτίκα δὴ μάλα δειχθήσεται. Θαλῆς μὲν γὰρ, τῶν ἑπτὰ καλουμένων σοφῶν ὁ πρεσβύτατος, ἀρχὴν πάντων τὸ ὕδωρ ὑπέλαβεν, Ὁμήρῳ γε οἶμαι εἰρηκότι πιστεύσας,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Ἀναξίμανδρος δὲ, τοῦτον διαδεξάμενος, ἀρχὴν ἔφη τὸ ἄπειρον· Ἀναξιμένης δὲ, ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης τὸν ἀέρα ξυμφώνως ἀρχὴν προσηγορευσάτην. Ἵππασος δὲ ὁ Μεταποντῖνος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος τῷ πυρὶ τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων ἀπενειμάτην. Ὁ δὲ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα ἔφη τὰ τέτταρα· Ξενοφάνης δὲ ὁ Κολοφώνιος, τὸ πᾶν ἀΐδιον, ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ πάντα. Καὶ Παρμενίδης δὲ ὁ τούτου ἑταῖρος ὁ Ἐλεάτης ὡσαύτως τόνδε τὸν λόγον ἐκράτυνε, ψευδὲς δὲ ἀπέφηνε τῶν αἰσθήσεων τὸ κριτήριον, ἥκιστα λέγων ἐφικνεῖσθαι τοῦτο τῆς ἀληθείας. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης ἄπειρον τὸ πᾶν

30. δὴ μάλα] δὴ om. B. 33. εἰρηκότι πιστεύσας] πιστεύσας εἰπόντι C. εἰπόντι Vb. 38. ἀρχὴν om. B. Tum προσηγόρευσαν Vb. et C. qui mox om. in textu ὁ Μεταπόντιος—ὁ Ἐφέσιος—Ἀκραγαντῖνος—ὁ Κολοφώνιος—ὁ Ἀβδηρίτης. ib. Μεταπόντιος] μεταποντῖνος B. 40. ἀπενειμάτην] ἀπένειμον. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ τέτταρα ἔφη στοιχεῖα C.Vb. 43. Παρμενίδης] Παρμενίδης δὲ B.C. omisso γε post τούτου. 44. ψευδὲς] ψεῦδος B.

manifestum ostendam. Thales enim, antiquissimus eorum qui septem sapientes vocantur, arbitratus est rerum principium aquam esse; Homericam, ut puto, sequutus sententiam, quo loco inquit: *Oceanumque deum patrem, Tethynque parentem.* Anaximander vero, qui Thaleti successit, ab infinito res auspicatur. At hujus successor Anaximenes, nec minus et Diogenes Apolloniates, concordi sententia dixerunt, principium esse aërem. Hippasus vero Metapontinus, et Heracletus Ephesius, igni rerum attribuere principium: at Agrigentinus Empedocles, quatuor elementis. Xenophanes autem Colophonius, perpetuum esse omne hoc quod videmus, asseruit: cuncta vero e terra inquit constare. Hujus autem sodalis Parmenides Eleates, eandem ferme sententiam confirmavit, falsumque esse sensuum judicium dixit; negans utique nos hoc duce veritatem rerum consequi posse. Democritus au-

εἴρηκε καὶ ἀγένητον. Ἐπίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους ὁ Ἀθηναῖος, ἐκ τῶν ἀτόμων ἐξ ἀρχῆς συστῆναι τὸ πᾶν, εἶναι μέντοι ἄναρχον καὶ ἀΐδιον. Καὶ Μητρόδωρος δὲ ὁ Χῖος, καὶ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, καὶ Διογένης ὁ Σμυρναῖος διαφόρους ἀρχὰς τῶν ὅλων ὑπέθεντο. Διά τοι τοῦτο καὶ Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου κωμῳδῶν αὐτοὺς διετέλει, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἐφικτὰ εἰδέναι λίαν ἰσχυριζόμενοι 23
πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ διεμάχοντο, καινῶν προστατεύοντες καὶ ἐναντίων δογμάτων, ἧ φησιν ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς
12 Ἀπομνημονεύμασι. Καὶ ὁ Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν τῷ 5
Φαίδωνι γέγραφε λέγοντα· Ἐγὼ γὰρ, ὦ Κέβης, νέος ὢν, ὑπερφυῶς [ὡς] ἐπεθύμησα ταυτησὶ τῆς φιλοσοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. Ὑπερήφανον γάρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου, διὰ τί γίγνεται ἕκαστον,
13 καὶ διὰ τί ἀπόλλυται, καὶ διὰ τί ἐστιν. Εἶτα πολλὰ 10
τοιαῦτα διεξελθὼν, ἐπήγαγε· Τεκμήριον δέ σοι ἐρῶ ἱκανόν.

47. ἀγέννητον] ἀγένητον B.C. ex em. 48. ὁ Νεοκλέους ὁ Ἀθηναῖος om. C. in textu. Item ὁ Χῖος infra et ὁ Ἐλεάτης. ib. ἐκ τῶν ἀτ.] ἐξ ἀτ. C. omissis ἐξ ἀρχῆς. 49. τὸ πᾶν] τὸ πᾶν εἶπε C. 52. ὅλων] ὅλων ὄντων C.

23, 1. τοῖς ἀν.] τὰ ἀν. C. qui infra ἐμάχοντο. 6. ὑπερφυῶς (ὡς)] ὡς om. B.C. 7. φιλοσοφίας] σοφίας C.

tem Abderites, infinitum omne asseruit et ingenitum. Epicurus Neoclis filius Atheniensis ex atomis compositum omne hoc inquit; carere tamen initio temporis, ac perpetuum esse. Quin et Chius Metrodorus, et Zeno Eleates, et Smyrnæus Diogenes, diversa rerum principia statuerunt. Ex quo factum est, ut Socrates Sophronisci filius comicis maledictis eos semper incesseret; propterea quod pervicaciter contendentes ea se scire ad quæ hominis ingenium pervenire non potest, mutuis inter se dissidiis concertabant, principes se novorum ac pugnantium dogmatum facientes: id quod Xenophon in Commentariis suis testatur. Plato etiam in Phædone ita Socraten loquentem inducit [p. 96 A.]: *Ego enim*, inquit, *o Cebes, olim junior, fui sapientiæ hujus impendio appetentior, quam de rebus naturæ vocant historiam. Egregium enim atque illustre mihi quiddam videbatur rei cujusque causam tenere posse; quare videlicet unumquodque fiat, intereat, atque sit.* Tum multa hujusmodi persequutus, hæc addidit: *Signum tibi ego idoneum afferam. Ego*

Ἐγὼ γὰρ, ἃ [καὶ] πρότερον σαφῶς ἠπιστάμην, ὥς γε ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκουν, ὑπὸ ταύτης τῆς σκέψεως οὕτω σφόδρα διετυφλώθην, ὥστ' ἀπέμαθον καὶ ἃ πρὸ τούτου
14 ᾄμην εἰδέναι. Καὶ αὖθις δὲ, τῆς τῶν φιλοσόφων κατηγορῶν ἔριδος, τοιάδε ὁ Πλάτων ἐν τῷ Θεαιτήτῳ διέξεισιν· Ἀλλ' ἄν τινα ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγμάτων ἀνασπῶντες πονοῦσι· καὶ ἂν τούτου ζητῇς τὸν λόγον λαβεῖν τι εἰρήκασιν, ἑτέρῳ πεπλήξῃ καινῶς μετωνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδένα αὐτῶν, οὐδὲ ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ' εὖ πάνυ φυλάξουσι τὸ μηδὲν βέβαιον ἐᾶν εἶναι, μήτε ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ταῖς αὑτῶν ψυχαῖς· ἡγούμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὐτὸ στάσιμον εἶναι· τούτῳ δὲ πάνυ πολεμοῦσι, καὶ καθόσον ἂν δύνωνται πανταχόθεν [ἐκβάλλουσιν]. Ἴσως, ὦ Θεόδωρε, τοὺς ἄνδρας μαχομένους ἑώρακας, εἰρηνεύουσι δὲ οὐ ξυγγέγονας, οὐ γὰρ σοὶ ἑταῖροί εἰσιν· ἀλλ' οἶμαι ταῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν, οὓς ἂν βούλωνται ὁμοίους αὐτοῖς ποιῆσαι. Ποίοις

19. πονοῦσι] πιαίνουσι B. ib. ἂν—ζητῇς] ἐὰν—ζητοίης C. 21. περανεῖς δὲ οὐδὲν [οὐδέποτε οὐδὲ] πρὸς οὐδένα αὐτῶν] περανεῖς δὲ οὐδένα αὐτῶν B.Va. π. δὲ οὐδὲν ποτε ὁ. C. 22. γε ἐκεῖνοι [αὐτοὶ] ] γε et αὐτοὶ om. B. αὐτοὶ om. C. 23. ἀλλ' εὖ πάνυ φυλάξουσι] φυλάξωσι C. 24. μήτε ἐν λόγῳ B. in marg. a p. m. qui mox ἑαυτῶν. 26. δὲ πάνυ] δὲ om. B.Va. 27. ἐκβάλλουσιν om. B.C.Va.

*enim in iis, quæ et meo et aliorum judicio plane ac manifeste sciebam, ex hac naturæ inspectione ita cæcus effectus sum, ut et ea mihi exciderint quæ prius scire me opinabar.* Rursusque philosophorum disceptationem Plato idem in Theæteto accusans, hæc ait [p. 180 A.]: *Sed si quid ab eis sciscitere, non secus fatigantur quam si e pharetra dictiunculas ænigmatum educant. Quod si et hujus dictionis quæras ab eis rationem percipere, alio ferieris verbo nova transmutatione efficto. Nihil denique inde transiges, nihil concludes. Sed neque ipsi inter se quicquam decernunt. Id enim maxime cavebunt, nequid firmum certumque relinquant. Putant enim, quantum equidem sentio, neque in oratione, neque in mente quicquam stabile ac per se constans esse. Hac una re prorsus ipsi bella inter se gerunt. Pugnantesque totis viribus ac undecunque fortasse, Theodore, illos vidisti; pacem vero agentibus, Theodore, numquam interfuisti. Neque enim tibi sunt familiares. Sed hæc, puto, per otium in gymnasio cum discipulis illis loquuntur quos volunt fieri sui persimiles. Quibus*

μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ [γὰρ] γίνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητὴς, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται, ὁπόθεν ἂν τύχῃ ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον [ὁ]
15 ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· Ὀλί- 35
γου δ' ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο· οἷον "ἀκίνητον τελέθει τῷ παντὶ ὄνομα εἶναι," καὶ [ἄλλα] ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι, ἐναν-
16 τιούμενοι πᾶσι τούτοις, διϊσχυρίζονται. Καὶ μέντοι κἀν 40
τῷ Σοφιστῇ τὰ τοιαῦτα πάλιν αὐτῶν κατηγορεῖ, οὐκ ἀπόστολος οὐδὲ προφήτης, ἀλλὰ τῶν φιλοσόφων ὁ πρῶτος, εἴτε Πλάτωνα τὸν Ἀρίστωνος ἐθέλοι τις λέγειν, εἴτε Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου· Σωκράτους μὲν γὰρ τὰ ἐνθυμήματα, Πλάτωνος δὲ τὰ συγγράμματα. 45
17 Εἴτε δὲ οὗτος, εἴτε ἐκεῖνος, οὕτω φησί· Μῦθον τινὰ ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν· ὁ μὲν, ὡς τρία τὰ ὄντα· πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττά πῃ· ποτὲ δὲ καὶ φίλα γινόμενα, γάμους τε καὶ τόκους 50

32. οὐδὲ [γὰρ]] γὰρ om. B. 33. τύχῃ] τύχοι C. 34. ὁ ἕτερος] ὁ om. C. 35. πάλιν om. C. 37. τελέθει om. C. 38. ἄλλα om. B.C. 40. τοιαῦτα] τὰ τοιαῦτα B.Vb. 41. οὐδέ γε] γε om. B.C. 46. φαίνεται] φανεῖται B. 47. ὡς om. B. qui mox πολεμεῖ—πῃ in marg. a p. m. 49. τοτε] ποτε B.

*autem discipulis hæc loquantur? Neque enim apud hujusmodi genus hominum alter alterius est discipulus; sed sponte sua et casu quodam proveniunt, undecumque contingat, furore afflati. Neque alter alterum scire quicquam existimat.* Pauloque mox idem rursus hæc ait. *Pene*, inquit, *o Theodore, oblitus sum tibi dicere, quod alii contraria his affirmarunt; videlicet immutabile universo nomen inditum esse, et quæcumque Parmenidæ ac Melissi omnibus hisce adversi contendunt.* Idem Plato et in libro cui titulus est Sophistes, hisce ferme verbis qualia superius attuli, eos accusat: non apostolus, non propheta; sed philosophorum primus, sive Platonem quis eum velit Aristonis filium esse, sive Socratem Sophronisci. Sunt enim Socratis quidem res et sententiæ, Platonis autem scripta et monumenta. Uter autem sit ipsorum, ita certe scriptum reliquit [Soph. p. 242 c.]: *Fabulam mihi videtur unusquisque illorum nobis, tanquam pueri simus, narrare. Nam alter quidem ipsorum, quasi tria nobis facit rerum principia; quorum quædam quodammodo inter se nonnumquam depugnent, interdum vero in ami-*

καὶ τροφὴν ἐκγόνων παρέχεται· δύο δὲ ἕτερος εἰπὼν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἢ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, συνοικίζεται αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι. Τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ὃ ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἄρχεται, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν ἁπάντων καλουμένων διεξέρχεται τοὺς μύθους. Ἤδη δὲ καὶ 24
Σικελικαί τινες Μοῦσαι ξυνενόησαν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφότερα, καὶ λέγειν ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν
18 ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ ξυνέχεται. Καὶ τοιαῦτα [ἅττα] ἐφεξῆς εἰπὼν, ἐπάγει· Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον 5
γιγαντομαχία τις εἶναι, διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους. Πῶς; Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ περὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, τὰς ἐν χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς λαβόντες. Τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι [πάντων,] σφόδρα διϊσχυρίζονται τοῦτο εἶναι [μόνον] 10
ὅπερ ἔχει προσβολὴν καὶ ἐπαφὴν τινὰ, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι.

19 Ταῦτα οὐ Πέτρος ὁ ἡμέτερος, οὐδὲ Παῦλος, τῶν ὑμε-

53. ὃ om. B.C. pen. ἁπάντων] πάντων B.C. ib. δὲ, ἐξέρχεται] διεξέρχεται B.C. Mox Sirmondus dedit Ἰάδες δὲ καὶ ex ipso Platone, ni fallor.
24, 9. ταῖς χερσὶν B. ἐν om. C. Supra περὶ om. Sirm. 10. πάντων om. B.C.Va. 11. μόνον om. B. 12. ταὐτὸν] ταὐτὸ B.Va.

*citiam redeant, quasi nuptias celebrent, filiosque propagent, ac alimenta nepotibus erogent. Alter vero duo principia rerum asserens, humidum videlicet ac siccum, vel calidum et frigidum, copulat ea in unum, eademque educit. Gens vero philosophorum qui apud nos Eleatici nominantur, a Xenophane atque altius initium ducens, fabulas nescio quas nobis explicuit, tamquam unum sint ea quæ dicuntur omnia. Jam vero et Siculæ quædam musæ nobis commentæ sunt, tutius esse utraque rerum principia complicare, ac subinde asserere, id quod est, unum esse ac multa, contineri autem simul lite et amicitia.* Cumque talia quædam dixerit, ita demum prosequitur: *Verum ea videtur inter eos esse contentio, qua gigantes olim cum deis pugnasse perhibentur. Tanta est inter eos de rerum substantia disceptatio. Quo enim pacto eorum nonnulli e cælo atque ab invisibili cuncta deorsum ad terram trahunt, saxa immania quercusque complexi. Talia enim apprehendentes et contrectantes, summa contentione affirmant id solum esse quod aptum natum est ut incursum tactumque patiatur; idemque prorsus et corpus et substantiam esse diffiniunt.*

Horum autem deliriorum ne-

τέρων κατηγόρησε φιλοσόφων, ἀλλὰ Πλάτων ὁ εὐ- 15
γλωττότατος, καὶ Σωκράτης ὁ κατὰ τὴν Πυθίαν ἀνδρῶν
ἁπάντων σοφώτατος· καὶ ἔφασαν αὐτοὺς διϊσχυρίζεσθαι
τοῦτο εἶναι μόνον ὅπερ ἔχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα,
[καὶ] ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁρίζεσθαι, καὶ μηδὲν 20
20 περαιτέρω τῶν ὁρωμένων φαντάζεσθαι. Πῶς οὖν ἄν
τις τούτοις χρήσαιτο ποδηγοῖς [τῆς] ἀληθείας, τοσοῦ-
τον δὴ καὶ τοιοῦτον ὑπομείνασιν [ἀεὶ] πλάνον, καὶ
ἐναντίας γε ὠδίνασι δόξας, καὶ σφοδρὸν κατ' ἀλλήλων
ἀναρριπίσασι πόλεμον; Καὶ Τίμων δὲ αὐτοὺς ὁ Φλιά- 25
σιος, ὁ Πύρρωνος ἑταῖρος, ἐν τοῖς Σίλλοις ἐτραγῴδησεν·
ἐγὼ δὲ, ἐκ μάλα πολλῶν, ὀλίγων μνησθήσομαι·

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον,
ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε
ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί. 30

21 Οὐ μόνον ἄρα ἡμεῖς τὸ τῆς οἰήσεως ἐπιπροσθεῖν ὑμῖν
εἰρήκαμεν πάθος· πάλαι γὰρ καὶ πρόπαλαι ταύτην ὁ

20. τῶν ὁρωμένων om. B. 21. τῆς ἀληθ.] τῆς om. C. 22. ἀεὶ om. B.C. 25. ὁ Πύρρωνος] ὁ om. B.C. 26. μάλα πολλῶν] πολλῶν μάλα C. 29. ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε] τοίων νυκτερίδων ἐκ λ. πέπλησθε, B. et in marg. ἔκ τε στοχασμῶν πεπλάνησθε. In C. τῶν νυκτερίδων λίαν καὶ στοχασμῶν πέπλησθε. τοιῶν νυκτερίδων ἐν λεσχομάχων πεπλάνησθε ἄνθρωποι Va. ἐρίδων ἔκ τε στοχασμῶν πεπλάνησθε Vb. 31. ἐπίπροσθεν] ἔτι πρόσθεν B. ἐπιπροσθεῖν C.

que Petrus ille noster, neque Paulus, vestros accusat philosophos, sed eloquentissimus Plato, ac Socrates multo sapientissimus hominum Pythii Apollinis sententia judicatus. Aiunt enim vestros philosophos affirmare id solum esse quod incursum tactumque patiatur, idemque corpus et substantiam definire. Quo autem pacto quis utatur his ducibus ad veritatem, qui talibus ipsi tantisque erroribus sint obnoxii, quique pugnantes adeo sententias opinionesque proferant, bellum inter se maximum perpetuo suscitantes? Ipse etiam Timon Phliasius suis salibus ac dicteriis vestros philosophos tragice insectatus est, e quorum magna copia ego sane pauca quædam commemorabo: *Mortales miseri, probrosi, ventris ad instar, Quænam vos lites nugis pugnantibus urgent? O utres, animi sensus quos implet inanis.* Non igitur soli nos neque primi vobis stultæ opinionis labem objicimus: prius enim mul-

Τίμων τῶν ὑμετέρων φιλοσόφων τὴν κατηγορίαν πε-
ποίηται. Ἄλλο δέ ἐστιν εἰδέναι, καὶ ἄλλο τὸ οἴεσθαι 35
εἰδέναι, μηδὲν ἐπιστάμενον. Πολλῷ γάρ τινι διαφέ-
ρουσιν, ὦ φιλότης, ἀλλήλοιν ἀλήθεια καὶ στοχασμὸς
22 ἀληθείας. Ὁ μὲν γὰρ στοχασμὸς καὶ διαμαρτίας ἔχει
πολλάς· ἡ δὲ ἀλήθεια ἐκπαιδεύειν οὐδὲν ἐναντίον ἀνέ-
χεται. Τοιγαροῦν ἄλλως τις ἀληθείας πέρι τεκμαιρό- 40
μενος λέγει, καὶ ἄλλως αὐτὴ ἑαυτὴν ἑρμηνεύει· ἐπεὶ καὶ
Ἀναξαγόρας ὁ Ἡγησιβούλου ὁ Κλαζομένιος, τῶν πρὸ
αὐτοῦ [γεγενημένων] φιλοσόφων οὐδὲν περαιτέρω τῶν
ὁρωμένων νενοηκότων, πρῶτος νοῦν ἔφησεν ἐφεστάναι
τῷ κόσμῳ, καὶ τοῦτον εἰς τάξιν ἐκ τῆς ἀταξίας ἀγαγεῖν 45
τὰ στοιχεῖα· καὶ Πυθαγόρας δὲ ὁ Μνησάρχου ἀρχὴν
τῶν πάντων ἔφησε τὴν μονάδα. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν
23 χρόνον ἐγενέσθην Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας. Ἀλλὰ
τὴν Πυθαγόρου μὲν διατριβὴν ἡ γαμετὴ Θεανὼ διε- 50
δέξατο, καὶ Τηλαύγης καὶ Μνήσαρχος οἱ τούτου παῖδες·
Τηλαύγους δὲ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐγένετο

36. ὦ φιλότης ἀλλήλοιν om. C. qui intra om. ἀληθείας. 40. ἀληθείας πέρι] περὶ ἀληθείας C. 42. γεγενημένων om. C. 44. νοῦν] νῦν C. 48. ἐγενέσθην] ὑπῆρχον C.Vb. 51. Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος] ὁ Ἐμπεδοκλῆς C.

toque ante ipse Timon hujus vitii vestros accusat. Aliud vero est scire te aliquid, aliud opinari te scire, cum tamen vere nil scias. Valde enim veritas et conjectura veritatis, o amici homines, inter se differunt. Siquidem conjectura plurimis peccat in rebus atque decipitur: ipsa autem veritas ita nos docet, ut contrarii nihil admittat. Aliter itaque quis loquitur cum in conjecturam ducitur veritatis, aliter autem veritas sese ipsam interpretatur atque enuntiat. Quandoquidem et Anaxagoras Hegesibuli filius Clazomenius primus inquit mentem mundo insedisse, unamque hanc elementa de confusione in ordinem disposuisse; cum superiores philosophi nihil ultra materiam, præterque ea quæ oculis videntur, excogitassent. Pythagoras autem Mnesarchi filius, principium rerum omnium Monada, hoc est unitatem, esse dixit. Eodem vero tempore fuerunt Anaxagoras et Pythagoras. Sed enim Pythagoræ quidem scholas, eo defuncto, uxor Theano cum Telauge ac Mnesarcho filiis, regendas suscepit. Ac Telaugæ quidem Empedocles

φοιτητής· τοῦ δ' Ἀναξαγόρου, Ἀρχέλαος· Ἀρχελάου δὲ, Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος. Καὶ Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Πυθαγόρας εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι τοῖς Αἰγυπτίων καὶ Ἑβραίων αὐτόθι σοφοῖς ξυνεγενέσθην, καὶ τὴν περὶ
24 τοῦ ὄντος ἠρανισάσθην γνῶσιν. Χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ ὁ Πλάτων τήνδε τὴν ἀποδημίαν ἐστείλατο· καὶ τοῦτο λέγει μὲν ἐν τοῖς Παραλλήλοις ὁ Πλούταρχος, λέγει δὲ καὶ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου, ἐν οἷς πρὸς τὸν Σωκρατικὸν Αἰσχίνην ἐπέστειλε. Ἔχει δὲ ὧδε· Αἰγύπτου γὰρ ἠράσθησαν, καὶ τῆς Πυθαγόρου τερατώδους σοφίας· ὧν τὸ περιττὸν καὶ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτει διήλεγχεν ἔρως τυ-
10 ραννίδος, καὶ ἀντὶ διαίτης λιτῆς Σικελιῶτις γαστρὸς ἀμέ-
25 τρου τράπεζα. Τοιαῦτα περὶ τοῦ Πλάτωνος ὁ Ξενοφῶν ἔγραψεν, ὅτι τῆς Σωκράτους διδασκαλίας ὑπεριδὼν τὴν τερατώδη Πυθαγόρου σοφίαν ἐζήλωσε, καὶ Διονυσίῳ τῷ Σικελίας τυράννῳ ξυνῆν, Συρακουσίας ἀπολαύων
15 χλιδῆς. Ἔφη δὲ αὐτὸν καὶ τῆς [τῶν] Αἰγυπτίων

53. Ἀρχελάου] καὶ Ἀρχ. C. omisso καὶ infra ante Ἀναξαγόρας.
25, 2. ξυνεγενέσθην] ξυνεγένοντο C.Vb. ib. ἠρανισάσθην γνῶσιν] γνῶσιν μεμύηντο C. μεμύηντο γνῶσιν Vb. 7. γράφει] ἔχει B.Va. ib. ἠράσθη] ἠράσθην B. ἠράσθησαν C. qui mox Σωκράτη. 9. μὴ μόνιμον] μνημονικὸν B.Va. 13. τὴν τερατώδη] τὴν τοῦ τερατώδους B.Va. 16. τῶν om. B.C.

Agrigentinus; Anaxagoræ vero, Archelaus fuit auditor: hujus vero Socrates Atheniensis fuit discipulus. Anaxagoras autem et Pythagoras in Ægyptum profecti, cum Ægyptiorum Hebræorumque sapientibus ibi sunt conversati; a quibus et Dei cognitionem adepti sunt. Postea vero et Plato in eandem Ægyptum peregre adnavigavit. Cujus rei testis est Plutarchus in comparatione vitarum. Testis et Xenophon Grylli filius, in iis quæ ad Socraticum scripsit Æschinem. Sic enim inquit: [Euseb. P. E. p. 745 D.] *Adamarunt hi duo philosophi Ægyptum, monstrosamque Pythagoræ sapientiam; quos luxuriosos fuisse, nec satis stabiles sub Socratis disciplina, amor ille tyrannidis indicavit; proque frugali ac tenui vita petitæ Siculæ dapes, ventri voracissimo congruentes.* Hæc sunt quæ de Platone Xenophon scripsit; eum videlicet posthabita Socratis disciplina, monstrosam Pythagoræ sapientiam appetisse, apudque Dionysium Siciliæ tyrannum, Syracosanis se oblectasse deliciis. Eundem quo-

ἐρασθῆναι σοφίας. Οὐκοῦν καὶ Πυθαγόρας καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πλάτων αἰνίγματά τινα [πολλὰ] περὶ τοῦ ὄντος παρ' Αἰγυπτίων καὶ Ἑβραίων ξυνέλεξαν. Τί δήποτ' οὖν τούτοις μὲν οὐκ ἀκριβῶς τὰ θεῖα μεμαθηκόσι πιστεύετε, παρ' ὧν δὲ οὗτοι ταῦτα [γε] ἔμαθον, μαθεῖν οὐκ ἐθέλετε; Ὅτι γὰρ οἱ πρὸ τούτων γενόμενοι ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι πλέον τῶν ὁρωμένων οὐδὲν ὑπέλαβον εἶναι ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ δεδήλωκε· Φαίνονται γάρ μοι, φησὶν, οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους ἡγεῖσθαι θεοὺς, οὕσπερ νῦν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν· ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως, τῆς τοῦ θεῖν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. Καὶ Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος παντάπασι τὸν τοῦ παντὸς ἠγνόησαν ποιητήν· Ἡσίοδος μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Χάους ἔφησεν Ὠκεανὸν καὶ Τηθὺν γεγενῆσθαι·

18. τινα om. C.Vb. 19. πολλὰ om. V.Ba. 23. φιλόσοφοι] σοφοὶ Va. 26. περὶ τὴν] τῶν περὶ τὴν Vb. 27. οὕσπερ] ὥσπερ Va. 29. ἄστρα] ἀστέρα B.Va. ἀστέρος Vb. 30. ἰόντα] ἀεὶ ἰόντα Vb. ib. ταύτης om. C. 31. θεῖν] θέειν Vb. 32. παντάπασι om. C. 34. ἔφησεν] ἔφη B.C.

que testatur Ægyptiorum sapientiam adamasse. Anaxagoras itaque, Pythagoras, Plato, ænigmata quædam de Deo ab Ægyptiis Hebræisque collegerunt. Quid itaque viri Græci? Iis habendam fidem esse censetis qui leviter admodum divina mysteria didicerunt; ab illis autem ea perdiscere recusatis, a quibus vestri philosophi præceptoribus didicerunt? Pervetustos enim philosophos ac poetas, Platoneque ipso antiquiores, nihil esse aliud opinatos fuisse, præter id quod oculis contuemur, Plato in Cratylo nos docet. Inquit enim [p. 397 C.]: *Mihi quidem videntur primi illi homines in Græcia solos eos esse deos putasse, quos nunc barbarorum plurimi opinantur, Solem videlicet, lunam, terram, stellas, cælumque ipsum. Videntes itaque hæc, velut euntia motu quodam atque currentia, de natura cursus illius quem videbant, ab eo quod est θέειν, hoc est currere, θεοὺς, id est Deos, nominarunt.* Sed enim Homerus quoque atque Hesiodus mundi totius opificem penitus ignorarunt. Ac Hesiodus quidem Chaos inquit Oceanum Tethynque genuisse: ab his autem Cælum ac Terram esse progenitam:

ἐκ δὲ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν· ἐκ δὲ τούτοιν, Κρόνον τε καὶ Ῥέαν, καὶ τούτων τοὺς ἀδελφούς· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν, καὶ Ποσειδῶνα, καὶ Πλούτωνα. Ὁ δὲ Ὅμηρος τὸν Ὠκεανὸν φησὶ θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν· καὶ ὃν θεῶν καὶ ἀνδρῶν ὀνομάζει πατέρα, ὡς ἐκ Κρόνου γεγενημένον, Κρονίδην ἀποκαλεῖ. Πολλῷ οὖν ἄρα καὶ οὗτοι δεδουλεύκασι πλάνῳ. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο εὖ μάλα ὁ Πλάτων εἰδὼς πιστεύειν αὐτοῖς που παρεγγυᾷ τὰ τοιαῦτα μυθολογοῦσιν, καὶ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀληθῶν ἀποδείξεων λέγουσι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ὁ Πλάτων φησί· Κοῦφον γάρ τι χρῆμα καὶ ἱερὸν ποιητὴς, καὶ οὐχ οἷός τε ποιεῖν πρὶν ἂν ἔνθεος καὶ ἔκφρων γένηται. Ὁ δὲ Ὀδρύσης Ὀρφεὺς, καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος, τὰ περὶ τοῦ ὄντος οἵπω πως μεμάθηκε, καὶ βοᾷ,

Εἷς ἔστ' αὐτοτελὴς, αὐτοῦ δ' ὑπὸ πάντα τελεῖται·
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται, οὐδέ τις αὐτὸν 26

36. καὶ] τε καὶ B.C.Vb. 40. προγόνου] Κρόνου B.C. 42. ἄρα] δὴ ἄρα C.Vb. 43. εὖ μάλα ὁ Πλάτων] ὁ Πλάτων εὖ μάλα C. 44 που] οὐ C. 46. ὁ Πλάτων om. C. 51. αὐτογενὴς] αὐτοτελὴς B.C.Va.

26, 1. περινίσσεται] περινείσεται B.

e quibus Saturnus et Rhea cum ceteris fratribus nati sint. E Saturno autem et Rhea natos esse ait, Jovem, Junonem, Neptunum, ac Ditem patrem. Homerus autem Oceanum genitorem deorum vocat, et matrem Tethyn: Jovem autem, quem deorum patrem hominumque appellat, eundem, velut a Saturno genitum, vocat Saturnium. Magnis igitur hi quoque poetæ erroribus servierunt. Quod cum Plato ipse optime sciret, hortatur tamen ut eis fides habeatur, quamvis talia fabulantibus, nullisque signis, nullis demque veris demonstrationibus ad faciendam doctrinæ suæ fidem utentibus. Alibi quoque idem Plato testatur [Ion. p. 534 B.], poetam *rem esse quandam levem, agilem, expeditam, et sacram, nec posse quicquam poeticum facere, priusquam spiritu divino affletur.* Orpheus autem Odrysius, et ipse profectus in Ægyptum, hæc de Deo vero perdoctus est, quæ vocalissime ita testatur: *Perfectus Deus est, qui perficit omnia solus; Ipse eadem lustrans: oculis nec cernere cuiquam Hunc hominum liceat; tamen idem cuncta tuetur*

εἰσοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται·
πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
μικραὶ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν.

31 Καὶ πάλιν·

Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖτις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται,
χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίῃ δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε·
χεῖρα δὲ δεξιτερὴν περὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο
ἐκτέτακεν· ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ·
οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. Ἔστι δὲ πάντῃ
αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν.

32 Ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκὼς, οἳ παρ' Ἑβραίων μαθήματά τινα τῆς ἀληθείας παρέλαβον, παρέμιξε τοῦ πλάνου τῇ θεολογίᾳ τινὰ, καὶ τῶν Διονυσίων καὶ Θεσμοφορίων τὰ δυσαγῆ παραδέδωκεν ὄργια· καὶ οἷον τινὶ μέλιτι περιχρίσας τὴν κύλικα, τὸ δηλητή-
33 ριον πόμα τοῖς ἐξαπατωμένοις προσφέρει. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ Πλάτων πεποίηκεν. Ἀξιάγαστα γὰρ αὐτοῦ τῷ ὄντι τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐν τῷ Τιμαίῳ ξυγγεγραμ-

2. εἰσοράα—ὁρᾶται] εἰσορᾶ—ὁρᾶ C. 3. ὁρόω] ὁρῶσι C. 4. θνητοῖς] θνητοῖσι C. qui mox ἐνόσσοις in marg. nil in textu. Μικραὶ it. om. Mox vulgo σάρκας et ἐμπεφύκασιν. 8. εἰνὶ θρόνῳ] ἐνιθρόνω B. 11. κρατερὸν] καρτερὸν C. et mox om. αὐτός. 17. δυσαγῆ] δυσαγῆ γρ. δυσσεβῆ B. 20. ταυτὸ δὲ τοῦτο] τοῦτο δὲ καὶ ὁ C.

*Conspectus nulli; quoniam caliginis atræ Obsistunt nebulæ, et mortalia lumina nobis Et pupæ tenues; caro circum atque ossa resistunt.* Et iterum: *Ipse autem magnum super est innixus Olympum, Aurato residens solio, pedibusque sub ipsis Pressatur tellus; dextram usque ad litora tendit Oceani. Montes imis radicibus acti Contrepidant, nec ferre queunt ea numina dorso. In cælo residens, imis tamen omnia terris Perficit; hic caput, hic medium, finesque tuetur.* Ceterum Orpheus, quamquam hæc ab Ægyptiis didicisset, qui nonnullas prius ab Hebræis disciplinas acceperant, aliquos tamen errores suæ illi theologiæ admiscuit, ac Dionysiorum Thesmophoriorumque impurissima orgia Græcis tradidit: quasi melle ad oras calicis circumducto, letale poculum deceptis porrexerit. Nec vero et Plato non eodem modo se gessit. Sunt enim laude prorsus et admiratione dignissima quæ de ente

μένα. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγασθείη λέγοντος ἀκούων, Τί τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεὶ, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ [καὶ] κατὰ τὸ αὐτὸ ὄν· τὸ δὲ αἰσθήσει ἀλόγῳ δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπογιγνόμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Προσ-
34 τίθησι δὲ καὶ τάδε τοῖς εἰρημένοις· Ταῦτα γὰρ πάντα μέρος χρόνου, τὸ ἦν καὶ ἔσται· ἃ δὴ φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀίδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. Λέγομεν γὰρ δὴ, ὡς ἦν ἔστι τε καὶ ἔσται· αὐτῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει· τὸ δὲ ἦν, καὶ τὸ ἔσται, περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν οὖσαν πρέπει λέγεσθαι. Τὸ δὲ ἀεὶ καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον προσ-
35 ήκει γίγνεσθαι. Τίς οὖν οὕτως φιλαίτιος καὶ μεμψίμοιρος, ὡς νεμεσῆσαι τοῖς εἰρημένοις, καὶ μὴ πᾶσαν αὐτοῖς προσμαρτυρῆσαι ἀλήθειαν; Τὸ γὰρ ὂν ἀεὶ γενέσεώς

23. τὸ ὂν] τὸ ὂν μὲν Vb. 26. καὶ om. B.C. 28. προστίθησι—εἰρημένοις] εἶτά φησι C. 30. λαμβάνομεν C. in textu. 31. αὐτῇ δὲ] τῇ δὲ B.C. 33. τὸ ἔσται] τὸ om. B.C. 35. οὔτε] οὐ B. γίγνεσθαι] γενέσθαι C. 36. φιλαίτιος] ἔτι φιλαίτιος C. οὕτω φ. B. 38. ἀεὶ om. B.

Deo is in Timæo conscripsit. Quis enim non magnopere amet, quis non admiretur, cum dicentem audiat? [p. 27 D.] *Quid sit illud quod semper est, nec habet generationem? Quid contra et illud quod semper fit, neque tamen est umquam? Nempe illud quidem intellectu cum ratione percipitur, eodem modo semper existens: hoc autem irrationali sensu est opinabile, cum fiat et dispereat, vere autem sit numquam.* Addit vero et hæc amplius ad ea quæ superius dicta sunt: *Hæc autem omnia quæ loquentes usurpamus, videlicet* ERAT *et* ERIT, *minutiæ temporis et particulæ quædam sunt, quæ imprudentes non recte divinæ ac æternæ substantiæ accommodamus. Dicimus enim, et fuisse et esse et fore. Æternæ autem substantiæ ipsum* EST *dumtaxat verissima congruit ratione.* ERAT *autem atque* ERIT *dici convenit de ea generatione quæ est in tempore. Quod vero semper et eodem modo immutabiliter sese habet, nec consenescere nec repubescere umquam par est.* Quis itaque sit adeo contentiosus, adeo querulus accusator, ut indignationem concipiat ex iis quæ tam bene a Platone dicta sunt, neque illis potius omne perhibeat testimonium veritatis? Quod enim est semper, omni est utique generatione superius: quod autem gignitur, id continuo et

tamen erubescunt ex iis quæ faciunt sese accusatos damnari. Adorant enim manufactas imagines; inter quas et Veneris figuram, prostantibus in fornice meretricibus impudentiorem. Quis enim vidit umquam meretricem in foro stantem, nudo corpore sine palla et zona? At Venerem, scortorum præsidem et magistram, nudam faciunt statuarii sculptores, neque tunicula saltem illam obducunt. Quin et Europen tauro insidentem pictores pingunt, fabri conflant, marmorarii cælo effingunt. Bacchum quoque iidem artifices, mollibus ac solutis membris, effœminatoque corpore, nobis faciunt. Nec minus et ipsum Pana et Satyros equorum atque asellorum more coitus appetentes faciunt, atque ad Venerem jam paratos concinnant. Pari quoque modo et Jovem sub aquilæ forma in Ganymede insanientem, Ledæ vero consertum in cycni specie, Danaësque in sinum eliquati auri modo illapsum; aliaque item figmenta, sicuti poëtæ commemorant, effingunt simulacrorum artifices. Si ergo inanes rerum fabulas a poëtis confictas

82 ἀγαλμάτων δημιουργοί. Εἰ τοίνυν ψευδεῖς μύθους φατὲ διαπλάσαι τοὺς ποιητὰς, τί δήποτε τῶν ἀνδριαντοποιῶν καὶ ἀγαλματογλύφων καὶ ζωγράφων ἀνέχεσθε, κρατυνόντων τῇ τέχνῃ τὸ ψεῦδος; Ἀνθ' ὅτου δὲ τοσοῦτον σέβας προσνέμετε τοῖς ὑπὸ τούτων τεκταινομένοις ἀγάλ-
83 μασιν; Ἔδει γὰρ, εἴπερ ἀληθῆ ἄρα κατηγορεῖτε τῶν ποιητῶν, τὰ μὲν ἐκείνων ἐμπρῆσαι ποιήματα, νόμῳ δὲ τοὺς τεχνίτας κωλῦσαι, καὶ προσαπειλῆσαί γε θάνατον, ὥστε μηδένα ποτε μηδαμῇ τοιαύτας κατασκευάζειν εἰκόνας, τὸν δὲ παρὰ τὸν νόμον τι δρῶντα ζημιοῦσθαι θανάτῳ. Ἐχρῆν δὲ καὶ τὰ ἐφ' ὕβρει καὶ κωμῳδίᾳ τῶν καλουμένων θεῶν τεκταινόμενα ξυντρίβειν καὶ διαφθείρειν, καὶ πείθειν ἅπαντας ὡς ψευδῆ τὰ περὶ τούτων
84 παρὰ τῶν μύθων θρυλούμενα. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν πώποτε γεγένηται παρ' ὑμῶν, τἀναντία δὲ τούτων δρώμενα ἔστιν ἰδεῖν, θαυμαζομένους μὲν τοὺς ποιητὰς ἐπὶ τοῖς ποιήμασιν, ἐπαινουμένους δὲ ἄγαν τοὺς ἀγαλματογλύφους καὶ ἀνδριαντοποιοὺς καὶ ζωγράφους ἐπὶ τοῖς σφετέροις τεχνήμασι, προσκυνούμενα δὲ τὰ τῷ λόγῳ

51, 10. τοσοῦτον] τυσοῦτο B. 15. μηδένα] μὴ δένα B. 16. τὸν—δρῶντα] τοὺς—δρῶντας Sirm. 22. οὐδὲν] οὐδὲ B.

esse asseritis, quid ita, quæso, et marmorarios et cusores apud vos esse, quid pictores etiam toleratis, cum hi suo artificio falsitatem hanc tueantur? Cur et honore tanto afficitis quæ ipsi simulacra effinxerunt? Par enim fuit, si quidem poëtas justa accusatione damnatis, ipsorum quidem poëmata a vobis absumi, lege autem ipsos cohiberi artifices, illisque obitum intentari, nequis in posterum ullo pacto ejusmodi simulacra vobis conficeret. Tum et illata nece plecti oportuit, qui legis præcepta transgrederetur. Nec minus oportuit quæcumque ad contumeliam et opprobrium factæ essent imagines eorum, qui dii vocantur, diffringi prorsus et aboleri, persuaderique omnibus falsa esse mendacia quæ de talibus diis vulgo ferantur. Ceterum nihil dum a vobis harum rerum factum esse conspicimus; immo autem permulta quæ hisce rebus penitus sint contraria. Nam et poëtas ipsos ejusmodi figmentorum causa suspicitis; statuarumque opifices ac pictores operum suorum quammaxime laudatis; quæque verborum tenus simulacra detes-

κατηγορούμενα ξόανα, καὶ θυσίαις καὶ τελεταῖς γεραιρόμενα, καὶ τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ζῴδιον, τὸν Πρίαπον λέγω, μετὰ τοῦ μεγίστου καὶ τεταμένου μορίου τιμώμενον, καὶ τὸν τοῦ Διονύσου φαλλὸν ἐν τῇ φαλλαγωγίᾳ παρὰ τῶν ὀργιαζόντων προσκυνούμενον, καὶ τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον, (οὕτω δὲ τὸ γυναικεῖον ὀνομάζουσι μόριον,) ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιούμενον. Αἰγύπτιοι δὲ τοσοῦτον ταῖς αἰσχραῖς ἐδουλώθησαν ἡδοναῖς, ὡς καὶ τὸν τράγον διὰ τὴν περὶ τὰς μίξεις μανίαν ὀνομάσαι θεόν· Μενδήσιοι δὲ τοῦτον διαφερόντως τιμῶσι· καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ζώοις αἱ ἄλλαι πόλεις θείας τιμὰς ἀφιέρωσαν. Ἔσεβον γὰρ δὴ καὶ Μεμφῖται τὸν ταῦρον, καὶ Λυκοπολῖται τὸν λύκον, καὶ Λεοντοπολῖται τὸν λέοντα, καὶ μέντοι καὶ Κυνοπολῖται τὸν κύνα, καὶ ἰχθύν τινα Λατὸν ὀνομαζόμενον τῆς Λατοῦς οἱ οἰκήτορες, καὶ ἄλλοι τὴν ἶβιν, καὶ ἕτεροι τὸν κροκόδειλον· καὶ ἕκαστον δὲ τούτων ἐν τοῖς ἱεροῖς καθιέρωτο, καὶ τὴν κατάλληλον

29. σμικρὸν] μικρὸν B. 30. Πρίαπον] Πρίαμον B. ψευδοῦς Vb. pro τεταμένου. 32. ἐν τῇ] ἐν om. B. 33. τὸν γυν.] τὸ γυν. B. μυσαρώτατον ante κτένα inseruit Vb. 35. γυναικῶν] γυναίων B. 36. τοσοῦτον ταῖς αἰσχραῖς] ταῖς αἰσχραῖς τοσοῦτον B.Va. 43. Λατὸν] λάτον B.Va.

tamini, adoratis tamen, eaque sacrificiis ac solenni ritu percolitis. Quin et animal illud, Priapum dico, exigua quidem ipsum statura, sed exporrecto virili membro ingentem, pro deo habetis, phallumque Liberi patris (hoc est distentum veretrum) videre est ab iis, qui orgia celebrant, adorari ea in festivitate quam a circumferendis phallis Phallagogian vocant. Nec minus et muliebrem pectinem (sic enim pudenda mulieris vocant) in Cereris festo initiatæ mulierculæ divino honore dignum habent. Ægyptii vero sic obscenis voluptatibus servierunt, ut hircum deum appellarint, quod salacissimum animal sit ad venerem: Mendesii vero eximiis hunc honoribus venerantur. Aliæ quoque apud Ægyptios civitates animalibus aliis divinos cultus dicarunt. Nam Memphitæ taurum, et lupum Lycopolitæ, et Leontopolitæ leonem, et canem Cynopolitæ; et piscem Latum incolæ urbis Latonis: alii vero ibin, alii crocodilum propriis festivitatibus templisque consecra-

αὐτῷ προσέφερον ἐδωδήν· εἶτα, ὡς θεοῖς δῆθεν, τὰς θυσίας ἐπετέλουν, καὶ τελευτήσαντα δὲ ταφῆς ἠξίουν πο-
86 λυτελοῦς. Τοσαύτη πάλαι ποτε κατεῖχε πλάνη τὴν οἰ- 50
κουμένην. Ἀλλὰ ταύτην ἄρδην ἠφάνισε καὶ πάμπαν ἐξήλασε ὁ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος καὶ παρ' ὑμῶν ἀγνοούμενος· καὶ τὴν μεθύουσαν καὶ παραπαίουσαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν σωφρονοῦσαν καὶ καθεστηκυῖαν ἔδειξεν.

87 Ἀλλὰ γὰρ οἶμαι ὑμᾶς ἐρεῖν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἀοράτους 52
τινας δυνάμεις φατε, οὓς καὶ Ἀγγέλους καὶ Ἀρχαγγέλους ὀνομάζετέ τε καὶ προσαγορεύετε, καὶ Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας καὶ Κυριότητας καὶ Θρόνους· καὶ ἄλλας 5
αὖ πάλιν κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν Χερουβεὶμ καὶ Σεραφεὶμ ἴστε προσαγορευομένας. Ἀνθ' ὅτου τοίνυν ἡμῖν νεμεσᾶτε, μετὰ τὸν ἀεὶ ὄντα καὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντα δευτέρους τινας θεοὺς, καὶ κομιδῇ γε
88 ἐκείνου ἀποδέοντας, νομίζουσί τε καὶ γεραίρουσιν; Ἐγὼ 10
δὲ ὁμολογῶ μὲν τὴν θείαν ἡμᾶς διδάξαι γραφὴν, εἶναι

49. τελευτήσαντα] τελευτήσαντας C. 50. πάλαι] πάλιν B. 51. ἐξήλασε καὶ πάμπαν ἀπώλεσε] ἠφάνισε καὶ πάμπαν ἐξήλασε B.Va.

52, 5. γλῶτταν] γλῶσσαν B. τῶν Ἑβ. γ. Sirm. 6. σεραφεὶμ] σεραφὶμ B.C. χερουβὶμ item C. 9. ἐκείνους] ἐκείνου B.C.

runt, ac eorum singulis congruentes epulas apponendas curarunt: tum et stata illis sacrificia peregerunt: defunctos autem sumptuosa sepulcri mole dignati sunt. Tantus olim error quicquid terrarum incolitur occupavit. Abunde vero hunc delevit errorem prorsusque de medio sustulit Deus ille quem Christiani adoramus; ebriosque homines ac dementes effectos ad frugalem vitam constitutamque traduxit.

Sedenim dicturos vos puto, Atqui etiam vos Christiani quasdam potestates esse conceditis, quæ oculis videri non possint. Has autem *Angelos* et *Archangelos*, *Principatus* præterea, *Potestates*, *Dominationes*, ac *Thronos* vocatis; aliasque insuper Hebraicis nominibus *Cherubim* ac *Seraphim* appellare didicistis. Cur itaque adversum nos tantopere indignamini, si post Deum illum qui semper est, quique eodem modo semper se habet, secundarios quosdam deos, sed eo tamen multo inferiores, et opinamur esse et veneratione prosequimur? Ad hæc autem quæ objicitis, ita paucis respondeo. Puto equidem nos

[δή] τινας ἀοράτους δυνάμεις, καὶ ὑμνούσας τον ποιητὴν, καὶ ὑπουργούσας αὐτοῦ τῷ θείῳ βουλήματι· οὐ μὴν θεοὺς τούτους ὀνομάζομεν, οὐδὲ θεῖον αὐτοῖς ἀπονέμομεν σέβας, οὐδὲ μερίζομεν εἰς τὸν [ὄντως] ὄντα θεὸν καὶ τούτους τὴν θείαν προσκύνησιν· ἀλλὰ τούτους τιμιωτέ-
89 ρους μὲν ἀνθρώπων, ὁμοδούλους δὲ εἶναι φαμέν. Καὶ οὐ διαιροῦμεν εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ τὴν [αὐτὴν] ἀσώματον φύσιν· ταύτης γὰρ δὴ τῆς διαιρέσεως ἐνδεὴς τῶν ὑπὸ τῷ θανάτῳ τελούντων ἡ φύσις. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξανδραποδίζει ταύτην ὁ θάνατος, ὁ γάμος διὰ τῆς παιδοποιΐας ἀντεισάγει τὸ δαπανώμενον· οἷον γάρ τινα ἐπισκευαστὴν ἀθανασίαν ὁ ποιητὴς τῷ θνητῷ ζώῳ τὴν παιδο-
90 ποιΐαν ἐμηχανήσατο. Ταύτῃ τοι ἀναγκαία τοῖς θνητὴν ἔχουσι φύσιν ἡ τοῦ θήλεος χρεία, τοῖς δέ γε ἀθανάτοις γεγενημένοις τὸ θῆλυ γένος παντάπασι περιττόν· οὔτε γὰρ αὔξης προσδέονται, μείωσιν οὐ δεχόμενοι· οὔτε μίξεως, σωμάτων γε ὄντες ἐλεύθεροι. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ

11. δὴ om. B.Va. 12. καὶ ὑμν.] καὶ om. C. 15. ὄντως om. B.C.V. In Vb. εἴς τε—εἰς τούτους. 16. τούτους] τούτοις C. 19. αὐτὴν om. B.C. 20. τῷ θανάτῳ] τῷ om. B. ἀνενδεὴς C.Vb. pro ἐνδ. 21. τελούντων] μὴ τελ. C.Vb. 28. αὐξήσεως] αὔξης B.Va. et sic infra v. 41.

olim sacris fuisse monumentis perdoctos, esse quasdam potestates quæ videri oculis nequeant, quæque hymnis laudent creatorem, ejusque divinæ voluntati deserviant. Neque vero has esse deos asserimus, neque divino cultu eas veneramur: neque adorationem, quæ Deo soli debetur, Deo et angelis ex æquo partimur: sed hos quidem pluris esse hominibus faciendos putamus, at conservos tamen opinamur. Neque incorpoream naturam in mares fœminasque distinguimus. Hac enim sexus discretione indiget eorum natura, qui subjecti mortis legibus vivunt. Quia enim mors hominum genus quasi in servitutem adducit, nuptiæ liberorum propagatione reponunt quod interitus ipse consumpsit. Mortale itaque animal instrumentum hoc habet ad immortalitatem tuendam sibi a creatore Deo tributum, quod gignere filios ex se potest. Eamque ob rem morituro quidem homini fœminæ usum necessarium esse cognoscimus: angelis vero, quos immortales Deus creavit, fœmineus ille sexus omnino superfuisset. Neque enim augeri propagarique indigent, qui decrescere comminuique non pos-

λόγῳ καὶ τούτων κἀκείνων ἡ ποίησις. Τοὺς μὲν γὰρ δὴ ἀνθρώπους οὐ παμπόλλους εὐθὺς ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἕνα ἄνδρα καὶ μίαν γυναῖκα διέπλασεν, καὶ διὰ τῆς τούτων κοινωνίας πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν τοῦδε τοῦ γένους ἐνέπλησεν· τῶν ἀσωμάτων δὲ τὴν φύσιν οὐ κατὰ δύο πεποίηκεν, ἀλλ' ἀθρόαν ἐδημιούργησεν. Ὅσας γάρ τοι εἶναι αὐτῶν ἐδοκίμασε μυριάδας, ἐξ ἀρχῆς τοσαύτας 91 παρήγαγε. Διά τοι τοῦτο περιττὴ τοῦ θήλεος ἐκείνοις ἡ χρῆσις, ὡς μὲν ἀθανάτοις, αὔξης οὐ δεομένοις· ὡς ἀσωμάτοις δὲ, μίξιν οὐ δεχομένοις. Τῷ τοι καὶ ἁγίους αὐτοὺς ὀνομάζομεν, ὡς γήϊνον οὐδὲν ἔχοντας, ἀλλὰ τῶν περιγείων παθημάτων ἀπηλλαγμένους, ἔργον δὲ ἔχοντας τὴν ἐν οὐρανῷ χορείαν, καὶ τοῦ πεποιηκότος τὴν ὑμνῳδίαν· καὶ αὖ πάλιν τὰς ὑπουργίας ὡς κελευόμενοι διακονοῦσι τῷ θείῳ βουλήματι, τῆς τῶν ἀνθρώπων εἵνεκα σωτηρίας παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων στελλόμενοι. Τοῦτο γὰρ δήπου αὐτῶν πέρι καὶ ὁ θεῖος εἶπεν ἀπόστολος·

31. καὶ τούτων] καὶ om. B.Va. 39. ταύτας] τοσαύτας B.Va. Mox περιττὴ τούτοις C. omisso ἐκείνοις in v. seq. et sic ni fallor Vb. 41. ὡς ἀσωμάτοις—δεχομένοις om. C.

sunt. Neque item commisceri opus habent, qui corporum sunt exsortes. Comprobat autem vera esse quæ dicimus u riusque speciei creatio. Neque enim Deus ab initio multos numero homines luto effinxit, sed virum unum dumtaxat, unamque mulierem : duorumque commixtio totam continentem marisque omnis insulas genere humano complevit. Naturam autem eorum spirituum qui videri non possunt, nequaquam ex duobus constituit, sed universam simul semelque creavit. Quot enim millia eorum spirituum ab initio esse sanxit, tot repente simul produxit. Ut superfluus continuo illis futurus fuerit fœminarum usus, qui, ut immortales, propagatione non indigent, utque incorporei commixtionem non patiuntur. Idcircoque *hagios* eos nuncupamus, tamquam nihil terreni insitum habentes, sed cunctarum infirmitatum exsortes quæ circa terram gignuntur : unum vero dumtaxat munus sortitos, ut in cælesti choro factorem suum hymnis concelebrent : tum ut ministeria obeant, in quibus imperio divinæ voluntatis obediunt, ab universorum Deo ad humani generis salutem gubernationemque summissi. Hoc enim de ipsis divinus testatur apostolus, quo

Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν 53
ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;
92 Τὴν ἐκείνων [τοίνυν] μιμούμενοι πολιτείαν, ὅσοι τῶν
ἀνθρώπων τὴν τοῦ θεοῦ θεραπείαν ἠσπάσαντο, ἔφυγον
μὲν τῶν σωμάτων καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν, ὡς τῶν
θείων ἀφέλκουσαν, κατέλιπον δὲ καὶ [τὴν] πατρίδα καὶ
γένος, ἵνα πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μεταθῶσι τὴν μέριμναν,
καὶ μηδεὶς τὸν νοῦν ἐπέχῃ δεσμὸς εἰς [τὸν] οὐρανὸν
ἀναπτῆναι, καὶ τὸ ἀόρατον καὶ ἄρρητον τοῦ θεοῦ κατο-
πτεῦσαι γλιχόμενοι κάλλος ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς κατε-
93 φρόνησαν. Τούτων πλήρεις καὶ πόλεις, καὶ κῶμαι, καὶ
τῶν ὀρῶν ἀκρωνυχίαι καὶ φάραγγες. Καὶ οἱ μὲν κατὰ
ξυμμορίας οἰκοῦντες δημιουργοῦσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς τὰ
τῆς φιλοσοφίας ἀγάλματα· οἱ δὲ κατὰ δύο καὶ τρεῖς
διάγοντες· οἱ δὲ, καὶ μόνοι καθειργμένοι, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ
τῷ κάλλει τῶν ὁρωμένων ἐπιτέρπεσθαι διακωλύοντες,
σχολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐπεντρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν

53, 3. τοίνυν om. B. 5. μὲν τῶν] μὲν τὴν τῶν Vb. 6. τὴν om. B. 7. τὴν om. C. 9. ἐπέχῃ] ἐπίσχῃ C.Vb. 10. τὸν om. B.C. 12. κάλλος. τούτων] κάλλος, ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς κατεφρόνησαν. τούτων C. 13. ἀκρωνυχίαι] ἀκρονυχίαι B. 17. τῷ κάλλει] τὸ κάλλος C. τὸ κάλλος Vb.

loco inquit: *Nonne omnes sunt ministratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui salutis heredes futuri sunt?* Horum profecto vitam imitati sunt, quicumque hominum Dei servitium adamarunt. Fugerunt enim quantumvis legitimam corporum commixtionem, utpote quæ animum a divinis rebus abducit. Patriam insuper ac necessarios reliquerunt, ut omnem curam ad divina transferrent, nulloque vinculo impedirentur quo minus animo ac mente subvolarent in cælum. Ita dum invisibilem ineffabilemque Dei pulchritudinem intueri desiderant, omnia quæ sunt in terris facile contempserunt. Horum jam plenæ civitates, plenæ sunt villæ, pleni montium vertices, pleni saltus atque convalles. Atque alii quidem cœnobia incolentes, cudunt in suis pectoribus philosophiæ pietatisque simulacra. Alii vero bini ternive una viventes; alii seorsum occlusi, oculisque prohibentes visibilium rerum pulchritudine oblectari, præbent animo facultatem fruendi rerum earum speculatione quæ intellectu solo percipiuntur. Quod si tam cœnobitæ quam etiam solitarii, quamquam adhuc corporeis vin-

94 νοητῶν. Εἰ δὲ οἱ σώμασι συνεζευγμένοι, καὶ ὑπὸ πολ- 20
λῶν καὶ παντοδαπῶν ἐνοχλούμενοι παθημάτων, ἀσώμα-
τον καὶ ὑψηλὴν καὶ οὐρανίοις πρέπουσαν ἀσπάζονται
βιοτὴν, τίς ἂν ἐκφράσαι λόγος τῶν ἀσωμάτων φύσεων
τὴν ἀπαθῆ πολιτείαν καὶ φροντίδων ἀπηλλαγμένην ; 25
95 Ταύτην ἔχειν ἡμᾶς τὴν δόξαν περὶ τῶν ἀοράτων μὲν,
γεννητῶν δὲ φύσεων, τὰ θεῖα ἐξεπαίδευσε λόγια· ὑμεῖς
δὲ τοσαύτην αὐτῶν ἀκολασίαν τε καὶ ἀκρασίαν κατηγο-
ρεῖτε, καὶ παντοδαπὴν αἰσχρουργίαν, καὶ μέντοι καὶ ἔριν 30
καὶ πολέμους καὶ τυραννίδα, ὡς μηδὲ τοῖς πονηροτάτοις
τῶν ἀνθρώπων ἁρμόττειν τὰ ἐκείνων πέρι μυθολογού-
96 μενα. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἱ ἄγαν παμπόνηροι πάντα ἔχουσιν
ὅσα τοῦ πατρὸς τῶν θεῶν, καὶ πάντων ὑπάτου τε καὶ
μεγίστου, κατηγορεῖτε. Οἱ μὲν γὰρ τῇ περὶ τοὺς νέους 35
ἀκολασίᾳ δουλεύσαντες ἀλλοτρίους οὐ διώρυξαν γάμους,
οἱ δὲ τῷδε τῷ πάθει περιπεσόντες τῶν οἰκειοτάτων ἐφεί-
σαντο. Εἰ δέ τις καὶ ἀδελφῆς ἔρωτι περιέπεσεν, ἀλλ' οὐ
κατὰ μητρός γε ἐλύττησεν, οὐδ' ἐπεμάνη τῇ θυγατρὶ, 40

20. σώμασι] σώματι B. 23. βιοτὴν] βιωτὴν B. 26. γεννητῶν] γενητῶν B. 27. λόγια] δόγματα B.Va. 32. οὐδὲ γὰρ] οὐδὲ γὰρ οὐδ' B. ubi mox πάντα suprasc. 34. θεῶν καὶ πάντων] τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων τοῦ C. τε θεῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων Vb. 37. τῷδε τῷ] τῇ δὲ τῇ B. 39. κατὰ] κατὰ τῆς B.

culis sint annexi, multisque ac variis affectionibus perturbentur, incorpoream quasi vitam, excelsam illam quidem congruentemque cælitibus, amplexantur; quænam satis oratio cælitum vitam, qui corporis sunt immunes, conversationemque enarrabit ab omni prorsus perturbatione semotam, curisque omnibus expeditam ?

Hæc nos igitur sacræ litteræ docuerunt, quæ de natura illa sentiamus, quæ genita quidem est, sed oculorum obtutu cerni non potest. At vos tantam cælitum lasciviam atque incontinentiam prædicatis, tantam omnis generis turpitudinem, tantas contentiones, tot bella, tot tyrannides eis tribuitis, ut ne pessimis quidem hominibus ea conveniant quæ in vestris fabulis de illis conficta sunt. Neque enim scelestissimi homines tot numero flagitiis inquinantur, quot vos de maximo deorum patre, deque altissimo prædicatis. Permulti enim pueris adamandis fœdæ libidini servierunt, alienas tamen nuptias minime attentarunt. Si qui vero in adulteria inciderunt, necessariis tamen ac consanguineis fœminis

ἀλλ' ἠδέσθη τὴν φύσιν, καὶ τὴν τῶν ἀλόγων οὐκ ἐζήλωσεν ἄνοιαν. Πέρσαι δὲ μόνοι τὰ τοιαῦτα δρῶσι, νόμῳ τινὶ παλαιῷ μυσαρωτάτῳ πειθόμενοι, καὶ παρανομεῖν οὐχ ἡγούμενοι. Οὗτος δὲ, ὃν θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν πατέρα ὠνόμασεν Ὅμηρος, τὴν μὲν Ἥραν, ἀδελφὴν οὖσαν, ὁμόζυγον ἐποιήσατο· τῇ δὲ Ῥέᾳ, ἣν καὶ Δηὼ καὶ Δήμητρα ὀνομάζουσι, [καίτοι] μητρί γε οὔσῃ, μανικῶς ἐπεμίγη· καὶ τὴν Φερέφατταν ἐξ αὐτῆς παιδοποιησάμενος σύνευνον ἔσχε, καὶ γαμέτης ἐγένετο τῆς παιδός. Τὰ δὲ Γανυμήδους πέρι καὶ Λήδας καὶ Δανάης καὶ Σεμέλης καὶ Ἀλκμήνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν παμπόλλων μυθολογούμενα καὶ λέγειν αἰσχύνομαι· καὶ περιττὸν οἶμαι ποιεῖν, πρὸς εἰδότας τούσδε τοὺς μύθους διεξιὼν, καὶ τὴν ποιητικὴν δυσοσμίαν ἀνακινῶν· ὧν τὴν μυθολογίαν αἰσχυνόμενοι μὲν ἀποκαλεῖτε ψευδῆ, πάλιν δ' αὖ ὡς ἀληθῆ θεολογίαν ἀσπάζεσθε. Παράθετε τοιγαροῦν τὰ παρ' ὑμῶν περὶ τῶν ἀσωμάτων μὲν γεννητῶν δὲ

41. ἄνοιαν] ἄγνοιαν B. 44. οὗτος] οὑτοσὶ B.Va. 46. τῇ δὲ Ῥέᾳ] τὴν δὲ ῥέαν C.Va. 47. δήμητρα] δήμητραν B.Va.b. 48. καίτοι om. B.Va. 49. φερεφάτταν B.Va.

54, 9. γεννητῶν] γενητῶν B.

pepercerunt. Quod si quis inventus est qui sororiis amoribus captus fuerit, at in matrem debacchatus non est, neque in filiam insanivit: sed humanæ naturæ ac dignitatis eam rationem habuit quam debebat, neque induit brutorum animalium fatuitatem. Persas tamen semper excipio. Soli namque hi vetusta quadam lege spurcissimaque adducti, nullo habito delectu, beluarum modo se gerunt, neque se quicquam delinquere arbitrantur. Iste vero quem Homerus hominum patrem deorumque appellavit, Junonem quidem germanam sororem sibi uxorem fecit. Ipsi etiam Rheæ, quam et Deonam et Demetram (id est Cererem) vocant, quamquam ea sibi mater esset, actus furore libidinis, admixtus est: Phersephattamque (id est Proserpinam) ex eo genitam stupro, uxorem duxit, factus filiæ suæ vir. Quæ vero de Ganymedis raptu, de Leda, de Danae, deque Semele et Alcmena, multisque aliis concubinis, in poëtarum fabulis lectitantur, explicare me pudet. Puto enim rem superfluam me facturum, si apud fabularum peritissimos hæc percurram, poëticumque fœtorem commovendo exsuscitem. Vos autem viri Græci appello, qui pudore fabularum

φύσεων μυθολογούμενα τοῖς παρ' ἡμῶν περὶ τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων λεγομένοις, καὶ ἀθρήσατε τὸ διάφορον· καὶ λογισμῷ γε σώφρονι διακρίνατε πότερα τούτοιν ταῖς ἀοράτοις οὐσίαις ἁρμοδιώτερα. Εὑρήσετε γὰρ, ὀρθῇ γε ψήφῳ διαγινώσκειν ἐθέλοντες, οὐχ ἁγίοις ἀγγέλοις, ἀλλὰ δαίμοσι πρόσφορα παμπονήροις [τάδε] τὰ [περὶ τῶν καλουμένων θεῶν] παρ' ὑμῶν θρησκευόμενα.

100 Ἐπειδὴ δὲ καὶ δαιμόνων ἐμνήσθην, προύργου οἶμαι καὶ περὶ τούτων ἅ γε δοξάζομεν ἐπιδεῖξαι. Τούτους γὰρ καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα, ὃν Σατανᾶν τὰ θεῖα προσαγορεύει λόγια· (δηλοῖ δὲ τοὔνομα τὸν ἀποστάτην κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνήν· καλεῖ δὲ αὐτὸν [ἡ θεία γραφὴ] καὶ διάβολον, ὡς τὸν Θεὸν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις συκοφαντοῦντα, καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ἀνθρώποις ἔριν πρὸς ἀλ-
101 λήλους καὶ διαμάχην ἐμβάλλοντα·) τούτους ἡμεῖς οὐ πονηροὺς ἐξ ἀρχῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δημιουργη-

12. ἀθρήσετε] ἀθρήσατε B. qui mox λογισμῷ γε pro λ. δέ. Hoc item C. 16. τάδε om. B.C. Item B.Va. om. περὶ τῶν καλουμένων θεῶν. 20. ἡμεῖς γὰρ τούτους καὶ τὸν τούτων γε ἄρχοντα ὃν Σατανᾶν] τούτους γὰρ καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἢ θν̄ σατανᾶν B.Va. τούτους τὰ θεῖα λόγια δαίμονας τὸν δὲ τούτων ἄρχοντα σατανᾶν ὀνομάζουσι C.Vb. 23. καλεῖ] καλεῖν B. qui om. mox ἡ θεία γραφή. 27. θεοῦ] δημιουργοῦ Vb.

suffusi, eas quidem falsissimas esse dicitis, et tamen ut veram theologiam solidamque sectamini. Conferte igitur, quæso, quæ ipsi de incorporea quidem natura, sed tamen creata, fabulose confingitis, quæque a nobis de supernis potestatibus referuntur. Ita enim quid intersit facile cognoscetis. Recta inquam ratione discernite, vestrane, an nostratia, invisibilibus substantiis magis conveniant. Etenim si recto calculo dignoscere veritatem velitis, istos adorationis vestræ ritus, non sanctis quidem angelis, sed pessimis dæmonibus congruere invenietis.

Quoniam vero in dæmonum mentionem incidisse me video, commodum puto quæ de iis nostrorum hominum sit sententia hoc maxime nunc loco vobis referre. Hos enim suo cum principe, quem sacræ litteræ, modo Hebraico vocabulo *Satanam*, id est apostatam, vocant, modo *Diabolum;* quippe qui Deum Patrem apud homines criminando traducat, interque ipsos homines alternas lites controversiasque injiciat: hos inquam ab initio nequaquam malos fuisse a Deo creatos perhibemus, neque qua nunc præditi sunt sortitos naturam

θῆναι φαμὲν, οὐδὲ τοιάνδε φύσιν λαχεῖν, ἀλλὰ τῇ παρατροπῇ τῆς γνώμης ἀπὸ τῶν ἀμεινόνων εἰς τὰ χείρω μεταπεσεῖν· καὶ τοῖς παρὰ τοῦ πεποιηκότος παρασχεθεῖσιν οὐκ ἀρκεσθέντας, ἀλλ' ὀρεχθέντας μειζόνων, εἰσδέξασθαι μὲν τοῦ τύφου τὸ πάθος, ἐκπεσεῖν δὲ, καὶ τῆς ἀρχῆθεν δοθείσης γυμνωθῆναι τιμῆς· εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων, λυττῆσαι, καὶ τὸν κατ' αὐτῶν ἀναδέξασθαι πόλεμον· τὸν δὲ ποιητὴν, τῇ μὲν τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φρουρῆσαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος [ὁ] ἀοράτως ἐπιὼν, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ· τὴν δὲ ἀγωνιστικὴν οὐκ ἔτι κωλῦσαι διαμάχην, ἵνα δείξῃ τοὺς ἀρίστους ἡ πάλη, καὶ γένωνται ἀνδραγαθίας ἀρχέ-
102 τυπα. Οὗ δὴ εἵνεκα τὴν βιαίαν ἐκείνου προσβολὴν διακωλύσας τῇ τῶν ἀγγέλων φρουρᾷ τὴν τῶν λογισμῶν ξυνεχώρησεν ἀγωνίαν, ὅπως τοὺς ἀξιονίκους ἀποφήνῃ τῶν στεφάνων ἀξίους· οὐκ αὐτὸς μὲν ἐκεῖνον εἰς ἀντιπάλου τάξιν ἀποκληρώσας, εἰς δέον δέ γε τῇ ἐκείνου

33. τοῦ τύφου τὸ πάθος] τὸ πάθος τοῦ τύφου C. 36. κατ' αὐτῶν] κατὰ τοῦτον B. κατὰ τούτων Va. 39. ὁ om. B. 40. διαφθείρῃ] διαφθείρει C. 48. χρώμενος] χρησάμενος Vb.

fuisse, sed vitio voluntatis a melioribus ad pejora præcipites corruisse. Cum enim datis sibi muneribus contenti non essent, sed altiora quoque appeterent, contraxisse labem superbiæ illos dicimus; ita ut ea quoque dignitate cassi prorsus exciderint, qua honestati ab initio fuerant. Subinde autem, rabie quadam contra humanum genus incitatos, quod ad imaginem Dei factum videbant, atrox bellum adversus hominem suscepisse. Deum vero, qui hominem procreavit, credimus angelis præsidentibus custodisse humanum genus, ne qua vel violentia vel tyrannide adversarius noster hominem superirruens, quem invidia succensus oderat, nulla habita ratione disperderet: neque tamen sustulisse cœptum semel inter homines dæmonasque certamen; ut ea scilicet colluctatio pugiles fortissimos proderet, eaque occasione plurima virtutis ederentur exempla. Hujus itaque rei causa, tametsi violentos adversarii contra nos impetus per angelorum custodiam repressisset, illi tamen concessit ut hominis rationes atque discursus tentationum pugna vexaret: ut videlicet eos corona dignos ostenderet, qui fortiter restitissent. Neque enim diabolum contra humanum genus

πονηρίᾳ χρησάμενος, καθάπερ οἱ ἰατροὶ ταῖς ἐχίδναις εἰς
103 νοσημάτων ἀπαλλαγήν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς τῆς ἐναν- 50
τίας πέρι δοξάζειν δυνάμεως ἐδιδάχθημεν· ὁ δέ γε Πλά- 55
των ὁποῖα καὶ περὶ τῶνδε πεφρόνηκεν, ῥᾷστα γνοίη τις
ἂν ἐντυχὼν οἷς ἐκεῖνος ἔγραψεν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νό-
μων. Λέγει δὲ οὕτως· Ψυχὴν δὲ διοικοῦσαν [καὶ ἐνοικοῦ-
σαν] πᾶσι τοῖς πανταχῇ κινουμένοις λέγοντός σου, καὶ τὸν 5
οὐρανὸν διοικεῖν ἀνάγκη φάναι. Τί μήν; Μίαν ἢ πλείους;
Ἐγὼ ὑπὲρ σφῶν ἀποκρινοῦμαι. Δυοῖν μὲν οὖν γέ που ἐλάττω
μὴ τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης
104 ἐξεργάσασθαι. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος γέγραφεν· ὅσης 10
δὲ ταῦτα ἀτοπίας μεστὰ, αὐτίκα δὴ καταμαθεῖν εὐπετές.
Ψυχὴν γὰρ δὴ κέκληκε τὴν τὰ ὁρώμενα πάντα καὶ μέν-
τοι καὶ τὰ ἀόρατα ἰθύνουσαν δύναμιν. Ταύτην δὲ οὐ
μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκονομεῖν ἔφησεν.
Εἶτα ἐρόμενος, εἰ μίαν ἢ πλείους χρὴ λέγειν, ἀπεκρίνατο, 15

55, 1. πεφρόνηκεν] πεφρόντικεν C.Vb. 5. λέγοντός σου] λέγοντας· οὖ B. qui mox ἀνάγκη διοικεῖν. λέγοντας οὐ C. 8. μὴ suprasc. B. 9. ἐργάσασθαι] ἐξεργάσασθαι B.C.V. 10. ὅσης—αὐτίκα B. in marg. ubi ἢ δεῖ εὐθὺς post μεστά. ὅσης δὲ τ. ἀ. C. quæ vulg. om.

armavit ipse atque instruxit, sed ad humanam utilitatem diaboli malitia usus fuit: sicut et medicos solere aiunt, qui ad morborum curationem viperis nonnumquam serpentibusque utuntur. Hæc inquam nos sacræ litteræ docuerunt, quæ de adversis humano generi potestatibus sentiamus. Quæ autem Plato de eis senserit pronum erit illi perdiscere, qui in eorum lectionem inciderit quæ is in decimo Legum suarum libro ita conscripsit [p. 896 D.]: *Cum animam dicas omnia gubernare, omnibusque insitam esse quæ ubicumque moventur, utique fatearis oportet cælum quoque ipsum ac terram anima gubernari. Quid ergo? unamne, an plures animas statuemus? Ego pro vobis respondebo. Pauciores duabus animis ne statuamus: alteram videlicet, quæ bona conferat; alteram, quæ res adversas possit efficere.* Plato igitur hæc conscripsit. Quantis vero ineptiis ea referta sint, continuo intueri licet. Vocavit enim animam vim quandam et potestatem quæ moderetur omnia et gubernet, tam quæ videri possunt, quam quæ videri non possunt. Hac autem, non modo ipsam terram, sed cælum quoque gubernari asseruit. Tum interrogatus, unamne an plures animas ponendum esset, respondit, pauciores duabus poni non oportere; harumque alteram appellavit bonorum, alteram malorum effectricem. Utrique au-

ὡς οὐ δεῖ λέγειν τῶν δύο ἐλάττους· καὶ τὴν μὲν ἐκάλεσεν εὐεργέτιν, τὴν δὲ, τῶν ἐναντίων ἐργάτιν· καὶ τὴν ἴσην καὶ τῇ ἀγαθῇ καὶ τῇ πονηρᾷ προσεκλήρωσε δύναμιν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκονομεῖν ἔφησε τὴν τῆς
105 κακίας δημιουργόν. Ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν πανάγιον Πνεῦμα, 20
ὃν καὶ Παράκλητον οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι, ἰθύνειν καὶ κυβερνᾶν καὶ ἁγιάζειν οὐ μόνον ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ τὰς ἄλλας τῶν ἐπουρανίων ξυμμορίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς εὐσεβεῖν προαιρουμένους, 25
καὶ τὰ θεῖα περὶ πολλοῦ ποιουμένους, φαμέν· τοὺς δέ γε Δαίμονας, καὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, οὐ μόνον τῶν οὐρανίων ἀψίδων ἐξεληλᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς ὀρρῳδεῖν καὶ δεδιέναι καὶ φεύγειν, μόνους δὲ 30
ἔχειν ὑποχειρίους τοὺς αὐτομόλους καὶ αὐθαιρέτως τὴν ἐκ-
106 είνου φιλίαν ἀσπαζομένους. Ἐν μόνοις γὰρ τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας ἐνεργεῖν αὐτὸν ὁ θεῖος ἀπόστολος εἴρηκεν. Περὶ τούτου πάλιν ὁ Πλάτων καὶ ταῦτα εἴρηκεν ἐν τῷ Φαίδρῳ· Ἔστι μὲν [οὖν] καὶ ἄλλα κακά· ἀλλά τις δαίμων 35

17. ἴσην] ἶσιν B.Va. 27. τούτων] αὐτῶν B.Va. 30. αὐτομόλους] αὐτομόλως C.Va. αὐτομάτως ni fallor conj. Ursin. 31. δουλείαν] φιλίαν B.Va. 33. εἴρηκεν ὁ ἀπόστολος] ὁ θεῖος ἀπόστολος εἴρηκε B.Va.

tem, parem vim, æqualemque facultatem tributam ait. Fit ergo ut et cælum ab ea gubernari statuat anima quæ perniciem rebus invehat. Quanto nos igitur melius, qui a sancto Spiritu, quem *Consolatorem* litteræ sacræ appellant, regi sanctificarique non angelos solum atque archangelos aliosque supercælestes ordines affirmamus, sed ex hominibus quoque ipsis quicumque pietatem colere magnique res divinas facere cooptarint. At vero dæmonas dæmonumque antistitem non modo a cæli vertice deturbatum fuisse credimus, sed nunc quoque conspicimus horrore percitum formidare ac fugere virtutis Christianæque religionis athletas; solos autem sibi eos subigere, qui, divinæ transfugæ veritatis, ultro se in illius amicitiam dederint. In solis enim inobedientiæ filiis operari illum divinus ait apostolus. De hoc rursus Plato sic in Phædro scriptum reliquit [p. 240 A.]: *Sunt igitur et alia mala; sed dæmon quidam plurimis ipsorum præsentem voluptatem admiscuit. Hac ille tamquam illecebra quadam utitur, perniciosumque hamum obducens, alios quidem fallit perditque hominum: quidam vero, valentiore animo præditi, laqueos prævident, eosque transiliunt.* Ita-

ἀνέμιξε τοῖς πλείστοις ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονήν. Ταύτῃ γάρ τοι οἷον δελέατι κεχρημένος, καὶ τὸ ἄγκιστρον τὸ ὀλέθριον κατακρύπτων, τοὺς μὲν εὐεξαπατήτους ἀποβουκολεῖ καὶ διόλλυσι τῶν ἀνθρώπων, οἱ δέ γε τὸν νοῦν ἐρρωμένοι προ- 40
107 ορῶσι τὰς πάγας, καὶ ταύτας ὑπερπηδῶσιν. Ἀτὰρ οὖν καὶ τὰς περὶ τούτων δόξας ἐκ παραλλήλου θέντες, ἀθρήσατε πότερα τούτων ἁρμοδιώτερα Θεῷ· τὸ τὸν ἀγαθὸν πονηρᾶς φύσεως φάναι δημιουργὸν, καὶ τούτῳ μὴ μόνον 45
τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν ἐγχειρίσαι, καὶ ἐπιτρέψαι οἱ κυβερνᾶν ᾗ βούλεται· ἢ τοὐναντίον εἰπεῖν, ὡς ἀναίτιος μὲν κακῶν παντάπασιν ὁ Θεὸς, αἱρέσει δὲ γνώμης οἱ δαίμονες γεγένηνται πονηροὶ, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν ἀν- 50
108 θρώπων οἱ πλεῖστοι. Ἀλλὰ γὰρ οἶμαι καὶ ὑμᾶς ξυνομολογήσειν ὡς ταῦτα ἐκείνων ἀμείνω τὰ δόγματα. Εἰ 56
δὲ καὶ αὐτοῖς γε τοῖς θείοις λόγοις ἐντύχοιτε, καὶ τὸν ἐκείνων σκοπὸν ἀκριβῶς καταμάθοιτε, σαφέστερον εἴσεσθε, πόσῳ τὰ θεόπνευστα λόγια τῶν ἀνθρωπίνων διενήνοχε λογισμῶν· καὶ ὁποῖα μὲν τὰ τοῦ θείου Πνεύ- 5
ματος δόγματα, ὁποῖα δὲ τὰ τῶν πονηρῶν δαιμόνων παιδεύματα.

36. τῷ om. B. 37. ταύτη τοιγάρτοι οἷον δελεάματι Va. 41. ἀτὰρ —θέντες B. in marg. a p. m. 45. καὶ τούτῳ] καὶ τῇ τοῦτο B. 47. ὡς βούλεται] ᾗ βούληται B. ᾗ βούλεται C. 48. ἀναίτιον] ἀναίτιος B.C.V. Tum κακῶν παντάπασι Vb. πᾶσι κακῶν Va.

56, 1. ἐντύχοιτε] ἐντύχητε C.

que tum de rebus aliis, tum et de angelis ac dæmonibus sententias invicem comparantes, videte, quæso, utri magis convenientia Deo senserint, iine videlicet qui bonum Deum malæ naturæ auctorem fuisse aiunt, huicque non modo terram, sed ipsum etiam cælum sua pro libidine moderandum tradidisse affirmant; an, qui contraria sentientes, nullis aiunt rebus Deum mali cujusquam fuisse causam; sed voluntario delectu dæmonas ad malitiam declinasse, sicuti et plerique hominum mali fiunt. Puto autem vos quoque jam confessuros nostra hæc dogmata multo illis esse potiora. Quod si in sacras litteras incidatis, finemque illarum diligentius doceamini, planius jam scietis quid divinitus inspirati sermones ab humanis rationibus differant, qualiaque sint Spiritus sancti dogmata, qualia sint rursus et malorum dæmonum documenta.

## ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ. δ'.

ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΝ τὸν Δαμασίππου τὸν Ἀβδηρίτην φασὶ παραπλησίαν εἶναι τῇ φύσει λέγειν τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν· μεταμορφοῦν γὰρ δὴ ταύτην καὶ μεταρυθμίζειν πρὸς τὸ βέλτιον τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνανεοῦσθαι χαρακτῆρας, οὓς ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις ἐνέθηκε. 2 Καὶ ἔγωγε μάλα τόνδε τὸν λόγον εὖ ἔχειν ὑπείληφα. Καὶ γὰρ τὸν Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου φησὶν ὁ Πορφύριος, εἰς ἀκολασίαν ἡνίκα νέος ἦν ἀποκλίναντα, σπουδῇ καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι. Πολλὰ δέ που τοιαῦτα καὶ τὰ θεῖα ἡμᾶς ἐξεπαίδευσε λόγια. Καὶ γὰρ καὶ τελώνας ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος πλεονεκτικὸν βίον ἀσπασαμένους καὶ ἄδικον, καὶ χαμαιτύπην λαγνιστάτην, καὶ παρανομώτατον λῃστὴν, καὶ ἄλλους πολλοὺς πονηρίᾳ ξυνεζηκότας, εἰσηγήσεσι καὶ παραινέσεσιν ἐκ μὲν

13. δεῖ καὶ μεταρυθμίζειν] δὴ ταύτην καὶ μεταρρυθμίζειν B. δὴ item C. 14. ἀνανεοῦσθαι] ἀνανεοῦν Vb. Sirm. 15. ἔθηκε] ἐνέθηκε B.C. 17. τὸν Σωκράτην] τὸν om. B. 18. ὁ Πορφύριος] ὁ om. B. 22. τελώνας] τελῶνας B.Va. 24. [καὶ] ante λαγνιστάτην om. B.C.

### IV. SERMO. DE MATERIA ET MUNDO.

DEMOCRITUS Damasippi filius, Abderites, dixisse fertur, optimam doctrinam naturæ perquam similem esse. Hac enim transformari animam, atque in melius dirigi, notasque illas quas ab initio natura nobis inseruit, quasi vetustate abolitas renovari. Cujus viri sententiam ego quoque verissimam esse arbitror. Etenim Porphyrius, Socraten Sophronisci filium inquit agentem juventutis annos ad lasciviam propensum incontinentiamque fuisse; studio tamen ac disciplina typos ejusmodi abolesse, melioresque sibi philosophiæ notas impressisse. Multa vero in hanc ferme sententiam sacræ nos litteræ docuerunt. Publicanos enim Servator noster, genus hominum avaritiæ injustitiæque addictum; lascivissimam præterea meretricem, grassatoremque iniquissimum, multosque alios qui in malitia et peccato vitam consumpserant, sanctis concionibus atque hortamentis eruit de malitiæ suæ barathro, perfec-

τοῦ βαράθρου τῆς κακίας ἀνέσπασεν, ἀρετῆς δὲ τελεω-
3 τάτης ἀπέφηνεν ἐργάτας. Καὶ τί λέγω τρεῖς ἢ τέτταρας,
ἢ δέκα ἢ πεντεκαίδεκα; Πᾶσαν γάρ που τὴν οἰκουμένην
οὕτω διακειμένην δι' ἐκείνων γε τῶν ὀλίγων, οὓς αὐτὸς
μετερρύθμισεν, ἀθρόως μετέβαλε, καὶ τὴν πάλαι τοῖς
ἐξεστηκόσι καὶ παραπαίουσιν ἐοικυῖαν, σωφρονοῦσαν
ἀπέφηνε. Τοῦτο σαφῶς εἰδότες ἡμεῖς τὴν σωτήριον
ὑμῖν διδασκαλίαν προσφέρομεν· καὶ διαμαχομένους
ὁρῶντες καὶ ἀντιλέγοντας καὶ τὴν θεραπείαν ἀπωθου-
μένους οὐκ ἀπαυδῶμεν, ἀλλὰ τῇ σπογγιᾷ τοῦ λόγου
4 καταιονῶμεν τῆς ἀπιστίας τὸ πάθος. Τρὶς δὲ ἤδη τοῦτο
δεδράκαμεν, καὶ ὅπως ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον τὸ τῆς
πίστεως ἀπεδείξαμεν φάρμακον· τίνα τε χρὴ δοξάζειν
τῆς οὐσίας πέρι τῆς θείας, καὶ ὁποῖα προσήκει φρονεῖν
περὶ τῶν ἀοράτων μὲν γεννητῶν δὲ φύσεων, ἐπεδείξαμεν·
καὶ τὸ τῆς ποιητικῆς μυθολογίας ἀπογυμνώσαντες αἶσ-
χος, καὶ τὴν τερατώδη τῶν φιλοσόφων ἀλληγορίαν

27. *βαράθρου*] *βάθρου* B. 28. *ἐργαστάς*] *ἐργάτας* B. *ἐραστάς* Vb. Sirm. 30. *οὕτω διακειμένην* om. B. 32. *μετερρύθμισεν*] *μετερρύθμησεν* B. 38. *σπογγιᾷ — καταιονῶμεν*] *σπογγία — καταιων.* B. 39. *τρὶς*] *τρεῖς* C. 40. *ἐπεδείξαμεν*] *ἀπεδείξαμεν* B. 41. *τίνα δὲ*] *τίνα τε* B.C. 43. *ἀοράτων*] *παρόντων* Vb. ib. *ἐδείξαμεν*] *ἐπεδείξαμεν* B.

tissimæque virtutis operarios reddidit. Quid tres autem, vel quatuor, vel decem, vel quindecim dico homines? Quicquid enim terrarum incolitur, corruptissimum flagitiis nactus, paucorum sermone quos ipse ad hoc muneris instituerat, protinus immutavit; quique olim homines extra se positis ac dementibus perquam similes erant, frugi ac temperatos effecit. Harum itaque rerum apprime conscii, saluberrimam doctrinam vobis afferimus. Neque a curandis vobis labore ullo abducimur, tametsi pugnantes invicem disceptantesque videamus, nostramque curationem longius repellentes. Immo autem vestræ impietatis morbum spongia nostræ orationis aspergimus, jamque huic incepto tertiam nos operam contulisse gaudemus. Quam sit enim utilis quamque necessaria fidei medicina, ostendimus: quid præterea de divina substantia sentiendum; quid de naturis quæ quidem creatæ sunt, sed tamen videri non possunt. Tum et poëticæ fabulationis obscenitatem deteximus, refutatis portentosis philosophorum allegoriis. Quia

ἐλέγξαντες. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς ὁρατῆς πέρι κτίσεως οὔτε ἀληθῆ οὔτε μὴν ξυνῳδά γε ἀλλήλοις ἐδόξασαν, ἀλλ' εἰς πολλὰς καθάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ διεκρίθησαν μοίρας, ἀλλήλοις ὡς πολεμίοις ἀνέδην κεχρημένοι, προύργου οἶμαι καὶ τὰς τούτων ἐν μέσῳ προθεῖναι δόξας, καὶ τῆς θείας γραφῆς παραθεῖναι τὰ δόγματα, καὶ δεῖξαί γε ἄντικρυς, ὡς λογισμοὶ ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν, ᾗ σοφός τις ἡμέτερος εἴρηκεν.

Ξενοφάνης μὲν οὖν ὁ Ὀρθομένους ὁ Κολοφώνιος, ὁ τῆς Ἐλεατικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, ἓν εἶναι τὸ πᾶν ἔφησε, σφαιροειδὲς καὶ πεπερασμένον, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἀΐδιον καὶ πάμπαν ἀκίνητον· πάλιν δὲ αὖ τῶνδε τῶν λόγων ἐπιλαθόμενος, ἐκ τῆς γῆς φῦναι ἅπαντα εἴρηκεν. Αὐτοῦ γὰρ δὴ τόδε τὸ ἔπος ἐστίν·

Ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

Ἀξύμφωνοι δὲ ἄντικρυς οἵδε οἱ λόγοι. Εἰ γὰρ ἀΐδιος ὁ

50. ἀνέδην κεχρημένοι] κατεπεμβαίνοντες C. Vb. Sirm. 53. δεῖξαι δὲ] δεῖξαί γε B.C.

57, 1. δειλοὶ] δειλοῖ B. 2. ᾗ] ἣ B. 3. Ὀρθομένους] Ὀρθωμένους C. Post εἴρηκεν addit Va. αὐτοῦ γὰρ τόδε τὸ ἔπος ἐστιν, ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα. Vid. infra v. 9. 6. καὶ] δὲ καὶ B. qui mox γενητόν. 7. πάμπαν ante ἀΐδιον Va. 8. αὐτῶν τῶν] αὖ τῶνδε τῶν B.Va. τούτων τῶν Sirm. 9. τόδε τὸ] τὸ om. B.

vero et de creatura quæ cerni oculis potest, neque vera, neque inter se concordia philosophi opinati sunt, sed, veluti per umbram noctis depugnarint, in multas dissecti partes abierunt, mutuisque dissensionibus sese tamquam acerrimis inimicis usi sunt; haud ab re facturum me puto, si et horum sententias in medium afferam, sanctæque scripturæ dogmata ex adverso in comparationem adducam; ex quo palam sit omnibus, *quam miseri sint hominum discursus, quamque cogitationes illorum vanæ sint:* quod et quidam nostrorum sapientum pulchre testatur.

Xenophanes igitur Orthomenis, Colophonius, qui Eleaticæ sectæ princeps fuit, omne hoc quod oculis intuemur unum esse inquit, orbiculari forma, finitum, nequaquam genitum, sed æternum prorsus atque immobile. Idem vero, proloquii hujus oblitus, e terra inquit cuncta enata esse. Xenophanis enim versus hic est: *Omnia de terra sunt hæc, in eamque feruntur.* Sunt autem hujusmodi sententiæ inter se valde discordes. Si enim mundus hic æter-

κόσμος, καὶ ἄναρχος· εἰ δέ γε ἄναρχος, καὶ ἀναίτιος· εἰ δὲ ἀναίτιος, οὐκ ἔχει δήπου μητέρα τὴν γῆν. Εἰ δὲ αἰτίαν ἔχει τὴν γῆν, οὐκ ἄρα ἀναίτιος· εἰ δὲ οὐκ ἀναίτιος, 7 οὐδὲ ἄναρχος· εἰ δὲ οὐκ ἄναρχος, οὐκ ἄρα ἀΐδιος. Καὶ Παρμενίδης δὲ ὁ Πύρρητος ὁ Ἐλεάτης, [ὁ] Ξενοφάνους ἑταῖρος γενόμενος, κατὰ μὲν τὸν πρῶτον λόγον ξύμφωνα τῷ διδασκάλῳ ξυγγέγραφεν· αὐτοῦ γὰρ δὴ τόδε τὸ ἔπος εἶναι φασί·

Οὖλον μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον.

Αἰτίαν δὲ τῶν ὅλων οὐ τὴν γῆν μόνον, καθάπερ ἐκεῖνος, 8 ἀλλὰ καὶ τὸ πῦρ εἴρηκεν οὗτος. Μέλισσος δὲ ὁ Ἰθαγένους ὁ Μιλήσιος τούτου μὲν ἑταῖρος ἐγένετο, τὴν δὲ παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν ἀκήρατον οὐκ ἐτήρησεν· ἄπειρον γὰρ οὗτος ἔφη τὸν κόσμον, ἐκείνων φάντων πε- 9 περασμένον. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης ὁ Δαμασίππου τὴν τοῦ κενοῦ καὶ τῶν ναστῶν πρῶτος ἐπεισήγαγε δόξαν· ταῦτα δὲ Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἀδιαίρετα καὶ κενὸν προσηγόρευσεν, ὥσπερ αὖ πάλιν Ἐπίκουρος ὁ

14. εἰ δέ γε ἀναίτιος B. 19. ὁ Πύρρητος] ὁ om. B. ante Ξενοφ. om. C. 23. Μοῦνον] οὖλον B.C. 24. αἴτιον] αἰτίαν B. 31. ναστῶν] τῶν μεστῶν καὶ μὴ ἐχόντων ὑπόκουφόν τι B. in marg.

nus est, ut idem paulo ante affirmarat, utique et principio caret: si hoc autem ita se habet, fit continuo ut a nulla sit causa. Quod si nulli est causæ obnoxius, terram ergo matrem non habet. At si mundi causa est terra, ut paulo mox Xenophanes cecinit, ergo causa non caret: si causa non caret, utique nec principio: si principium habet, ergo non est æternus. Parmenides Pyrrhetus, Eleates, Xenophanis auditor, consona illis scripsit quæ prius a Xenophane prodita sunt. Illius enim versum hunc esse aiunt: *Solum, atque unigenum, intrepidum manet, ingenitumque.* Causam autem rerum omnium, non terram sicut ille, sed ignem esse affirmat. Melissus autem filius Ithagenis, Milesius, eis quidem familiaris fuit, doctrinam tamen ab eis traditam minime sinceram servavit. Nam cum illi mundum esse finitum dicerent, ipse infinitum asseruit. Democritus porro Damasippi filius, Abderites, vacui ac solidorum primus opinionem invexit. Hæc autem solida Metrodorus Chius indivisa et vacuum appellavit, rerum principia. Sicut et Epicurus Neoclis filius, Atheniensis, quinta generatione post

Νεοκλέους ὁ Ἀθηναῖος, πέμπτῃ γενεᾷ μετὰ Δημόκριτον γεγονὼς, τὰ ὑπ' ἐκείνων ναστὰ καὶ ἀδιαίρετα δὴ κληθέντα ἄτομα προσηγόρευσεν. Ἀδιαίρετον δὲ καὶ ἄτομον καὶ ναστὸν οἱ μὲν διὰ τὸ ἀπαθὲς ὠνομάσθαι φασίν· οἱ δὲ, διὰ τὸ ἄγαν σμικρὸν, ἅτε δὴ τομὴν καὶ διαίρεσιν δέξασθαι οὐ δυνάμενον. Καλοῦσι δὲ οὕτω τὰ σμικρότατα ἐκεῖνα καὶ λεπτότατα σώματα, ἃ διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰσβάλλων ὁ ἥλιος δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ ἄνω [τε] καὶ κάτω παλλόμενα. Τούτοις [δὲ] καὶ Διόφαντος ὁ Συρακούσιος ὁ Πυθαγόρειος ἠκολούθησε. Πλάτων δὲ ὁ Ἀρίστωνος ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων τὸν Θεὸν καὶ τὴν ὕλην καὶ τὰς ἰδέας φησίν· Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης ὁ Νικομάχου, εἶδος καὶ ὕλην καὶ στέρησιν· στοιχεῖα δὲ, οὐ τέσσαρα, ἀλλὰ πέντε· ἕτερον γὰρ εἶναι τὸ αἰθέριον εἴρηκεν, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀμετάβλητον. Ξενοκράτης δὲ ὁ Χαλκηδόνιος ἀέναον τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἅπαντα γέγονε, προσηγόρευσε. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς ὁ

44. πλανώμενα] παλλόμενα B.C. Mox δὲ om. C. 45. δὲ καὶ Διόφαντος] δὲ καὶ ἔκφατος B. 48. ἰδέας] εἰδέας B. 51. ἕτερον γὰρ εἶναι τὸ] ἕτερον δὲ τὸν B. 52. Χαλκηδόνιος] Καρχηδόνιος B.C.Va. Verum fortasse Καλχηδόνιος. Vid. Dindorf. ad Aristoph. Eq. 174.

58, 1. ἀέναον] ἀένναον B. ib. γεγονέναι] γέγονε B.C. 2. Κιτιεὺς] Κητιεὺς B. Mox pro Μνασαίου editum Μνασέου cum Plutarch. II. p. 878 B. et al.

Democritum natus, quæ superiores illi solida et indivisa dixerunt, ipse atoma, hoc est insectilia, appellavit. Quæ quidem nomina, alii quidem indita opinantur, eo quod ita firma sint ea corpora ut quicquam pati immutarique non possint: alii vero, quod ita sint exigua, ut nec sectionem ullam, nec divisionem admittant. Vocant autem hoc nomine parva illa tenuissimaque corpuscula, quæ per fenestras ac spiracula jubar solis ingrediens sursum atque deorsum sibi inerrantia passim ostendit. Horum de principiis rerum sententias Diophantus quoque, Syracosius quidem genere, secta autem Pythagoreus, sequutus est. Plato filius Aristonis, principia rerum omnium quas videmus, et Deum et materiam et ideas esse inquit. Aristoteles Nicomachi filius, Stagirites, materiam, formam, privationem. Idem, non quatuor elementa, sed quinque esse affirmat: quintum siquidem esse ait, ætherium, immutabile. Xenocrates autem Carthaginensis jugifluam materiam esse dixit ex qua omnia facta sint. Zeno autem Citiensis, Mnaseæ filius, auditor-

Μνασέου, ὁ Κράτητος φοιτητὴς, ὁ τῆς Στωϊκῆς ἄρξας αἱρέσεως, τὸν Θεὸν καὶ τὴν ὕλην ἀρχὰς ἔφησεν εἶναι. Ἵππασος δὲ ὁ Μεταποντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Βλόσωνος ὁ Ἐφέσιος, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, ἀκίνητον καὶ πεπερασμένον, ἀρχὴν δὲ τὸ πῦρ ἐσχηκέναι. Ὁ δὲ Ἀπολλωνιάτης Διογένης ἐκ τοῦ ἀέρος ἔφη ξυστῆναι τὸ πᾶν. 13 Καὶ τὴν ὕλην δέ γε Θαλῆς μὲν, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ ὁ τῶν Στωϊκῶν ὁρμαθὸς, τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν καὶ ῥευστὴν ἔφασαν εἶναι· Δημόκριτος δὲ, καὶ Μητρόδωρος, καὶ Ἐπίκουρος, ἀπαθῆ τὰ ἄτομα καὶ τὸ κενὸν προσηγόρευσαν. Ὁ δέ γε Πλάτων σωματοειδῆ τὴν ὕλην ἔφησεν εἶναι καὶ ἄμορφον καὶ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἄποιον παντελῶς. Ταῦτα γὰρ πάντα, φησὶν, ὕστερον παρὰ τοῦ πεποιηκότος 14 ἐδέξατο. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν σωματικὴν κέκληκεν, οἱ Στωϊκοὶ δὲ σῶμα. Τὸ δὲ κενὸν οἱ περὶ Δημόκριτον τῶν ἀτόμων ὠνομάκασι τόπον, οἱ δὲ ἄλλοι ἅπαντες τοῦτόν γε ἄντικρυς κωμῳδοῦσι τὸν λόγον. Αὐτίκα τοίνυν Ἐμπεδοκλῆς οὕτω φησίν·

Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περιττόν.

5. Μεταπόντιος] Μεταποντῖνος B.Va. ib. Βλόσωνος] Βλώσωνος B.Va. 14. δέ γε] γε om. B. 21. ἅπαντες] πάντες C. 22. τὸν λόγον] τόνδε τὸν λ. B. 23. οὕτω] οὕτως B. 24. οὐδὲ] οὐδὲν C.

que Cratetis; ille inquam Zeno, a quo Stoicorum secta initium sumpsit, Deum et materiam principia rerum dixit. Hippasus vero Metapontinus, et Heracletus Ephesius, Blosonis filius, unum esse dixerunt mundum immobilem ac finitum; ab igne autem sumpsisse principium. Diogenes Apolloniates mundum ex aëre constitutum asseruit. Materiam porro ipsam Thales quidem, Pythagorasque, et Anaxagoras, et Heracletus, omnisque Stoicorum ordo, versilem, alterabilem, fluxam denique esse dixerunt. Democritus vero, Metrodorus, et Epicurus, impatibiles atomos una cum vacuo principia statuerunt. At Plato corpori assimilem materiam esse inquit, sed informem prorsus, nulla specie, nulla figura, nulla denique præditam qualitate. Aristoteles corporalem eam vocavit: Stoici vero, corpus. Democritus, et qui partes ejus sectati sunt, vacuum esse dixerunt atomorum locum. Alii vero omnes hanc illorum sententiam damnaverunt. Ne enim longius abeamus, Empedocles ita inquit; *In toto nihil est vacui, nihil inde superfit.*

Οἱ δὲ Στωϊκοὶ, ἐντὸς μὲν τοῦ παντὸς μηδὲν εἶναι κενόν· ἐκτὸς δὲ αὐτοῦ, πάμπολύ τε καὶ ἄπειρον. Ὁ δὲ Στράτων ἔμπαλιν, ἔξωθεν μὲν μηδὲν εἶναι κενὸν, ἔνδοθεν δὲ δυνατὸν εἶναι.

Οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις διαφωνίᾳ γε πλείστῃ, ἀλλὰ κἀν τοῖς ἄλλοις ἐχρήσαντο. Καὶ γὰρ δὴ τὸν κόσμον Θαλῆς μὲν, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Παρμενίδης, καὶ Μέλισσος, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Ζήνων, ἕνα εἶναι ξυνωμολόγησαν· Ἀναξίμανδρος δὲ, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἀρχέλαος, καὶ Ξενοφάνης, καὶ Διογένης, καὶ Λεύκιππος, καὶ Δημόκριτος, καὶ Ἐπίκουρος, πολλοὺς εἶναι καὶ ἀπείρους ἐδόξασαν. Καὶ οἱ μὲν, σφαιροειδῆ τοῦτον εἶναι· οἱ δὲ, ἑτεροειδῆ. Καὶ οἱ μὲν, μυλοειδῶς· οἱ δὲ, τροχοῦ δίκην περιδινεῖσθαι. Καὶ οἱ μὲν, ἔμψυχόν τε καὶ ἔμπνουν· οἱ δὲ, παντάπασιν ἄψυχον. Καὶ οἱ μὲν, κατ' ἐπίνοιαν γεννητὸν, οὐ κατὰ χρόνον· οἱ δὲ, ἀγέννητον παντελῶς καὶ ἀναίτιον. Καὶ οὗτοι μὲν, φθαρτόν· ἐκεῖνοι δὲ, ἄφθαρτον.

25. κενόν] φασὶ κενόν C. 28. ἔνδοθεν] ἔνδον B. 42. ἀγέννητον παντελῶς] παντάπασιν ἀγένητον παντελῶς B.

Stoici vero intra universum quidem mundum negabant vacuum esse; cum tamen extra illum maximum esse dicerent atque infinitum. Contra autem Straton extra mundum quidem vacui nihil esse censebat: intus vero dari posse vacuum affirmabat.

Neque vero in his modo sententiis, sed in aliis quoque permultis, maxima inter se discordia disceptarunt. Mundum siquidem ipsum, Thales, Pythagoras, Anaxagoras, Parmenides, et Melissus, Heracletus, Plato, Aristoteles, Zeno, unum esse consentiunt: Anaximander vero et Anaximenes, Archelaus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Epicurus, multos ac infinitos esse mundos opinati sunt. Alii philosophorum forma sphærica esse mundum dixerunt; alii, varia et diversa: alii, pistillariæ molæ rotatu in gyrum verti; alii, rotæ modo circumvolvi dixerunt: alii, animatum spirantemque; alii, voluere prorsus inanimem: alii non in tempore quidem genitum esse, sed mentis animique conceptu; alii prorsus ingenitum, nullique causæ obnoxium: et hi quidem, corruptibilem; illi autem, corruptionis expertem. Stellas

17 Καὶ τοὺς ἀστέρας δὲ Θαλῆς μὲν γεώδεις καὶ ἐμπύρους ὠνόμασεν· ὁ δέ γε Ἀναξαγόρας ἐκ τῆς τοῦ παντὸς περιδινήσεως πέτρους εἶπεν ἀνασπασθῆναι, καὶ τούτους ἐκπυρωθέντας τε καὶ ἄνω παγέντας ἀστέρας ὀνομασθῆναι. Καὶ Δημόκριτος δὲ τοῦτον κρατύνει τὸν λόγον· ὁ δὲ Διογένης κισηροειδεῖς λέγει εἶναι τούτους, διαπνοάς τινας ἔχοντας· ὁ δὲ Ἀναξίμανδρος συστήματα ἄττα τοῦ ἀέρος ἔφη, τροχοειδῶς πεπιλημένα, πυρὸς ἔμπλεα 18 εἶναι, ἀπό τινων στομίων ἀφιέντα τὰς φλόγας. Διογένης δὲ καὶ ἐμπίπτειν εἰς τὴν γῆν τινας τούτων ἔφησε, καὶ σβεννυμένους ἐλέγχεσθαι ὅτι λίθων ἔχουσι φύσιν, καὶ μάρτυρι χρῆται τῷ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντι ποτέ. Ὁ δὲ Πλάτων ὡς ἐπίπαν μὲν τούτους ἐκ τοῦ πυρὸς συνεστάναι, μετέχειν δὲ καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων φησίν. Ὁ δέ γε Ἀριστοτέλης τοῦ πέμπτου 19 σώματος εἴρηκε συγγενεῖς. Ξενοφάνης δὲ ἐκ νεφῶν μὲν λέγει πεπυρωμένων ξυνίστασθαι· σβεννυμένους δὲ μεθ'

46. δέ γε] γε om. B.Va. 47. πέτρους εἶπεν ἀναστῆναι] πέτρους ἀνασπασθῆναι B. ἀνασπασθῆναι item C. 50. κισηροειδεῖς] κισσηροειδεῖς C. e corr.

59, 1. πεπιλημένα] ἐμπεπιλημένα Vb. 2. στομίων] στωμίων B. 3. ἐκπίπτειν] ἐμπίπτειν B.Va. 5. τῷ ἐν Αἰγὸς ποταμῷ] τὸ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς B. τὸ item Va. mox πυρροειδῶς B. 8. δέ γε] γε om. B. 11. σβεννυμένους δὲ] σβεννυμένους μὲν Va.

porro ipsas, Thales quidem terrestres ignitasque esse dixit: Anaxagoras autem ex mundi rotatu avulsas inquit petras attolli, easque subinde ignitas et in superna compactas regione, nuncupari stellas. Quam sane opinionem Democritus quoque confirmat. Diogenes autem pumiceas inquit esse, meatibusque nonnullis ac respirationibus esse præditas. Anaximander illas esse inquit aëris quasdam compositiones in orbem globumque coactas; tum differtas igne, flammas e quibusdam apertionibus jaculari. Diogenes præterea nonnullas ipsarum decidere ad terram inquit: quæ cum subinde exstinguantur, manifeste significent igneam esse illarum naturam. Ad cujus sententiæ faciendam fidem teste utitur globo illo lapideo qui flammatus in Ægospotamum Hellesponti urbem e cælo decidit. Plato autem quasi prorsus eas ex igni constare inquit; accedere autem et aliorum quoque elementorum participatum. At ipse Aristoteles quinti corporis cognatas asseruit. Xe-

ἡμέραν νύκτωρ πάλιν ἀναζωπυρεῖσθαι, καθάπερ τοὺς
20 ἄνθρακας. Ἡρακλείδης δὲ καὶ ἄλλοι τῶν Πυθαγορείων
τινες ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν φασὶ, γῆν 15
περιέχοντα καὶ ἀέρα· καὶ οἱ μὲν σφαιροειδεῖς τούτους
21 εἰρήκασι, κωνοειδεῖς δὲ Κλεάνθης ὁ Στωϊκός. Καὶ μέν-
τοι καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ὁ Ξενοφάνης νέφη
εἶναι πεπυρωμένα φησίν· Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Δημόκρι-
τος καὶ Μητρόδωρος, μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον· Θα- 20
λῆς δὲ γεώδη, κισηροειδῆ δὲ Διογένης· ὁ δὲ Ἀριστοτέ-
λης, σφαῖραν εἶναι ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος συνεστῶ-
σαν· ὁ δὲ Πλάτων, τὸ μὲν πλεῖστον ἔχειν ἐκ τοῦ πυρὸς,
μετέχειν δὲ καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων· Φιλόλαος δὲ ὁ 25
Πυθαγόρειος, ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ
πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τό τε
φῶς καὶ τὴν ἀλέαν, εἰδώλου τάξιν ἐπέχοντα· καὶ ἕτεροι
δὲ ἕτερα ἄττα περὶ τούτου ἐδόξασαν, ἃ περιττὸν οἶμαι 30
22 λέγειν, ἵνα μὴ τῆς αὐτῆς μεταλάχω τερθρείας. Καὶ

12. ἀναζωπυρεῖσθαι] ἀναζωπυροῦσθαι B. 13. ἄλλοι] οἱ ἄλλοι B.Va. 17. μέντοι καὶ] καὶ om. B.Va. 18. ὁ Ξενοφάνης B. marg. p. m. 21. κισηροειδῆ] κισσηροειδῆ C. ib. Διογένης] ὁ Διογ. B. 26. ἀνταυγίαν] ἀνταύγειαν B.C. 29. ἕτερα] ἄλλα B.Va. 30. τερθρίας] τερθρείας B.C.

nophanes vero, ex ignitis nubibus esse compositas, quæ, cum adveniente die exstinguantur, rursus ad nocturnas tenebras carbonum ritu exsuscitentur. Heraclides aliique nonnulli Pythagoricæ sectæ singulas stellas singulos esse mundos dixerunt, qui terram aëremque contineant. Et alii quidem eorum globulentas dixerunt esse: Cleanthes vero Stoicus, in conum protensas. Xenophanes præterea solem lunamque ignitas esse nubes affirmat: Anaxagoras, Democritus, ac Metrodorus, ignitum ferrum aut lapidem flamma succensum. Thales, terrestri e materia; e pumicea, Diogenes: Aristoteles, globum esse e quinto corpore conflatum. Plato autem, inesse illi plurimum ignis; participem tamen esse et aliorum corporum. Philolaus Pythagoricus e vitro illum constare inquit, quod oppositum splendorem ab eo igne qui est in mundo accipiat, ad nos vero lucem teporemque transfundat, simulacri cujusdam partes locumque sortitus. Sed et alii nonnulli quædam alia de sole opinati sunt; quæ superfluum puto in medium afferri, ne et ipse in easdem incidam nugas. Quin et de solis magnitudine ac figura multa apud

μεγέθους δὲ πέρι καὶ σχήματος πολλὴ παρ' αὐτοῖς διαμάχη. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν σφαιροειδῆ φασίν· οἱ δὲ, σκαφοειδῆ· οἱ δὲ, ἁρματιαίῳ τροχῷ παραπλήσιον· καὶ Ἀναξίμανδρος μὲν, ἑπτακαιεικοσαπλασίῳ τῆς γῆς τοῦτον ἔφησεν εἶναι· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, ἴσον τῇ γῇ· ὁ δὲ Ἀναξαγόρας, Πελοποννήσου μείζονα· Ἡράκλειτος δὲ, ποδιαῖον. Καὶ περὶ σελήνης δὲ ὁμοίως ὑθλοῦσι. Γεώδη μὲν γὰρ [αὐτὴν] ὁ Θαλῆς φησίν· Ἀναξιμένης δὲ καὶ Παρμενίδης καὶ Ἡράκλειτος, ἐκ μόνου συνεστάναι πυρός· Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας· ὁ δὲ Πυθαγόρας πετρῶδες σῶμα· Ἡρακλείδης δὲ, γῆν ὁμίχλῃ περιεχομένην· καὶ οἱ μὲν μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνονται· οἱ δὲ, ἰσόμετρον· οἱ δέ γε, ἐλάττονα· ἄλλοι δὲ, σπιθαμῆς ἔχειν διάμετρον. Καὶ τί δεῖ λέγειν ὅσα ἐκεῖνοι σχημάτων πέρι καὶ ἐκλείψεων καὶ διαστημάτων μυθολογοῦσιν; Οὐ γὰρ μόνον ὅσον ἀλλήλων διεστήκασι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσον τῆς γῆς ἀφεστήκασι· καὶ τετρα-

Nostra igitur, quæso, amici homines, cum philosophorum opinionibus comparate: rectaque ac diligenti ratione subducta, quæso, inspicite, quænam ex superius allatis opinionibus Deo magis congruere videantur; mundumne hunc videlicet genitum non fuisse, casuve fortuito sic constitutum, ex atomisque et vacuo esse compositum; an a Deo quidem auctore, sed præstituta ex materia factum esse: an vero impium est, Deo cuncta hæc tribui? illud autem recte ac vere dicitur, esse rerum omnium auctorem Deum, qui nequaquam, quod ceteri faciunt artifices, ex jam comparata materia omnia hæc effecerit, sed quæ prius non erant, in ipsum Esse protulerit, volueritque non antea exsistentibus rebus præbere ut quando-

ὄντα παραγαγὼν, καὶ παρασχεῖν ἐθελήσας τοῖς μὴ οὖσι
69 τὸ εἶναι. Ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ καὶ ἐκ μὴ ὄντων καὶ ἐξ ὄν-
των δημιουργεῖν· τοῦτο [γὰρ] δὴ καὶ πάλαι πεποίηκε,
καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ποιεῖ. Καὶ
γὰρ ἐξ ὑποκειμένων σωμάτων διαπλάττει τῶν ζώων τὰ
σώματα, καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ τὰς ψυχὰς, οὐχ
ἅπασι τοῖς ζώοις, ἀλλὰ μόνοις ἀνθρώποις· καὶ διὰ τῶν
πτηνῶν δημιουργεῖ τὰ πτηνὰ, [καὶ διὰ τῶν νηκτῶν τὰ
νηκτὰ,] καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ἕκαστον διὰ τῶν ὁμο-
70 γενῶν διαπλάττει. Οὕτω δὴ καὶ τῆς γῆς τοὺς καρποὺς
διὰ τῶν σπειρομένων καὶ φυτευομένων τοῖς ἀνθρώποις
προσφέρει· πάλαι δὲ ἡ γῆ καὶ ἀνήροτος καὶ ἄσπαρτος
ἐβλάστησε πᾶσαν φυτῶν καὶ σπερμάτων ἰδέαν, καὶ τῶν
ἑρπετῶν καὶ τετραπόδων τὰ γένη· καὶ τῶν ὑδάτων ἡ
φύσις ἔφυσεν, ὡς ἐκελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς ὕδασιν ἐνδιαι-
71 τώμενα ζῶα, καὶ τὰ τὸν ἀέρα διαπερᾶν πεφυκότα. Αὐ-
τὴν μέντοι τὴν γῆν, καὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ
τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸ φῶς, οὐ τῇ

27. πάλαι] πάλιν B.Va. 32. καὶ διὰ—πτηνὰ om. B. 34. ὁμογενῶν] ὁμονογενῶν B. 36. τοῖς ἀν.] ἰδέαν τοῖς ἀν. B.Va. τὸ δέον τοῖς ἀ. Vb. 37. ἀνήροτος καὶ ἄσπαρτος] ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος B. 38. πᾶσαν om. Va.

que essent. Facile est enim Deo et ex iis quæ nondum sint, et ex iis quæ sunt, excudere aliquid ac proferre. Hoc enim et ab initio olim fecit, et singulis, ut ita dicam, diebus facere cernitur. Nam et ex præstitutis comparatisque jam corporibus animalium corpora effingit, et ex iis quæ non sunt ipsas animas creat; non cunctarum quidem animas animantium, sed humanas dumtaxat. Gignit autem ex volucribus volucres, nantiaque ex nantibus, singulasque animantium species de homogeneis parit. Ita et terræ fœtus de jam satis consitisque plantariis ad humanos usus depromit. Olim vero nec arata tellus, nec seminibus ullis aspersa, plantarum seminumque ideam, quasique archetypum quoddam exemplum, germinando produxit, reptiliumque et quadrupedum genera procreavit. Ipsa insuper humentium aquarum vis, sicuti jussa fuit, et aquatiles protulit animantes, et quæ natæ sunt volatu aërem permeare. Ceterum neque terram ipsam, neque cælum, neque aërem, neque aquarum naturam, neque ignem, item nec lucem, ulla

ὕλῃ ἀναδοῦναι προσέταξεν, ἀλλὰ μὴ ὄντα παρήγαγεν,
αὐτὸς καὶ φυτουργός· καὶ ναυπηγὸς τοῦ μεγίστου σκά-
φους τῆς κτίσεως γεγονὼς, αὐτὸς καὶ κυβερνᾷ καὶ ἰθύνει
72 ὁ πανσόφως κατεσκεύασε σκάφος. Ταῦτα οὐ μόνον
ἡμᾶς εὐαγγελισταὶ παιδεύουσι καὶ ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ 50
προφῆται, καὶ τῶν προφητῶν ὁ κορυφαῖος Μωϋσῆς, ὁ
τὴν κοσμογένειαν ξυγγράψας· καὶ πρό γε τούτων, Ἀ-
βραὰμ καὶ Μελχισεδὲκ, καὶ ἅπας τῶν πατριαρχῶν ὁ 69
χορός. Ἕκαστος γὰρ τούτων οὐ πολλοὺς, ἀλλὰ τὸν
τοῦ παντὸς ἐθεολόγησε ποιητήν. Καὶ τοῦτο εἴσεσθε, εἰ
73 τοῖς θείοις λογίοις ἐντύχοιτε. Ἐκ παραλλήλου τοίνυν 5
μεμαθηκότες ὅσον τῶν ἀνθρωπίνων ὑπέρκειται λογισμῶν
τῆς θείας γραφῆς τὰ παιδεύματα, φεύγετε μὲν, ὦ φιλό-
της, τὸν πλάνον, ἀσπάζεσθε δὲ τὴν ἡλίου φανοτέραν
ἀλήθειαν, ἵνα ὑπὸ ταύτης φωταγωγούμενοι καὶ τῶν
θείων λογίων τὸν νοῦν θεωρήσητε, καὶ τοὺς τούτων 10

46. αὐτὸς φυτ.] αὐτὸς καὶ φυτ. B.C. 50. διδάσκουσι] παιδεύουσι B.C. 52. κοσμογενίαν] κοσμογονίαν B. κοσμογένειαν C. 53. Ἀβραὰμ καὶ] καὶ om. B.

69, 4. ἐντύχοιτε] ἐντύχητε B. 7. φύγετε] φεύγετε B. et mox ἀσπάζεσθε pro ἀσπάσασθε. 8. φανοτέραν] φανωτέραν C. 10. νοῦν] νῦν C.

prius comparata materia jussu Dei produxit; sed ea omnia ipse opifex Deus, cum nulla essent antea, procreavit. Idemque qui ceu consevit compegitque capacissimam mundi hujus phaselum, idem eandem quam sapientissime condidit, assidue nunc gubernat et dirigit. Hæc autem non ipsi modo apostoli et evangelistæ nos docuerunt, sed ipsi quoque prophetæ, prophetarumque eximius qui mundi genituram conscripsit Moses; prioresque adeo his omnibus docuerunt et Abraham et Melchisedech, et universus patriacharum chorus. Horum enim quilibet, non multos quidem, sed unum mundi auctorem, theologice prodidit. Id quod et vobis perquam facile erit ediscere, si modo in divinæ scripturæ libros incidatis. Proposita itaque comparatione perdocti quid humanis philosophorum discursibus sacrarum litterarum præstent documenta, fugite jam, quæso, errorem, amici homines, veritatemque adamate sole ipso splendidiorem: ut hujus claritate perducti, et divinæ scripturæ sensum perspiciatis, et illius magistros doctoresque demirati,

διδασκάλους θαυμάσητε, καὶ πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, προσκυνήσητε τῷ Θεῷ, λέγοντες ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν.

## ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ. ε'.

Ἔστι τις λίθου φύσις, ἣν μαγνῆτιν ὀνομάζουσιν, ἣ πᾶσαν ἐῶσα τὴν ἄλλην ὕλην ἀκίνητον, τὸν σίδηρον ἐφέλκεται μόνον· ἔστι δὲ ὅτε καὶ δείκνυσιν αἰωρούμενον, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος ἐρειδόμενον, οὔτε ἄνωθεν φαινομένῳ τῳ ξυνδεδεμένον, ἀφανῶς δὲ τῆς ὑπερκειμένης
2 ἐκείνης ἢ ὑπερφαινομένης ἐνεργείας ἐξηρτημένον. Τοιόνδε τι γιγνόμενον ἐπὶ τῶν θείων λογίων ἴδοι τις ἄν. Πολλοὶ μὲν γὰρ δὴ τούτων, μᾶλλον δὲ ἅπαντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπαΐουσιν ἄνθρωποι· οἱ δὲ τῆς πίστεως μόνοι θηρεύονται τρόφιμοι, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος εὐκληρίας ψυχαγωγούμενοι, οὔτε ἄνωθεν ὁρωμένῳ τῳ ξυνδεδεμένοι, μόναις δὲ ταῖς ἀφανέσιν ἐλπίσι τὸν νοῦν

18. Μαγνῆτιν] μαγνῖτιν C. Tum κατονόμαζουσιν Vb. 22. φαινομένῳ] φαινόμενον Vb. 23. ὑπερκειμένης] ὑποκειμένης Vb.

ut apostolicis verbis utar, in faciem procidatis, Deumque adoretis, et fateamini Deum vere in nobis esse.

### V. SERMO. DE NATURA HOMINIS.

LAPIDIS, quem magnetem vocant, eam esse vim constat, ut omnem aliam materiam quietam esse immotamque dimittat, ferrum vero dumtaxat ad sese trahat; nonnumquam vero alte a se sublatum quasi ostentet; tametsi nullis idipsum rebus ab inferiori loco suffulciatur, nec superne aliquo nexu visibili colligetur, sed ejus lapidis incubante virtute, occulta nobis ratione suspensum sit. Tale quippiam et in divinis scripturis et in verbis quæ de Deo fiunt, solet contingere; ut facile is cognoscet qui diligenter advertet. Plurimi enim, immo, ut ita dicam, cuncti fere mortales, aurem illis accommodant; soli vero capiuntur qui alumni sunt fidei; cum tamen ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis solatio teneantur, neque quicquam appareat unde a superiori loco vincti dependeant, sed ad occultas dumtaxat rerum spes

ξυναρμόσαντες. Τῷ τοι καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος τὸν περὶ τοῦ σταυροῦ λόγον, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις εἶναι μωρίαν, τοῖς δὲ σωζομένοις Θεοῦ δύναμιν, ἔφησεν. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ λίθος ἰδιότητι φύσεως θέειν παρ' αὐτὴν τὸν σίδηρον ἐκβιάζεται· τῶν δὲ θείων λογίων ἡ χάρις, οὐκ αὐτὴ τοὺς μὲν προσίεται, τοὺς δὲ ἀποπέμπεται· (πᾶσι γὰρ τοῖς ἐμφορεῖσθαι βουλομένοις προχέει τὰ νάματα·) ἀλλὰ τὸ τῶν ἀκροωμένων αὐθαίρετον τοὺς μὲν προσάγει διψῶντας, τοὺς δὲ πόρρω ποιεῖ, τόνδε τὸν ἵμερον ἔχειν ἥκιστα βουλομένους. Ὁ δέ γε τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τὴν τῶν οὐκ ἐθελόντων ἀπολαύειν τῆς θεραπείας οὐ βιάζεται γνώμην· αὐτοκράτορα γὰρ καὶ αὐτεξούσιον τὴν λογικὴν φύσιν δημιουργήσας, παραινέσεσι μὲν καὶ νόμοις καὶ τῶν χειρόνων ἀποτρέπει, καὶ ἐπὶ τὰ κρείττω προτρέπει, οὐκ ἀναγκάζει δὲ μὴ βουλομένην τῶν ἀμεινόνων μεταλαχεῖν, ἵνα μὴ παρακινήσῃ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως. Ταύτῃ τοι καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ· Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε.

31. ξυναρμόσαντες] ξυναρμόζοντες Vb. 35. παρ' αὐτὴν] παραυτῆ B. παρ' αὐτῇ C. 36. ἐκβιάζεται] βιάζεται B. 38. ἀποπέμπεται] ἀποπελύπεται Va. ἀποβδελύττεται vel ἀποπέμπεται Vb.

mentem animumque accommodent. Eam ob rem Paulus quoque apostolus verba quæ de cruce fiunt *pereuntibus quidem stultitiam esse* inquit, *iis autem qui salvi fiunt, Dei virtutem, Deique sapientiam.* Sedenim lapis ille propria quadam naturæ suæ vi ferrum ad se moveri violenter cogit: divinorum autem sermonum gratia, non ipsa quidem est quæ alios admittat mortales, alios vero summoveat: cunctis enim, qui saturari appetunt, ubertim rivos effundit: sed voluntate ac delectu eorum, qui auditum se conferunt, fit ut alii quidem ipsorum tamquam sitientes admoveantur, alii vero procul abscedant; ii videlicet qui ad eas res optandas animum non inducunt. Est itaque illius officium qui se animarum medicum profitetur, ut eorum voluntatem nequaquam cogat qui accipere curationem suam detrectant: quando et ille opifex qui rationale animal potens sui liberumque creavit, hortamentis ac legibus ab iis avertit quæ pejora censentur, ad potiora autem convertit. Nequaquam tamen violenter impellit, si meliorum particeps esse nolit; ne videlicet naturæ fines semel constitutos immutet. Hinc et per prophetas idem exclamat, *Si velitis et si audiatis me, bona terræ*

Καὶ αὖ παλιν, Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; Εἶτα τῶν χειρόνων ἀποτρέπων, ἐπιδείκνυσι τὸ πρακτέον· Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Δῆλα δὲ τοῖς πειθομένοις ποιεῖ καὶ τῶν πόνων τὰ ἆθλα· ὅτι Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, 6 καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ φόβος τοῖς παιδαγωγουμένοις ἁρμόδιος, ἀναγκαίως καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τοὺς ῥᾳστώνῃ ξυζῶντας δεδίττεται, καὶ φησίν· Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. Ὁ δὲ ταύτην προσενεγκὼν διὰ τοῦ προφήτου τὴν παραίνεσιν, ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις οὐκ ἄλλῳ τῳ χρώμενος ὑπουργῷ, ἀλλ' αὐτὸς διὰ τῆς σαρκὸς φθεγγόμενος ἣν ἀνέλαβεν, ἔλεγεν· Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Καὶ πάλιν· Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες [καὶ πεφορτισμένοι·] 7 κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕροι τις

70, 4. εἶτα πρακτέον B. marg. p. m. 19. ἣν] ἧς Va. 21. [καὶ πεφορτισμένοι] om. B.

*comedetis.* Rursusque alibi; *Venite filii; audite me: timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos?* Subinde vero ab iis avertens quæ mala sunt, quid sit agendum ita ostendit: *Siste linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum: declina a malo, et fac bonum: inquire pacem, et sequere eam.* Manifeste autem significat, et quæ proposita sint studiis ejusmodi præmia. Inquit enim; *Oculi Domini super justos, et aures ejus in deprecationem eorum.* Quia vero timor illis maxime congruit qui tamquam pueri ad virtutem instituuntur, necessario factum est ut cessantes ac desides sic minando perterreat: *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Qui vero per prophetam sic homines adhortatus est, idem in sacris evangeliis nullo quidem alio usus nuntio ac ministro, quam corpore quod pro salute nostra factus homo assumpsit, ipse ore suo sic loquitur: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.* Item et alibi; *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis; et ego requiem vobis dabo.* Alia vero permulta id genus et in evangeliis et

ἂν κἀν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις, κἀν τοῖς τῶν ἀποστόλων ξυγγράμμασι, δηλοῦντα σαφῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως τὸ αὐθαίρετον. Οὗ δὴ χάριν κἀγὼ πέμπτην ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, τήνδε προσφέρω παραίνεσιν· οὐκ ἀξιῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγαν γε λιπαρῶν καὶ ποτνιώμενος τὸν τῆς ἰατρείας μὴ προέσθαι καιρὸν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι τὴν σωτηρίαν εἰς αὔριον, ἣν οὐκ ἴσμεν εἴπερ δὴ πάντως ὀψόμεθα· ἀλλ' ἀναμνησθῆναι τῆς τοῦ Ἀσκραίου ποιητοῦ παραινέσεως,

Μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον ἐς τε ἔνηφι.

προσέχειν δὲ ἀκριβῶς καὶ τῇ ἄλλῃ τοῦδε τοῦ ποιητοῦ γνώμῃ, ξυνῳδὰ φθεγγομένῃ,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

8 Ἐπειδὴ τοίνυν τοῦ κόσμου πέρι καὶ τῆς ὕλης τίνα προσήκει φρονεῖν μεμαθήκαμεν, καὶ ὅσον τὸ μέσον τῶν τε θείων καὶ τῶν φιλοσόφων δογμάτων, φέρε λοιπὸν ἐξετάσωμεν, τίνα περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἡ θεία γραφὴ φρονεῖν ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, καὶ τίνα οἱ τῇ

26. ὦ om. B.Va. 27. ἀξιῶν] ἀξιῶ C. 34. ἔς τ' ἔννηφι] ἔστε ἔνηφι B. hæc vv. om. C. ubi supra ἀναβάλλεο. 41. δογμάτων τὸ διάφορον Schol. Vb.

in apostolorum monumentis facile, quicumque velit, inveniet: quibus plane ostenditur absoluta hominis voluntas, liberumque arbitrium. Hujus rei gratia, ipse quoque, amici homines, quintam vobis adhortationem hanc affero. Neque vos solum quæso, sed vehementer obsecro et obtestor, ne medicinæ hujus curationem temere abjiciatis, neu salutem vestram in diem crastinum differatis; quem visuri necne simus, penitus ignoramus: sed ea potius in memoriam revocate, quæ Ascræus poëta vos facere adhortatur, quo loco sic inquit: *Ne differ dum cras veniat, dum tertia lux sit.* Aliam quoque ejusdem poëtæ sententiam diligenter advertite. Inquit enim hic quoque quæ superioribus consona sunt; *Tristia dilator patietur damna frequenter.*

Quando igitur jam superius edocti sumus quid de mundo deque ipsa sit materia sentiendum, quantumque inter se distent quæ a divinis præceptoribus quæque ab humanis philosophis doctrina proficiscitur, agedum quod superest inquiramus, quænam illa cujusve modi sint quæ de natura hominis sacræ nos litteræ ut tuto tenenda docuerunt, quæque ii sa-

εὐεπείᾳ τοὺς λόγους καλλύνοντες, καὶ ὀνομάτων ὥρᾳ καὶ ῥημάτων [ἠκριβωμένων] κάλλει προσενεγκόντες τὸ
9 ψεῦδος. Ὅσα μὲν οὖν ποιηταὶ περὶ τούτου μυθολογοῦσιν, ἐατέον ἐπὶ τοῦ παρόντος· οὐ μύρῳ τούτους, κατὰ τὸν Πλάτωνα, χρίσαντας, ἀλλὰ τῇ φερομένῃ παρ' αὐτῶν δυσοσμίᾳ τὰς αἰσθήσεις ἀποτειχίσαντας. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ μόνον γηγενεῖς ἀλλὰ καὶ σπαρτοὺς ἀνθρώπους γεγενῆσθαι φασὶν, καὶ ἐκ δρακοντείων ἀναφῦναι ὀδόντων. Ἃ δέ γε φιλόσοφοι θρυλοῦσι καὶ ξυγγραφεῖς, 71
ταῦτα μόνα τῇ τῆς ἀληθείας παραθετέον διδασκαλίᾳ.
10 Ῥητέον δέ γε πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσην περὶ τῆς τοῦδε τοῦ γένους ξυστάσεως ἔριν καὶ διαμάχην ἐσχήκασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀΐδιον εἶναι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εἰρήκασι, καὶ τοῦδε τοῦ γένους ἔμπλεων ἀεὶ γεγενῆσθαι τὴν γῆν· οἱ δὲ, ἐν τῇ Ἀττικῇ πρῶτον φῦναι ἀνθρώπους· ἄλλοι δὲ, ἐν Ἀρκαδίᾳ τοῦτο γένεσθαι πρῶτον· ἕτεροι δ' αὖ πάλιν, ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἄλλαις δὲ
11 πόλεσι πολλὴ περὶ τούτου φιλοτιμία γεγένηται. Πρὸς

45. ἠβρισμένων προσ. B. ἠκριβωμένων om. C. 52. ἀναφυῆναι] ἀναφῦναι B.Va.

71, 1. θρυλλοῦσι φιλόσοφοί τε] φιλόσοφοι θρυλοῦσι B. 7. ἀεὶ ἔμπλεων] ἔμπλεων ἀεὶ B. ἀεὶ ἔμπλεω C. 9. Ἀρκαδίᾳ] Ἀρκαδίῃ C.

pientiæ professores qui suos libros aspergunt eloquutionis ornatu, speciosoque prætentu nominum ac verborum, falsitatem nobis adducunt. Quæcumque vero de hac ipsa re poëtæ fabulantur, hoc tempore omittemus. Neque illos, ut Plato [Rep. p. 398 A.] faciendum putat, aspergemus unguento; sed potius contra eum fetorem, quem pessime ipsi olent, nares communiemus. Illi enim non modo e terra erupisse homines, sed enatos jacto prius semine, quasi satitios, asserunt e serpentinis dentibus prodiisse. Sola igitur nobis ea sunt cum veritatis doctoribus conferenda, quæ ipsi philosophi historicique nugantur. Omissis autem omnibus, illud dicendum est, quanta videlicet contentione ac pugna ii semper digladiati inter se fuerint de humani generis constitutione atque primordiis. Alii siquidem ipsorum humanam naturam æternam asserunt, terramque hac animantium specie differtam semper fuisse. Alii vero, primum in terra Attica natos fuisse homines dixerunt: alii, in Arcadia: sunt qui malint in Ægypto. Aliis præterea in provinciis atque urbibus, incredi-

δὲ τοῖς εἰρημένοις, οἱ μὲν ὄλβιον τόδε τὸ ζῶον κεκλήκασιν· οἱ δὲ, δείλαιον καὶ τρισάθλιον. Καὶ Ὅμηρος μὲν ἀκιδνὸν αὐτὸ καὶ ὀϊζυρὸν ὀνομάζει· Θέογνις δὲ ὁ Σικε- 15
λιώτης ὁ Μεγαρόθεν βοᾷ,

Πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
μηδ' ἐσορᾶν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

12 Ξυνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ τῆς Εὐριπίδου τραγῳδίας τὰ 20
ἰαμβεῖα·

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς ξύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Καὶ Σόλωνα δὲ τὸν Ἀθηναῖον τὸν νομοθέτην Ἡρό- 25
δοτος εἰρηκέναι τῷ Κροίσῳ ἔφη, Ὦ Κροῖσε, πᾶς ἄνθρω-
13 πος ἔστι ξυμφορή. Πυθαγόρας δὲ καὶ Πλάτων δῆμόν
τινα ψυχῶν ἀσωμάτων εἰσάγουσι, καὶ τὰς ἁμαρτάδι
τινι περιπεσούσας, τιμωρίας χάριν, εἰς σώματα κατα-
πέμπεσθαι λέγουσι. Τῷ τοι ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ 30

15. Μεγαρόθεν] Μεγαρῶθεν C. em. 16. πάντων] ἀρχὴν Vb. 17. ἐσορᾶν αὐγὰς ὄξεος] εἰσ ὁρᾶν αὐγὰς ὀξέας B. μηδὲ ὁρᾶν—ὀξέας C. εἰσιδεῖν αὐγὰς ὀξέας Va. 20. ἰαμβία] ἰαμβεῖα C. 25. τὸν νομοθέτην] νομοθέτην τοῦτ' αὐτὸ C. Sirm. 30. ὁ Πλάτων] ὁ om. B.

bilis quædam est de primatu originis jactantia et ambitio. Adhæc autem sunt qui beatum hominem esse dixerint: sunt qui infelicissimum ac miserrimum. Et Homerus quidem imbecillem ærumnosumque appellat: Theognis autem Siculus, civisque Megarensis, ita exclamat: *Optima non nasci res est mortalibus ægris, Nec solis radios cernere luminibus: Aut, ubi natus homo est, propere hinc descendere ad orcum.* Consona vero huic sententiæ tragici apud Euripidem senarioli habent. Sic enim inquiunt: *Oportuit nos fu-neris luctu gravi Dolere natum maxima ad discrimina: At mortuum, qui cassus est laboribus, Efferre læto corde, lætis vocibus.* Solonem præterea, qui leges Atheniensibus tulit, testis est Herodotus Crœso regi dixisse: *O Crœse, homo est quædam gravis calamitas.* Pythagoras autem ac Plato populum nobis animarum sed carentum corpore proponunt, easque animas, quæ in peccatum aliquod inciderint, aiunt supplicii causa in corpora destinari. Ideoque Plato in Cratylo [p. 400 B.] σῶμα (hoc est *corpus*) σῆμα (hoc

τὸ σῶμα σῆμα κέκληκεν, ὡς ἐν τούτῳ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ τεθαμμένης. Ξύμφωνα δὲ τούτῳ καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε· Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ πάλαι θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διὰ τινὰς τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται. Ἀλλὰ τῶνδε τῶν λόγων ὁ Πλάτων ἐπιλησθεὶς, τοὐναντίον ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας παραδηλοῖ· Ἐπιμελεῖσθαι γὰρ σώματος δεῖ, φησὶ, ψυχῆς ἕνεκα ἁρμονίας· δι' οὗ βιοῦν τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς βιοῦν, καταγγέλλοντας τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα. Εἰ δὲ διὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ βιοῖ τε καὶ ὀρθῶς βιοῖ, οὐκ ἄρα ἦν ποτε πρὸ τοῦ σώματος· εἰ δὲ ἦν πρό γε τοῦ σώματος, καὶ ἔζη δήπουθεν καὶ ἐβίου. Ἀθάνατον γὰρ ἔχει φύσιν καὶ λογικήν. Εἰ δὲ ἦν μὲν πάλαι, οὐκ ὀρθῶς δὲ ἐβίου κεχωρισμένη [καὶ] τοῦ σώματος, ἐν τῷ σώματι δὲ γενομένη, καὶ τοῦτο ἄριστα παιδοτριβήσασα τὸν ὀρθὸν κατώρθωσεν βίον, διὰ τοῦ σώματος ἄρα τετύχηκε τῶν ἀγαθῶν, ὧν πρὸ τοῦ σώματος οὐ μετέλαχεν. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν

34. τούτων Sirm. 35. παλαιοὶ] πάλαι B. qui mox μάντιες pro μάντεις. 36. ἡ ψυχὴ] ἁ ψυχὰ B. 37 σήματι] σώματι B. qui voluit proculdubio σάματι ut in Clemente p. 518, 14. legitur. 39. δεῖ] δεῖν B. 40. εἵνεκα] ἕνεκα B. 47. καὶ om. B.C. 49. τῷ om. B.Va.

est *sepulcrum*) vocat, tamquam anima in corpore sepulta sit. Concordia vero huic et Philolaus Pythagoreus commemorat, quo loco sic ait: *Testantur autem veteres theologi ac vates ob quædam supplicia corpori animam conjugatam, quasique hoc in tumulo consepultam esse.* Verum Plato idem, quasi oblitus eorum quæ in Cratylo dixerat, in tertio reipublicæ suæ libro contraria prorsus ostendit. Ait enim [Vid. Clem. Al. IV. p. 571]: *Curandum est enim corpus ob eam quam habet anima cum corpore harmoniam. Per corpus enim vivere nobis licet, ac recte vivere, si veritatem clara voce testari velimus.* At si anima per corpus vivit, ac recte vivit, fit utique ut ante corpus ea non fuerit. Quod si tamen fuit etiam ante corpus, utique et vivebat immortalem sortita rationalemque naturam. Quod si tamen erat olim et ante corpus, nec tamen recte vivebat dum sejuncta esset a corpore; at ubi venit in corpus, eo ipso bene instituto, tunc denique rectam anima vitam duxit; necessario sequitur ut anima per corpus ea bona consequuta fuerit, quorum particeps ea non erat antequam corpori jungeretur. Quid

τεθάφθαι αὐτὴν ἐν τῷ σώματι καθάπερ ἐν σήματι ἔφη ;

16 Διὰ μὲν οὖν τούτων σαφῶς ἔγνωμεν, ὡς οὐ μόνον 72
ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἐναντία γεγραφήκασιν. Ἵνα δὲ τὴν πολλὴν αὐτῶν καταμάθωμεν ἔριν, φέρε πάλιν ἐπιδείξωμεν, τίνα περὶ ψυχῆς 5
οἱ πολυθρύλητοι τῶν φιλοσόφων ἐδόξασαν, καὶ ὅπως αὐτοὺς ἡ κενὴ δόξα, κατὰ τὸν Ὅμηρον,

ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι.

Ἃ δέ γε ξὺν Θεῷ λέξω, ἐκ τῶν Πλουτάρχῳ καὶ Πορφυρίῳ καὶ μέντοι καὶ Ἀετίῳ ξυγγεγραμμένων ἐρῶ.
17 Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν· 10
Ἀλκμὰν δὲ αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν· ὁ δέ γε Πυθαγόρας, ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· ξυνεφώνησε δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ξενοκράτης. Ὁ δὲ Πλάτων, οὐσίαν νοητὴν, ἐξ ἑαυτῆς κινητήν· ὁ δὲ Σταγειρίτης, ἐντελέχειαν πρώ- 15
την σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος·
18 ἐντελέχειαν δὲ τὴν ἐνέργειαν κέκληκε. Κλέαρχος δὲ, τῶν

72, 3. γεγράφασιν] γεγραφήκασιν B. v. Bast. Ep. Crit. p. 200=242. 7. Ὅμηρον] τίμαιον B. et in marg. τιμαίου. 9. Ἀετίῳ ξυγγεγραμμένων] ἀέτω ξυγγεγραμμένα B. 11. Ἀλκμᾶν] Ἀλκμαίων Vb. 13. τῷ λόγῳ] τῷδε τῷ λόγῳ C. 14. ὁ δὲ—ἐξ ἑαυτῆς] ὁ δέ γε—ἐξαυτῆς B.Va. 17. κέκληκεν] εἴρηκεν Va.

ita igitur insepultam corpori, veluti monumento cuidam, Plato ait ?

Satis igitur, puto, ex iis quæ modo attuli nobis constabit, veteres gentiles philosophos non solum alios ab aliis dissidere, sed iisdem quoque de rebus singulos sibi ipsis discordes pugnantesque inveniri. Atque ut nobis planius innotescat quanta sit inter eos contentio, age iterum ostendamus qualia ea sint quæ de anima celeberrimi philosophorum opinati sunt, quoque pacto eos inanis gloria, ut Homericis verbis utar, *Pugna contendere suasit.* Quæcumque autem divino auxilio fretus dicam, ea de Plutarchi, de Porphyrii, deque Aëtii monumentis dicam. Thales igitur animam esse inquit immobilem naturam : Alcman vero eam inquit sponte sua motabilem : Pythagoras autem, numerum qui seipsum moveat ; cujus opinioni convenit et Xenocrates. Plato, intellectilem substantiam ex se mobilem : Aristoteles Stagirites, entelechian primam naturalis corporis et organici, quod habile aptumque sit vitam accipere : Entelechian vero, actum appellavit. At Clearchus

τεσσάρων εἶναι στοιχείων τὴν ἁρμονίαν· Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξίμανδρος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Ἀρχέλαος ἀερώδη τῆς ψυχῆς τὴν φύσιν εἰρήκασιν. Οἱ δέ γε Στωϊκοὶ, πνευματικὴν, πλείστου μετέχουσαν τοῦ θερμοῦ. Παρμενίδης δὲ καὶ Ἵππασος καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη ταύτην κεκλήκασιν· ὁ δὲ Ἡρακλείδης, φωτοειδῆ· Ἐπίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους, τεττάρων τινῶν ποιοτήτων κρᾶμα, πυρώδους καὶ ἀερώδους καὶ πνευματικοῦ καὶ τετάρτου τινος ἀκατωνομάστου· ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς, μίγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας. Κριτίας δὲ ἐξ αἵματος εἶπε καὶ ἐξ ὑγροῦ· καὶ ἄλλοι δὲ [αὖ] ἄλλα
19 λεληρήκασιν ἐναντία. Καὶ μέντοι καὶ περὶ τὴν ταύτης διαίρεσιν πλείστη γε τούτοις γεγένηται διαμάχη. Πυθαγόρας μὲν γὰρ καὶ Πλάτων διμερῆ ταύτην εἰρήκασι· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς εἶναι λογικὸν, τὸ δὲ, ἄλογον. Διχῇ δὲ [αὖ πάλιν] τὸ ἄλογον ἔτεμον· καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ θυμικὸν εἶναι, τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν [εἶναι.] Ὁ δὲ Ξενοκράτης, καὶ ταῦτα τρίτος ἀπὸ Πλάτωνος ὤν, (Σπευσίππου γὰρ

18. εἶναι om. C. 22. πλείστου] πλείστην C. 24. Ἡρακλείδης] Ἡράκλειτος B. 25. Νεοκλέους] νεοκλεὺς B. 27. ἀκατονομάστου] ἀκατωνομάστου B.C. 29. Κριτίας] Κρατίας C. 35. [αὖ πάλιν] om. B. 37. [εἶναι] om. B.C.

animam esse ait harmoniam quatuor elementorum. Anaximenes, Anaximander, Anaxagoras et Archelaus, aëriam dixerunt animæ naturam esse. Stoici spiritualem quidem eam asseruerunt, sed quæ tamen maxima quoque calidi parte constaret. Parmenides Hippasus et Heracletus luculentam et igneam nuncuparunt. Epicurus Neoclis filius, commixtionem quarundam qualitatum; igneæ videlicet, aëriæ, ac spiritualis; quartæque præterea cujusdam quæ certum nomen non habeat. Empedocles commixtam inquit ex ætheria aëriaque substantia. Critias ex sanguine et humido eam constare inquit. Alii porro alia et quidem contraria attulerunt. Quin et de ipsa animæ divisione maxima est inter philosophos disceptatio. Pythagoras enim et Plato hanc in partis duas distribuunt; quarum altera sit ratione prædita, ratione altera careat. Rursusque hanc posteriorem bifariam secant. Namque alteram ejus partem iracundiæ tribuunt, alteram libidini et cupiditati. Xenocrates vero, ille qui tertius a Platone censetur, (fuit enim audi-

τοῦ Πλάτωνος ἀδελφιδοῦ γεγένηται φοιτητὴς,) τὸ μὲν
20 αἰσθητικὸν [εἶναι] τῆς ψυχῆς ἔφη, τὸ δὲ, λογικόν. Ὁ 40
δὲ Νικομάχου πέντε εἶναι ταύτης ἔφησεν ἐνεργείας, τὴν
ὀρεκτικὴν, τὴν θρεπτικὴν, τὴν αἰσθητικὴν, τὴν μεταβα-
τικὴν, τὴν διανοητικήν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον οἱ Στωϊκοὶ
τὸν ἀριθμὸν ἔστερξαν· ἐξ ὀκτὼ γὰρ μερῶν ἔφασαν 45
τὴν ψυχὴν συνεστάναι, τῆς ὀπτικῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς
ἀκουστικῆς, καὶ τῆς ὀσφραντικῆς, καὶ τῆς γευστικῆς,
καὶ τῆς ἁπτικῆς· ἕκτον δὲ τὸ φωνητικὸν ἔφασαν· καὶ
τὸ σπερματικὸν, ἕβδομον· καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, ὄγδοον,
21 ὑφ' οὗ τούτων ἕκαστον ἐνεργεῖται. Εἶπον δὲ αὐτὴν καὶ 50
ταῖς τοῦ πολύποδος ἐοικέναι πλεκτάναις. Οἱ δέ γε
Πυθαγόρου διάδοχοι ἐκ πέντε στοιχείων τὸ σῶμα κρα-
θῆναι φάντες, (τοῖς γὰρ τέσσαρσι συνέταξαν τὸ αἰθέ- 73
ριον,) ἰσαρίθμους εἶναι ἔφασαν ταύτῃ καὶ τῆς ψυχῆς
τὰς δυνάμεις· καὶ ταύτας ὠνομάκασι νοῦν, καὶ φρόνη-
22 σιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ δόξαν, καὶ αἴσθησιν. Ὅσα δὲ
καὶ περὶ τῆς τοῦ ἡγεμονικοῦ χώρας διηνέχθησαν πρὸς 5

39. αἰσθητικὸν [εἶναι] αἰσθητὸν B. εἶναι om. Va. 41. Νικομάχου] Νικόμαχος Vb. 43. τὴν διαν.] καὶ τὴν διαν. C. 46. ὀσφραντικῆς] ὀσφρητικῆς B. 49. ἡγεμονικὸν] ἡγεμονοῦν B.
73, 1. τέσσαρσι] τέτρασι B. 2. τούτοις] ταύτῃ B.C.Va. 5. καὶ om. C.

tor Speusippi, Platonis ex sorore nepotis) in facultatem sentiendi ac vim rationis animam partitus est. At Nicomachi filius Aristoteles quinque illi officia partesque tribuit, appetendi, nutriendi, sentiendi, gradiendi, et cogitandi. Stoici vero quinarium hunc numerum non admittunt, sed ex octo partibus animam constare dixerunt; ex quinque videlicet sensibus, visu, auditu, olfactu, gustu et tactu, sexta vocali potentia, septima seminali, octava principali ac domina, quasi stirpe a qua singulæ illatum partium suum peragendi munus vires sortitæ sunt. Animam præterea dixerunt polypi brachiis perquam similem esse. Pythagoræ autem successores, e quinque elementis constare corpus asserentes, (quatuor enim illis notissimis et quintum ætherium adjunxerunt,) totidem vires animæ affirmarunt esse; quas hisce nominibus appellarunt, intellectum, prudentiam, scientiam, opinionem, sensum. Quanta item inter eos controversia sit in collocanda principaliori animæ vi,

ἀλλήλους, ῥᾴδιον διαγνῶναι. Ἱπποκράτης μὲν γὰρ καὶ Δημόκριτος καὶ Πλάτων ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτο ἱδρύσθαι εἰρήκασιν· ὁ δὲ Στράτων, ἐν μεσοφρύῳ· Ἐρασίστρατος δὲ ὁ ἰατρὸς, περὶ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου μήνιγγα, ἣν καὶ ἐπικρανίδα λέγει· Ἡρόφιλος δὲ, ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίᾳ· Παρμενίδης δὲ καὶ Ἐπίκουρος, ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι· Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Ἀριστοκλῆς καὶ τῶν Στωϊκῶν ἡ ξυμμορία τὴν καρδίαν ἀπεκλήρωσαν τούτῳ. Καὶ τούτων δ' αὖ πάλιν οἱ μὲν, ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας· οἱ δὲ, ἐν τῷ αἵματι· καὶ οἱ μὲν, ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι· οἱ δὲ, ἐν τῷ διαφράγματι. Καὶ Πυθαγόρας μὲν καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Διογένης καὶ Πλάτων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ξενοκράτης ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχὴν ἀπεφήναντο· ὁ δὲ Ἡράκλειτος τὰς ἀπαλλαττομένας τοῦ σώματος εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν ψυχὴν ἔφησεν, οἷα δὴ ὁμογενῆ τε οὖσαν καὶ ὁμοούσιον. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὰς χωριζομένας τῶν σωμάτων ψυχὰς διαρκεῖν μὲν καὶ καθ' ἑαυτὰς ζῆν ἔφασαν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσθενεστέραν

73, 10. καὶ om. B.Va. Vid. Plutarch. Plac. Phil. p. 909 A. Euseb. P. E. p. 852 B. 13. Ἀριστοτέλης] Ἀριστοκλῆς B. 16. καρδίας] ἀρτηρίας C. 19. ὁ om. B. 22. ἔφησεν] ἔφη Va. 25. διαρκεῖς μὲν καθ'] διαρκεῖν μὲν καὶ καθ' B.C.Vb.

perquam facile est videre. Hippocrates enim Democritusque ac Plato in cerebro sitam esse affirmant: Straton, in medio sinciputio: Erasistratus autem medicus, juxta membranam cerebri, quam epicranidem (hoc est supercipitium, sive supercalvium) vocat: Herophilus, in ventre cerebri: Parmenides et Epicurus, in toto hominis thorace. Empedocles et Aristoteles universaque Stoicorum societas ipsum cor animæ sedem addicunt. Horumque rursus alii eam in cordis ventre constituunt: alii vero in sanguine: alii, ea in chartilagine quæ cor obsepit: alii autem, in ipso diaphragmate. Pythagoras, Anaxagoras, Diogenes, Plato, Empedocles et Xenocrates, animam dixerunt incorruptibilem esse. Heracletus vero animas hominum, corporibus liberatas, concedere ait ad mundi totius animam; utpote quæ sit ejusdem generis ac substantiæ. Stoici vero sejunctas a corporibus animas sibi ipsis ad vitam sufficere affirmarunt: eas tamen quæ sint paulo imbecilliores exiguo temporis spatio superesse: quæ autem validio-

ἐπ' ὀλίγον, τὴν δέ γε ἰσχυροτέραν μέχρι τῆς τοῦ παν-
24 τὸς ἐκπυρώσεως. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος καὶ
Ἀριστοτέλης φθαρτὴν εἶναι ταύτην ἀνέδην εἰρήκασι.
Πλάτων δὲ καὶ Πυθαγόρας, τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς 30
ἄφθαρτον εἶναι, φθαρτὸν δὲ τὸ ἄλογον. Καὶ ὁ μὲν
Πλάτων καὶ τὰ φυτὰ ζῶα κέκληκε, τοῦ τρίτου γε τῆς
ψυχῆς εἴδους τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μόνου μετέχοντα· ὁ δέ
γε Ἀριστοτέλης ζῶα μὲν αὐτὰ εἰπεῖν οὐκ ἠνέσχετο· (τὸ
γὰρ δὴ τῆς αἰσθητικῆς μετέχον ψυχῆς τοῦτο καλεῖσθαι 35
ζῶον ἠξίωσε·) τῆς φυτικῆς μέντοι καὶ θρεπτικῆς ψυχῆς
25 μετέχειν ὑπέλαβε τὰ φυτά. Ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον
οἱ τῆς Ποικίλης οὐ προσεδέξαντο· τὴν γάρ τοι φυτικὴν
δύναμιν καλεῖν ψυχὴν οὐκ ἠνέσχοντο. Ζήνων δὲ ὁ 40
Κιτιεὺς, ὁ τῆσδε τῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, τοιάδε περὶ
ψυχῆς δοξάζειν τοὺς οἰκείους ἐδίδαξε φοιτητάς· Τὸν γάρ
τοι ἀνθρώπινον θορὸν, ὑγρὸν ὄντα καὶ μετέχοντα πνεύματος,

26. τὴν δέ γ' ἰσχυρὰν] τὴν δ' ἰσχυροτέραν B. ἰσχυροτέραν item C. 28. εἶναι om. C. 32. γε τῆς ψυχῆς εἴδους] μέρους τῆς ψυχῆς C. μέρους Vb. 33. ὁ δέ γε] γε om. B. 34. Ἀριστοτέλης] περὶ ψυχῆς β. 16. Themist. de An. 2. c. 8. et 43. URSIN. 35. μετέχον] μετέχειν C. 39. τὸ γὰρ τὴν] τὴν γάρ τοι B.C. 40. Κιτιεὺς] Κητιεὺς B. 42. οἰκείους] οἰκείας B. μαθητὰς Vb. pro φοιτητάς.

res, perdurare usque ad mundi conflagrationem. Democritus, Epicurus, et Aristoteles, animam corruptibilem esse impudenter asseruerunt. Plato et Pythagoras, rationalem dumtaxat animæ vim dixerunt esse incorruptibilem; quæ autem ratione caret, corrumpi. Ac Plato quidem etiam plantas inter animalia reponit, sed quæ tertiam animæ vim solam inditam habeant, quæ concupiscibilis nuncupatur. At Aristoteles exhorruit plantas animalia appellare: quod enim sentiendi munere præditum est, id solum animalis nomine dignum censuit: germinalem tamen animam, cujus munia sunt, augeri, gignere, ac nutriri, inesse plantis opinatus est. Verum hanc illius opinionem qui a varia porticu Stoici philosophi cognominantur minime admiserunt: germinalem siquidem vim indignam putarunt quæ anima diceretur. Zeno tamen Citiensis, a quo duce Stoicorum secta defluxit, ea sectatores suos atque discipulos de anima opinari instituit: genitale siquidem hominis semen, quod humore ac spiritu præditum esse cernitur,

τῆς ψυχῆς ἔφησεν εἶναι μέρος τε καὶ ἀπόσπασμα, καὶ τοῦ τῶν προγόνων σπέρματος κέρασμά τε καὶ μίγμα, ἐξ ἁπάντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων συναθροισθέν. Οὗ δὴ χάριν αὐτὴν καὶ φθαρτὴν προσηγόρευσεν. Νουμήνιος δὲ ὁ Πυθαγόρειος, πρὸς τούτους ἀποτεινόμενος, ἔφη· Τὴν δὲ ψυχὴν γεννητήν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινας χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων, μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων· τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς ποιούς τινας χρόνους. Καὶ ὁ Λογγῖνος δὲ αὐτῶν ἄντικρυς κατηγορεῖ, ὧδε γράψας· Ζήνωνι μὲν [γὰρ] καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειεν ἄν τις δικαίως, οὕτω σφόδρα ὑβριστικῶς περὶ τῆς ψυχῆς διαλεχθεῖσιν. Ἄμφω γὰρ τοῦ στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν ἔφασαν. Ἄντικρυς δὲ τούτων ἐναντία τὰ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι δόξαντα· θείαν γὰρ δὴ μοῖραν τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι. Ξυμφωνεῖ

44. ἔφησέν om. B. εἶναι om. C. 47. ἀποτεινόμενος] ἀποφαινόμενος Vb. 49. τε καὶ] τε om. B.

74, 1. ἀναλύσεως] ἀναλώσεως B.Va. Sed vulg. tenet Numenius Eusebii P. E. p. 822 B. 4. νεμεσήσειεν] νεμεσήσαιεν C. qui om. γάρ. 5. ὑβριστικῶς om. C. 6. διαλεχθεῖσιν] διατεθεῖσιν B.Va. Vulg. habet Eusebius P. E. p 823 C.

partem esse animæ quandamque veluti abscissionem putavit, confusaneamque mixtionem seminis patrum majorumque nostrorum, de cunctis animæ particulis in unum collectam, ejusque rei causa corruptibilem eam dixit. Numenius autem Pythagoricus contra hos invectus hæc inquit [Euseb. P. E. p. 822 B.]: *Animam vero isti generabilem corruptibilemque affirmant; non tamen eam inquiunt, simul atque corpore absoluta sit, illico interire; sed suis opibus innixam perdurare ad quædam temporis spatia: proborum quidem virorum animas superfore, usquedum universus orbis incendio absumatur: stultorum vero hominum, ad nescio quæ tempora esse duraturas.* Longinus quoque sic eos manifeste accusat [Euseb. P. E. p. 823 C.]: *Zenoni quidem ac Cleanthi jure optimo succensere quis possit, qui de anima ita contumeliose loquuti sint. Uterque enim esse animam solidi corporis evaporatum quendam exhalationemque dixerunt.* His autem prorsus contraria ipsi Pythagoræ ac Platoni visa sunt: intellectum enim divinam esse partem affirmarunt. Cum quibus sensit et Nicomachi filius Aristoteles; tam-

δὲ καὶ ὁ Νικομάχου τῷδε τῷ λόγῳ, καίτοι θνητὴν εἶναι ἀποφηνάμενος τὴν ψυχήν· ἄλλο τι γὰρ εἶναι τὸν νοῦν παρὰ ταύτην ὑπέλαβε. Καὶ οἱ περὶ Πλάτωνα δὲ καὶ Πυθαγόραν θύραθεν τοῦτον εἰσκρίνεσθαι λέγουσιν. Πάλιν δ' αὖ, οἱ μὲν αὐτῶν αὐτοκράτορα τὸν νοῦν ἔφασαν εἶναι, καὶ ἄγειν δύνασθαι, ᾗ ἂν ἐθέλῃ, τὰ πάθη· οἱ δὲ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ εἱμαρμένης ἀπεφήναντο δοῦλον, καὶ πρὸς τὰ τῶν Μοιρῶν ἄγεσθαι νήματα, καὶ τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιδινήσεως καὶ τῆς τῶν ἄστρων συνόδου τὰς 29 τούτου πράξεις καὶ ἐνεργείας ἠρτῆσθαι. Ὁ δέ γε Πλάτων τὴν ἐναντίαν τούτοις περὶ ψυχῆς ἐξεπαίδευσε δόξαν. Ἐλευθέραν γὰρ αὐτὴν ἔφησεν εἶναι, καὶ δέσποιναν τῶν ἐνοχλούντων παθῶν, καὶ ἑκοῦσαν ἢ τῇδε ἢ ἐκεῖσε χωρεῖν, καὶ ἐθελουσίως γε ἢ νικᾶν ἢ ἡττᾶσθαι. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἐν τοῖς Νόμοις δεδήλωκε. Λέγει δὲ οὕτως· Κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν [ἡ] πρώτη καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι [αὐτὸν] ὑφ' ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον· ταῦτα γὰρ ὡς πολέμου ἐν 30 ἑκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σημαίνει. Καὶ αὖ

14. θύραθεν] οὐρανόθεν B. 16. ὡς ἂν ἐθέλῃ] ᾗ ὡς ἂν θέλῃ B. 18. ἄγεσθαι] λέγεσθαι B.Va. Vid. infra v. 43. η 21. ἐναντίαν τούτοις] τούτοις om. B. 23. ἔφησεν εἶναι] εἶναι φ B.Va. 28. ἡ πρώτη] ἡ om. B.C.Va. πρώτη τε καὶ Vb. 29. αἴσχιστον] πάντων αἴσχιστον Vb.

etsi corruptibilem animam esse dixerit: aliud enim esse intellectum ab ipsa anima opinatus est. Platonici vero ac Pythagorici extrinsecus insinuari intellectum dicunt. Horumque alii, sui dominum esse, moderarique affectus ut velit: alii vero, et necessitatis et fati servum esse dixerunt, agique Parcarum filis protractum; ac pendere denique omnia quæ is agat de superno cæli rotatu siderumque congressu. Plato autem contraria prorsus asserit. Liberam enim esse animam sensit, dominamque eorum quibus perturbetur affectuum, sponteque ipsam sua huc atque illuc agitari. Suæ demum voluntati referre acceptum, quod vincat, quodque succumbat. Hoc vero ipsum Plato suis in Legibus ita manifeste ostendit [p. 626 E.]: *Hic quoque, o hospes, cum quis seipsum vincit, prima hæc victoriarum atque optima est victoria. Cum autem quis a seipso superatur, hoc vero ipsum est pessimum ac turpissimum. Hæc enim ita contingunt, tamquam contra nos ipsos bellum aliquod nobis insit.*

πάλιν μετ' ὀλίγα· Τόδε δ' ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ σμήρινθοί τινες ἐνοῦσαι σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι γε οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. Μίαν γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων εἶναι ἀρχήν· ᾗ συνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν μετρίως τῶν ἄλλων ἕκαστον· ταύτην δὲ εἶναι τὴν τοῦ λογι-
31 σμοῦ ἀγωγήν. Ἄντικρυς δὲ διὰ τούτων δεδήλωκεν, ὡς οὔτε φύσιν ἐλάχομεν πονηρὰν καὶ κατὰ ἀνάγκην καὶ βίαν πλημμελοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, οὔτε ὑπὸ τῶν τῆς Κλωθοῦς νημάτων ἀγόμεθα, οὔτε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἄστρων συνόδου πρὸς τὸ πρακτέον ὠθούμεθα· ἀλλ' ἀγωνίζεται μὲν πρὸς ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ, τοῦ δὲ νικᾶν ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἐθελήσῃ νεῦσαι πρὸς ἀρετήν· καὶ ἕλκει μὲν ἡ ἐπιθυμία πρὸς ἑαυτὴν, ἀνθέλκει δὲ ὁ θυμός· ἔχει δὲ τοῦ πείθεσθαι, ἢ μὴ, τὴν ἐξουσίαν ὁ λογισμός· ἡνιοχεῖν γὰρ ἐτάχθη καὶ ἄγειν, ἀλλ' οὐκ ἄγεσθαί τε καὶ

33. σμήρινθοι] μήρυνθοι B. 34. καὶ ἀλλήλαις] καὶ γὰρ ἀλλ. B. 35. οὗ B. 36. δεῖν] δεῖ C. ex em. 39. λογισμοῦ] λόγου B.Va. 51. τε καὶ] τε om. C.

Rursusque idem Plato paulo post [p.644E.]: *Scimus hoc autem, hujusmodi affectus, tamquam insitos nobis nervos quosdamque funiculos, trahere nos prorsum, retrorsumque revocare; sicutque ipsi contrarii sibi sunt, ita et nos trahere in contrarias functiones, quam ubi discreta jam sit sedes vitii ac virtutis. Dictat enim ratio unum esse tractionum ejusmodi principatum; quem si quis ita consectetur ut ab eo numquam deficiat, plane persentiet modicas omnino esse vires affectionum, quæ in contrarias partes sese trahere conentur. Hunc vero ductum ac principatum rationis esse asserimus.* His itaque verbis Plato ostendit, nequaquam nos ab initio malam naturam sortitos esse, neque ulla necessitate aut violentia cogi homines ad peccandum: non denique agi Parcarum filis, neque astrorum congressu ad ea quæ sunt agenda compelli: sed esse animæ cum seipsa certamen, adesseque illi victoriæ facultatem, si modo inclinare ad virtutem constituat. Trahit itaque libido hominem ad seipsam; ab adverso autem trahit eundem et irascentiæ vis; habet ratio parendi ac repugnandi liberam potestatem. Sunt enim illius partes, ut aurigam se præbeat, agatque ceteros; non ut agatur ipsa trahaturque. Comprobavit autem hanc eandem sententiam Plato et in decimo

32 σύρεσθαι. Ἐκράτυνε δὲ τόνδε τὸν λόγον καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων, ταῦτα εἰπών· Τῆς δὲ γενέσεως τοῦ 75 ποιοῦ τινος ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστου ἡμῶν αὐτῶν τὰς αἰτίας· ὅπῃ γὰρ ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ ὁποῖος ἂν ᾖ τὴν ψυχὴν, ταύτῃ σχεδὸν ἑκάστοτε καὶ τοιοῦτος ἡμῶν γίνεται ἅπας ὡς τὸ πολύ. Καὶ μετὰ βραχέα δὲ καὶ ταῦτα 5 προστέθεικε· Μείζων δὲ δὴ ψυχὴ κακίας καὶ ἀρετῆς, ὁπόταν μεταλάβῃ διὰ τὴν αὐτῆς βούλησίν τε καὶ ὁμιλίαν γιγνομένην ἰσχυράν· ὁπόταν μὲν ἀρετῇ θείᾳ προσμίξασα γίνεται διαφερόντως τὰ τοιαῦτα διαφέροντα, καὶ μετέλαβε 10 τόπον ἅγιον, ὅλη μετακοσμηθεῖσα εἰς ἀμείνω τινα τόπον ἕτερον· ὅταν δὲ τἀναντία, κατὰ τοὺς τἀναντία μεθιδρύσατο 33 τὸν αὐτῆς βίον. Κἀνταῦθα παραπλησίως ἐδίδαξεν, ὡς τῇ βουλήσει τῆς ψυχῆς ἀπένειμεν ὁ ποιητὴς τῶν κρειττόνων καὶ τῶν χειρόνων τὴν αἵρεσιν. Τὸ μὲν γὰρ τῆς 15 γνώμης αὐθαίρετον τῇδε ῥέπειν ἢ ἐκεῖσε παρασκευάζει, ἡ δὲ ὁμιλία καὶ τὸ ἔθος ἰσχυρὰν τὴν ἕξιν ἐργάζεται.

75, 2. ἑκάστου—αὐτῶν] ἑκάστω—αὐτῷ B. 3. ἂν ᾖ—ταύτῃ] ἂν ὦν—τοιαύτη B. ἂν ᾖ—τοιαύτη Va ἂν ὦν—ταύτη Vb. 4. ἑκάστοτε] ἑκάστωτε C. 8. ἀρετὴ θεία C. 11. μετακομισθεῖσα Sirm. 12. κατὰ τοὺς τἀναντία om. B. 17. ἔθος] πάθος B.

Legum suarum libro, his verbis [p. 904 B] : *Causas autem qualitatis cujuspiam pendere Deus dimisit a nostris singulorum voluntatibus. Qua enim præditus cupiditate fuerit qualiterve animum affectus, eo fere semper modo talisque unusquisque nostrum plerumque fieri consuevit. Major est igitur anima et potentior, quam sit virtus et vitium: quandoquidem et sua ipsius voluntate et valida consuetudine immutatur. Etenim cum divinæ virtuti commiscetur, egregie transit in egregiam illam virtutem, sanctique cujusdam loci fit particeps; tota nimirum tralata in locum alium potiorem: cum vero contraria virtuti elegerit, ad contrarias quoque sedes vitam suam traducit atque constituit.* Hoc igitur etiam loco Plato nos docuit animæ nostræ creatorem Deum penes illius potestatem tribuisse meliorum rerum pejorumque optionem. Optio enim animi, ac delectus, afficit nos ut vel huc vel illuc inclinemus: conversatio autem, ipsaque adeo consuetudo, valide inhærentem habitum parit. Cum itaque anima virtutis adamantior facta ejus sibi formam impresserit, in alium quendam locum commigrat, sanctum illum

Ὅταν οὖν ἀρετῆς ἐρασθεῖσα τὴν ταύτης ἰδέαν ἐκμάξηται, εἰς ἕτερόν τινα μεταβαίνει τόπον ἅγιόν τε καὶ πολλῷ τῶν παρόντων ἀμείνονα· τὴν δὲ κακίαν ἑλομένη, καὶ τὸν ἐπονείδιστον βίον ἀσπασαμένη, λαγχάνει πάλιν τὸν κατάλληλον χῶρον. Κἀν τῷ δευτέρῳ δὲ τῆς Πολιτείας ξυνῳδὰ τούτοις ξυνέγραψε· λέγει δὲ ταῦτα· Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ Θεός; Ἴῳ ὄντι γε. Καὶ λεκτέον οὕτως; Τί μήν; Οὐδὲν δὲ τῶν ἀγαθῶν βλαβερόν; ἦ γάρ; Οὔ μοι δοκεῖ. Ἆρα τὸ μὴ βλαβερὸν βλάπτει; Οὐδαμῶς. Ὁ δὲ μὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; Οὐδαμῶς. Οὐδ' ἄν τινος εἴη κακοῦ αἴτιον; Πῶς γάρ; Τί δέ; ὠφέλιμον τὸ ἀγαθόν; Ναί. Αἴτιον ἄρα εὐπραγίας; Ναί. Οὐκ ἄρα γε πάντων αἴτιον τὸ ἀγαθόν· ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων πάντων, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον. Παντελῶς γε, ἔφη. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὁ Θεὸς, ἐπεὶ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος· πολὺ γὰρ ἐλάττω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν ἡμῖν· καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλα ἅττα δεῖ ζητεῖν αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν Θεόν.

24. ξυγγέγραφε] συνέγραψε B.C. 28. τι ποιεῖ; οὐδὲ τοῦτο. ὃ δέ γε μηδὲν κακὸν ποιεῖ, οὐδ' ἂν Sirm. 29. οὐ γὰρ B. 30. αἴτιον—ναὶ om. B. 31. πάντων] αἴτιον Sirm. 36. πολὺ γὰρ] πολὺ δὲ B.

quidem ac longe præsentibus potiorem: contra autem, cum vitium præoptarit, turpemque vitam sectata sit, tunc quoque convenientem sibi locum sortitur. In secundo etiam Reipublicæ libro, consona his Plato conscripsit. Sic enim inquit [p. 379 B.]: *Bonus est igitur Deus? Profecto bonus est. Atque ita asserendum est? Quidni sit? Nihil ergo erit noxium quod sit bonum? Nihil; quantum mihi videtur. Nocebitne igitur quod non est noxium? Minime. Neque vero esse poterit alicujus mali causa? Qui enim possit? Quid igitur? utilene erit quod est bonum? Aio ego. Eritne igitur causa rei bene gerendæ? Erit inquam. Quod itaque bonum est, rerum omnium causa non erit, sed omnium dumtaxat quæ bene se habent? Non erit, inquam ego; quoniam bonus est Deus. Omnium inquam rerum causa non erit, sicuti multi aiunt: ac paucarum quidem quæ hominibus accidunt erit causa, multarum vero non erit: quandoquidem nobis multo pauciora malis bona contingunt. Ac bonorum quidem causa in nullum alium præterea referenda est: malorum vero aliæ quædam inquirendæ sunt causæ: at Deus*

Ἀληθέστατα, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀποδεκτέον, οὔτε Ὁμήρου, οὔτε ἄλλου ποιητοῦ, ταύτην τὴν ἁμαρτίαν ἀνοήτως περὶ τοὺς θεοὺς ἁμαρτάνοντος, καὶ λέγοντος ὡς δύο

πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
κηρῶν ἔμπλειοι· ὁ μέν, ἐσθλῶν· αὐτὰρ ὁ, δειλῶν.

Καὶ ᾧ μὲν ἂν μίξας ὁ Ζεὺς ἀμφότερα δῷ,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅδε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

Οὕτω δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ μέντοι καὶ Αἰσχύλου. Εἶτα ἐπάγει· Κακῶν δὲ αἴτιον φάναι τὸν Θεὸν, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ· μήτε τινα λέγειν ταῦτα ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μήτε τινα ἀκούειν, μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ μήτε ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα· ὡς οὔτε ὅσια ἂν λεγόμενα, εἰ λέγοιτο· οὔτε ξύμφορα ἡμῖν, οὔτε ξύμφωνα αὐτοῖς. Ξύμψηφός σου εἰμὶ, ἔφη, τούτου τοῦ νόμου, καί μοι ἀρέσκει. Οὗτος μέντοι,

40. Ὁμηρου—ἄλλον ποιητὴν—ἁμαρτάνοντας—λέγοντας] Ὁμήρου—ἄλλου ποιητοῦ—ἁμαρτάνοντας—λέγοντος B.C. 44. αὐτὰρ] ἀτὰρ B. 46. κακῶν ὅ γε μείρεται] κακῷ ὅγε κύρεται B.C. et mox ἐσθλῷ B. Supra κιμμίξας et ἀμφοτέρων Sirm. 48. τὰ τοιαῦτα] τὰ om. B. 49. Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου C. 52. εὐνομήσασθαι] εὐνομήσεσθαι B. εὐνομήσασθαι C.

76, 3. καί μοι] καί μοι καὶ B.

*inquirendus non est. Verissime, inquit is, dicere mihi videris. Igitur, inquam ego, nec Homerus nec Hesiodus audiendi sunt; qui peccatum hoc de diis stultissime peccant. Aiunt enim; Dolia bina sedent stellanti sub Jovis aula, Fataque discretim bona sunt hoc, tristia in illo. Cuique Deus dextra commiscens, utraque porgit. Nunc bona sortitus, gaudet; nunc tristia, mœret. Sunt itidem et alia hujus generis, quæ apud Homerum quæque apud Hesiodum Æschylumque leguntur. Tum* præterea et hæc infert: *Modis autem omnibus pugnandum est, ne Deus qui bonus est dicatur esse malorum causa; neve qui justis legibus victurus sit verba hæc dicat in sua civitate; neve quis loquentem exaudiat, seu junior sit ille, seu senior, qui vel metro vel soluta oratione talia mentiatur, fabuloseque confingat: utpote quæ, si ullo modo dicantur, neque sancta sint, neque nobis utilia, neque sibi admodum consona. Faveo, inquit ille, tibi in lege hac: mihi enim valde est cordi. Hæc igitur, in-*

ἦν δ' ἐγὼ, εἰς ἂν εἴη τῶν περὶ Θεοῦ νόμων τε καὶ τύπων, ἐν οἷς δεήσει τούς τε λέγοντας λέγειν, καὶ τοὺς ποιοῦντας ποιεῖν, μὴ πάντων αἴτιον τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν. Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς Θεοῦ καὶ περὶ ἡμῶν δέ γε αὐτῶν καὶ φρονεῖν καὶ δοξάζειν ὁ Πλάτων ἐδίδαξε, καὶ τοὺς κακῶν αἴτιον εἶναι τὸν Θεὸν λέγοντας ἐξελαύνειν ἐκέλευσεν· καὶ γὰρ ἀνόσιον εἶναι τόνδε τὸν λόγον φησὶ, καὶ ἀξύμφορον ἡμῖν καὶ ἀξύμφωνον ἑαυτῷ. Εἰ γὰρ ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, ὥσπερ οὖν [καὶ] ἀγαθὸς, (κοινὸς γὰρ οὗτος ὁ λόγος,) οὐκ ἄρα κακῶν αἴτιος γένοιτ' ἂν [ὁ ἀγαθός.] Εἰ δὲ ἀναίτιος ὁ Θεὸς τῶν γινομένων κακῶν, (κακὰ δὲ κυρίως ὀνομάζομεν οὐ τὰ παρὰ πολλῶν νομιζόμενα, πενίαν, καὶ νόσον, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐστι παραπλήσια, ἃ ξυμφορὰς ὀνομάζειν φίλον τισιν, ἀλλὰ κακίαν, καὶ ἀκολασίαν, καὶ τὰς ἄλλας παρανομίας,) ὑφ' ἡμῶν δὲ ταῦτα τολμᾶται· ἡμεῖς ἄρα τούτων αἴτιοι, καὶ οὐχ ὁ τἀναντία νομοθετήσας Θεός· ταῦτα γὰρ ἡμᾶς φρονεῖν καὶ Σωκράτης καὶ Πλάτων ἐδίδαξαν, οὗτοι καὶ

10. κακῶν] κακῶς C. 13. καὶ om. C. 15. γένοιτ' ἂν [ὁ ἀγαθὸς] ὁ ἀγαθὸς γένοιτ' ἄν B. 17. νομιζόμενα] ὀνομαζόμενα C.Vb. 18. ἃ] ἃς B. 23. Πλάτων ἐδίδαξαν] ὁ Πλ. ἐδίδαξεν B. ἐδιδαξάτην C.

*quam ego, una lex unaque demum formula sanciatur, in iis quæ dici ab loquentibus, quæque fieri ab agentibus oportebit; ne videlicet sit rerum omnium Deus causa, sed bonarum dumtaxat.* Hæc igitur de Deo qui fecit nos, deque nobis ipsis, et sentire et opinari Plato nos docuit, jussitque civitate extrudi qui dicerent Deum esse malorum causam. Inquit enim, verba ejusmodi nefaria esse nobis perniciosa, sibique ipsis non bene consona. Etenim si bonus est Deus; sicuti bonus est; (communis enim hæc sententia est) non utique erit malorum causa, qui bonus est. Quod si Deus non est causa malorum quæ fiunt, (mala autem proprie appellamus, non ea quæ a multis existimantur mala; paupertatem videlicet, ægritudinem, quæque sunt præterea his similia, quæ nonnullis appellari damna mos est; sed malitiam, libidinem, ceterasque iniquitates,) nos igitur hæc ipsa facere audemus, causaque earum rerum in nos auctores referenda est; in Deum vero nequaquam, cum ipse etiam latis legibus contraria fieri mandarit. Hæc itaque nos sentire et Socrates et Plato docuerunt; hique animæ illam vim, quæ ratione prædita est, divinam appellarunt. Est autem operæ

τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς θεοειδὲς προσηγόρευσαν. Καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι Σωκράτους τῷ Ἀλκιβιάδῃ λέγοντος· (καὶ ταῦτά γε ὁ Πλάτων ξυνέγραψεν·) Ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅ τι τῆς ψυχῆς ἐστι θειότατον ἢ τοῦτο περὶ ὃ εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν ἐστιν; Οὐκ ἔχομεν; Τῷ Θεῷ οὖν τοῦτο ἔοικεν αὐτῆς· καί τις εἰς τοῦτο βλέπων, καὶ πᾶν τὸ θεῖον γνοὺς, θεόν τε καὶ φρόνησιν, οὕτω καὶ ἑαυτὸν γνοίη μάλιστα. Παραπλήσια δὲ κἀν τῷ Φαίδωνι λέγει· Θῶμεν γὰρ βούλει, ἔφη, δύο εἴδη τῶν ὄντων· τὸ μέν, ὁρατόν· τὸ δὲ, ἀειδές; Θῶμεν, ἔφη. Καὶ τὸ μέν, ἀειδὲς, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον· τὸ δὲ, ὁρατὸν, μηδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον; Καὶ ταῦτα θῶμεν, ἔφη. Φέρε δὴ, ἦδ' ὅς, ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν, τὸ μέν, σῶμά ἐστι· τὸ δὲ, ψυχή; Οὐδὲν ἄλλο, ἔφη. Πότερον οὖν ὁμοιότερον τῷ εἴδει φαμὲν εἶναι καὶ ξυγγενέστερον τὸ σῶμα; Παντὶ, ἔφη, τοῦτό γε δῆλον ὅτι τῷ ὁρατῷ. Τί δὲ ψυχή; ὁρατὸν, ἢ ἀειδές; Οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων γε, ὦ Σώκρατες, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ἡμεῖς γε τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἐλέγομεν, ἢ ἄλλῃ τινὶ οἴει; Τῇ τῶν

26. τάδε] ταῦτά γε B. ταῦτα δὲ C. 28. τούτου] τοῦτο B. qui om. mox ὅ cum C. post φρυνεῖν. 33. βούλει om. B. 36. ἔχον om. B. 39. ποτέρῳ Sirm.

precium verba Socratis audire Alcibiaden alloquentis, quæ sic apud Platonem scripta inveniuntur [p. 133 B.]: *Possumusne igitur dicere partem animæ divinissimam esse? an de hac ipsa re, nec scire quæ sit, nec supere quicquam possumus? Hæc itaque animæ vis Deo est similis. Atque hoc aliquis intuens, omneque divinum cognoscens, Deumque et prudentiam; ita et seipsum nosse maxime poterit.* Similia vero his et in Phædone scripta sunt [p. 79 A.]: *Vis enim,* inquit, *ponamus duas rerum species; quarum altera videri possit, altera vero non possit? Ponamus, inquit. Quodque videri non potest, semper eodem modo se habeat; quod autem potest, non itidem habeat? Et hoc, inquit, ponamus. Age itaque, inquit ille; aliudne quicquam nostri statuemus, an hoc solum, quod videlicet altera nostri portio est corpus, altera vero anima? Nihil aliud, inquit ille. Utri autem rerum speciei similius esse corpus dicemus atque cognatius? Universo, inquit ille; huic videlicet quod oculis cerni potest. Quid vero anima? viderine poterit, an non poterit? Ab hominibus, o Socrates, videri non poterit. Nos autem cum po-*

ἀνθρώπων, ἔφη. Τί οὖν περὶ ψυχῆς λέγομεν, ὁρατὸν ἢ ἀόρατον εἶναι; Οὐχ ὁρατόν. Ἀειδὲς ἄρα; Ναί. Ὁμοιότερον [οὖν] ἄρα ἡ ψυχὴ σώματός ἐστι τῷ ἀειδεῖ· τὸ δὲ σῶμα,
42 τῷ ὁρατῷ; Πᾶσα ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. Πολλὰ δὲ καὶ 50
ἄλλα τοιαῦτα διεξελθὼν, ἐπήγαγε· Ποτέρῳ οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; Δηλαδὴ, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ, τῷ θείῳ· τὸ δὲ σῶμα, τῷ θνητῷ. Καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τί οὖν; 77
Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἆρα οὐχὶ σώματι μὲν ταχὺ διαλυθήσεσθαι προσήκει, ψυχῇ δ' αὖ τὸ παράπαν ἢ ἀδιαλύτῳ
43 εἶναι, ἢ ἐγγύς [τι] τούτων; Πῶς γὰρ οὔ; Εἶτα εἰπὼν ὅπως τὸ σῶμα διαλύεται, ἐπήγαγεν· Ἡ δὲ ψυχὴ εἰς τὸ 5
ἀειδὲς ἢ εἰς τοιοῦτον ἕτερον τόπον τινὰ οἰχομένη γενναῖον καὶ ἄριστον [καὶ ἀειδῆ εἰς ᾅδου,] φοιτᾷ ὡς ἀληθῶς παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον Θεὸν, οὗ ἂν Θεὸς ἐθέλῃ, αὐτίκα καὶ τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἰτέον, αὐτὴ δὲ ἡμῖν ἡ τοιαύτη καὶ οὕτω 10
πεφυκυῖα ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος εὐθὺς διαπεφύσηται καὶ ἀπόλωλεν, ὡς φασὶν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι;

45. ἔφη om. B. 47. ἡ ψυχὴ] ἡ om. B.C. 48. ὁρατῷ] ἀορατῷ B.
77, 2. διαλυθήσεσθαι] διαλύεσθαι B. 3. ἀδιαλύτῳ] ἀϊδία οὕτως B.
4. τούτων] τούτου Sirm. 5. εἰς τὸ] ἆρα τὸ Sirm. et om. mox ἢ.
9. αὐτὴ] αὕτη B. ἰστέον C. pro ἰτέον.

*neremus alia esse quæ videri possent, alia quæ non possent, hominibusne putas, an alii cuipiam naturæ videri posse dicebamus, ac videri non posse? Hominibus, inquit ille. De anima igitur quid dicemus? visibilemne esse, an invisibilem? Aio ego non esse visibilem. Ergo invisibilem esse ais? Ita est prorsus. Est ergo anima similior invisibili quam sit corpus: at visibili corpus est assimilius. Ita est necesse dici, o Socrates.* Multa vero alia prosequutus, hæc quoque addidit: *Utri tandem anima erit assimilis? Plane constat, o Socrates, animam divinæ rei persimilem esse; corpus vero ipsum, mortali.* Rursusque paulo post; *Quid igitur? cum hæc ita se habeant, an non, quæso, corpori quidem convenit cito dissolvi, animæ vero prorsus convenit ut vel sit insolubilis, vel ad aliquid quod ejusmodi sit proxime accedat? Qui hoc enim non sit?* Cumque ostendisset quo pacto corpus dissolvatur, ita hæc attulit; *Anima vero ad invisibile, aut in alium quendam hujusmodi locum se conferens nobilem illum atque optimum, proficiscitur sine dubio ad bonum et prudentem Deum: quo, si Deus velit, illico et meæ animæ proficiscendum erit. Cum itaque nostra hæc anima talis sit, eaque prædita sit natura postquam corpus evasit; efflatane, quod multi*

Πολλῷ γε δεῖ, ὦ φίλε Κέβης τε καὶ Σιμμία· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ὧδε ἔχει. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν δείκνυσι διαρρήδην.

44 Τοσαύτην καὶ ξυγγραφεῖς καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ καὶ ψυχῆς πέρι καὶ σώματος καὶ αὐτῆς γε τῆς τοῦ ἀνθρώπου ξυστάσεως πρὸς ἀλλήλους ἐσχήκασιν ἔριν καὶ διαμάχην· οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα πρεσβεύοντες, οἱ δὲ τούτων τε κἀκείνων ἐναντίαν δόξαν ὠδίνοντες. Οὐ γὰρ τἀληθὲς μαθεῖν ἐπεθύμησαν, ἀλλὰ κενοδοξίᾳ καὶ φιλοτιμίᾳ δουλεύσαντες καινῶν εὑρεταὶ κληθῆναι
45 δογμάτων ἐπεθύμησαν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸν πολὺν ὑπομεμενήκασι πλάνον, τῶν ὕστερον ἐπιγενομένων ἀνατετραφότων τῶν πρεσβυτέρων τὰς δόξας. Καὶ Ἀναξίμανδρος μὲν, τελευτήσαντος ἤδη τοῦ Θάλεω, τοῖς ἐναντίοις ἐχρήσατο δόγμασι· καὶ Ἀναξιμένης δὲ μετὰ τὸν Ἀναξιμάνδρου γε θάνατον ταὐτὸ τοῦτο πεποίηκε· καὶ
46 Ἀναξαγόρας [δὲ] ὡσαύτως. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἔτι ζῶντι τῷ Πλάτωνι προφανῶς ἀντετάξατο, καὶ τὸν κατὰ

23. κενῶν] καινῶν B. 25. ὑπομεμενήκασι] ὑπομεμνήκασι Vb. 26. ἀνατετραφότων] ἀνατετροφότων B. 31. δὲ om. B.Va. 33. κατὰ om. C.

*aiunt, evanescit illico, prorsusque interit? Immo longe aliter fiet, o carissime Cebes et o Simmia; multoque potius ita se res habet ut dicam.* Tum et quæ sequuntur in eandem feruntur sententiam, manifesteque ostendunt animæ immortalitatem.

Tantam igitur et historici et philosophi et poëtæ, tum de anima, tum de corpore, tum de hominis genitura et constitutione, inter se litem exercent, dum alii quidem hæc, alii vero illa præferunt, alii rursus et his et illis contrariam opinionem adducunt. Neque enim veritatis discendæ studio ac desiderio tenebantur; sed inani gloriolæ ambitionique servientes, optarunt novorum dogmatum inventores vocari. Ex quo sane factum est, ut in errores multos inciderint, dum ii qui posterius succedebant, majorum opiniones evertere conarentur. Anaximander enim, Thalete jam mortuo, contraria illi sensisse dicitur. Anaximenes quoque, post Anaximandri mortem idipsum fecit; idemque Anaxagoras. Aristoteles autem, Platoni adhuc viventi manifeste adversum se præ-

τῆς Ἀκαδημίας ἀνεδέξατο πόλεμον, καὶ οὔτε τὴν διδασκαλίαν ἐτίμησεν ἧς φιλοτίμως ἀπέλαυσεν, οὔτε τοῦ πολυθρυλήτου ἀνδρὸς ἠδέσθη τὸ κλέος, οὔτε τὸ ἐν τοῖς λόγοις κράτος ἔδεισεν, ἀλλ' ἀνέδην πρὸς αὐτὸν παρετάξατο, οὐκ ἀμείνοσιν ἐκείνου, ἀλλὰ πολλῷ γε χείροσι χρησάμενος δόγμασι. Καὶ γὰρ δὴ τὴν ψυχὴν ἐκείνου φάντος ἀθάνατον, οὗτος ἔφη θνητήν· καὶ τὸν Θεὸν εἰρηκότος ἐκείνου προμηθεῖσθαι τῶν πάντων, οὗτος τὴν γῆν, ὅσον ἧκεν εἰς λόγους, τῆς θείας κηδεμονίας ἐστέρησε· τὰ γὰρ δὴ μέχρι σελήνης ἰθύνειν ἔφησε τὸν Θεὸν, τὰ δέ γε ἄλλα ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην τετάχθαι· καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἐνεόχμωσεν, ἃ λέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος παρέλκον ὑπείληφα. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὰς ἀλλήλων εἰκότως καταλελύκασι δόξας· τὸ γὰρ δὴ ψεῦδος οὐ μόνον τῇ ἀληθείᾳ πολέμιον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ· ἡ δέ γε ἀλήθεια ξύμφωνος ἑαυτῇ, καὶ μόνον ἔχουσα τὸ ψεῦδος πολέμιον. Αὐτίκα τοίνυν ἔστιν εὑρεῖν καὶ περὶ

35. ἀπήλαυσεν] ἀπελαυσεν B. 36. οὔτε] οὐ C. 38. ἀμείνοσιν ἐκείνου] ἀμείνωσιν ἐκείνω B. ubi mox χείροσι suprasc. m. p. ἀμ. ἐκείνων C. 39. τὴν om. B. 41. πάντων] ἁπάντων B. 42. ἐστέρησεν] ἠξίωσεν B. suprasc. οὗ γρ. ἐστέρησεν. 44. ἔφησε] ἔφη B. 45. ἐνεόχμωσεν] ἐνεώχμωσεν C. 46. παρέλκον] πάρεργον B. 52. εὑρεῖν om. C. pro ea v. ἰδεῖν Vb.

buit, contra Academiam bello suscepto. Neque doctrinæ illi honorem ullum rependit, quam liberalissime olim percepit: neque celeberrimi viri gloriam est reveritus, neque Platonicæ eloquentiæ vim pertimuit, sed impudenter illi adversarium sese gessit; cum tamen nequaquam meliorum dogmatum, sed multo pejorum quam Plato ipse, auctor exstiterit. Nam cum ille animam dixerit immortalem esse, hic esse mortalem dixit. Cumque ille dixerit, Deum res omnis providentiæ cura complexum esse; hic, quantum possunt ejus rationes, terrarum orbem divinæ providentiæ exsortem facit. Inquit enim ad lunam usque Dei gubernationem deferri; quæ vero sunt infra lunam fato esse subjecta. Plurima vero et alia, quæ nova atque insolita sunt, adducit; supervacanea prorsus quæ mihi hoc tempore explicentur. Illi ergo merito ac decenter suas ipsimet demoliti sunt opiniones. Falsitas enim, non modo ipsi veritati, sed sibi quoque ipsi contraria est: veritas autem, et sibi est concors, et unam modo falsitatem infestam habet. Itaque

τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως καὶ Μωϋσέα τὸν νομοθέτην, καὶ Δαβὶδ τὸν προφήτην, καὶ τὸν γενναῖον Ἰὼβ, καὶ Ἡσαΐαν, καὶ Ἱερεμίαν, καὶ πάντα τὸν τῶν προφητῶν 78
χορὸν, καὶ Ματθαῖον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Λουκᾶν, καὶ Μάρκον, καὶ Πέτρον, καὶ Παῦλον, καὶ ἅπαντα τῶν ἀποστόλων τὸν θίασον, ξυνῳδὰ πάντας ἀνθρώπους διδά-
50 σκοντας. Οὐ γάρ ἐστιν ἀκοῦσαι τῶν μὲν τούτους, τῶν 5
δὲ ἐκείνους λεγόντων αὐτόχθονας· οὐδὲ τῶν μὲν θνητὴν ἀποφαινομένων, τῶν δὲ ἀθάνατον τὴν ψυχήν· οὐδὲ τούτων μὲν αὐτοκράτορα τῶν παθῶν καλούντων τὸν λογισμὸν, ἐκείνων δὲ ἀνδραποδώδη καὶ δοῦλον ὀνομαζόντων· ἅπαντες γὰρ ξυμφώνως διδάσκουσιν, ἀπὸ γῆς μὲν 10
καὶ ὕδατος καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων διαπλασθῆναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν οὐ προϋπάρχουσαν εἰς τοῦτο καταπεμφθῆναι, ἀλλὰ μετὰ τὴν τούτου δημιουργηθῆναι διάπλασιν· Ἔπλασε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον 15
χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο [ὁ] ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν

78, 1. τῶν προφητῶν] προφητικὸν B. προφητικῶν C. qui supra ἅπαντα. 3. ἅπαντα] πάντα B.Va. 6. τῶν] τῆν B. 7. οὐδὲ] καὶ οὐδὲ B. 9. ἀνδραποδώδη] ἀνδραπώδη B. 13. τὴν] τὸ τὴν C. 15. λαβὼν om. B.

pronum est invenire, vel de ipsa natura hominis et Mosen legislatorem, et prophetam David, et fortissimum virum Iob, et Esaiam quoque, et Hieremiam, universumque prophetarum chorum, Matthæum quoque, Ioannem, Lucam, et Marcum, Paulumque præterea et Petrum, universumque apostolorum cœtum, quæ sint ubique consona cunctos homines docuisse. Neque enim est horum audire alium qui hos homines, alium qui illos archetypos humani generis ac indigenas fuisse testetur: neque alios qui mortalem, alios qui immortalem animam dicant; neque alios qui perturbationum dominam rationem, alios qui mancipium servamque asserant. Omnes enim concordi oratione nos docent ex terra et aqua ceterisque elementis humanum corpus effictum esse; animam vero nequaquam ita in corpus demissam, ut tamen antea per se subsisteret; sed corpore jam plasmato creatam esse. *Plasmavit enim*, inquit, *Deus hominem, pulverem sumens de terra; et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ; factusque est homo in animam viventem.* Neque

51 ζῶσαν. Νοητέον δὲ τὸ ἐμφύσημα οὐκ ἐκροήν τινα πνεύματος ἐκ στόματος γενομένην, (ἀσώματον γὰρ [δὴ] τὸ θεῖον καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον,) ἀλλὰ τὴν φύσιν αὐτὴν τῆς ψυχῆς, ὅτι πνεῦμα ἐστὶ νοερόν τε καὶ λογικόν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ νομοθέτης ἐν τῇ κοσμογενείᾳ ξυνέγραψε· τὰ παραπλήσια δὲ κἀν τοῖς νόμοις διδάσκει. Περὶ γὰρ δὴ τῆς ἐγκύμονος τῆς ἐκ τινῶν πληγῶν ἀμβλωσκούσης διαλεγόμενος, διαμορφοῦσθαι πρότερον ἐν τῇ νηδύϊ λέγει τὸ βρέφος, εἶθ' οὕτω ψυχοῦσθαι· οὐ θύραθέν ποθεν τῆς ψυχῆς εἰσκρινομένης, οὐδέ [γε] ἐκ τῆς γονῆς φυομένης, ἀλλὰ τῷ γε θείῳ ὅρῳ κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐντεθέντα ἐν τῇ φύσει νόμον δεχο-
52 μένης τὴν γένεσιν. Τοῦτο καὶ ὁ γενναῖος Ἰὼβ ἐν τοῖς πολυθρυλήτοις ἀγῶσι πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην καὶ ποιητὴν διαλεγόμενος ἔφη· Μνήσθητι ὅτι πηλόν με [ὄντα] ἔπλασας· εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέφεις. Ἦ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἔπηξας δέ με ἴσα τυρῷ; Δέρμα καὶ κρέα ἐνέδυσάς με· ὀστέοις τε καὶ νεύροις ἔνειράς με· ζωὴν

19. δὴ om. B.C.Va. 21. νοερὸν] νοητὸν B. νοηρὸν ed. Sylb. νοερὸν C.Vb. 25. ἀμβλωσκούσης] ἀμβλισκούσης C. 27. οὕτω] οὕτως B. 28. οὐδέ γε] γε om. B.Va. 29. γε τῷ] τῷ γε B. τῷ et ὅρῳ om. Va. Mox ἐν om. Vb. nisi f. conj. 33. ὄντα om. C.Vb. 35. κρέα] κρέας B. 36. τε καὶ] δὲ καὶ B.C.

vero intelligendum est inspirationem hanc fuisse quendam anhelitus defluxum qui de ore Dei prodierit; (incorporeus enim Deus est, idem simplex neque compositus;) sed ipsam animæ naturam spiritum esse præditum ratione et intellectu. Hæc itaque Moses in mundi genitura conscripsit: quibus assimilia nos docet et in divinis legibus. Ubi enim de prægnante muliere mentionem facit quæ plagis affecta pariat abortivum, formari prius in alvo matris infantem ait, ac tunc denique jam perfecto corpore animari; non ita quidem ut anima præexsistens alicunde corpori inseratur, neque ut enascatur e semine; sed divino instituto, sicut ab initio insita naturæ lex fuit, creationem accipiat. Hoc ipse Iob in suis illis certaminibus cum magistro ludorum Deo suoque creatore ita disserens confitetur: *Memento quod ex luto plasmasti me; in terram vero iterum convertis me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carne induisti me, ossibus et nervis implicuisti me: vitam et misericordiam posuisti*

δὲ καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί· ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαττέ
54 μου τὸ πνεῦμα. Διὰ δὲ τούτων ἔδειξε μὲν τὴν γαμικὴν
ὁμιλίαν, ἔδειξε δὲ τῆς παιδοποιΐας τὰς ἀφορμὰς, καὶ 40
τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον θορὸν εἰς μυρίας ἰδέας μεταμορ-
φούμενον, καὶ τηνικαῦτα τὴν ψυχὴν δημιουργουμένην
τε καὶ ξυναπτομένην τῷ σώματι, καὶ μέντοι καὶ μετὰ
τὰς ὠδῖνας τὴν θείαν ἐπικουρίαν φρουροῦσαν καὶ κυβερ-
55 νῶσαν. Βοᾷ δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· Αἱ χεῖρές σου 45
ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με· συνέτισόν με, καὶ μαθή-
σομαι τὰς ἐντολάς σου. Καὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ τῆς ποιή-
σεως ἀναμιμνήσκει τὸν ποιητὴν, καὶ τυχεῖν παρ' αὐτοῦ
ξυνέσεως ἱκετεύει. Καὶ ἅπαντες δὲ οἱ προφῆται ξύμ- 50
φωνα τούτοις τῆς ἀνθρωπείας πέρι διδάσκουσι φύσεως.
Ὡς ἂν δὲ μή τις ὑπολάβῃ ἄλλως μὲν Ἕλληνας φῦναι,
ἄλλως δὲ Ῥωμαίους, καὶ Αἰγυπτίους ἑτέρως, καὶ Πέρσας 79
καὶ Μασσαγέτας καὶ Σκύθας καὶ Σαυρομάτας ἄλλης
οὐσίας μετειληχέναι, ἐδίδαξεν ὁ τὴν κοσμογένειαν ξυγ-
γράψας τὴν ἡμετέραν, ὡς ἄνδρα ἕνα ἀπὸ γῆς ὁ ποιητὴς
διαπλάσας, καὶ ἐκ τῆς τούτου πλευρᾶς τὴν γυναῖκα δη- 5

38. διὰ δὲ] διὰ δὴ Vb. 41. τηνικαῦτα] τηνικάδε C. τηνικαῦτα δὲ Sirm. 46. συνέτισον] συνέτησον B. 50. ἀνθρωπίας] ἀνθρωπείας B.

*juxta me, et inspectio tua custodiebat spiritum meum.* His autem verbis ostendit nuptiale commercium, nec minus et occasionem gignendorum liberorum; exiguamque illam humani seminis portionem in quamplurimas ideas membrorum speciesque transformari, ac tunc denique creari animam corporique adjungi; quæ, postquam fœtus in lucem editus sit, divina ope custodiatur ac gubernetur. Clamat insuper deiloquus David: *Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me: da mihi intellectum, et discam mandata tua.* Quibus in verbis hic etiam creatori suo commemorat opus suæ creationis, petitque ab eo intellectum et sapientiam consequi. Omnes item prophetæ quæ valde his concordia sunt de humana natura nos docent. Ne quis autem opinetur alio quidem pacto Græcos enatos esse, alio autem Romanos, aliove Ægyptios, Persasque ac Massagetas, Scythas Sauromatasque aliam atque aliam sortitos esse substantiam; Moses idem nos docuit unum ab initio hominem de terra plasmatum fuisse, deque ejus latere mulierem formatam. Quibus in matrimonii copulam coëuntibus, universum

μιουργήσας, ἐκ τῆς τούτοιν ὁμιλίας ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπων ἐπλήρωσε, τῶν παίδων τῶν ἐκείνων καὶ τῶν ἐκγόνων κατὰ μέρος αὐξησάντων τὸ γένος.
56 Ῥᾷστον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ προστάξαι καὶ αὐτίκα πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν τῶν οἰκητόρων ἐμπλῆσαι· ἀλλ' ἵνα μὴ διαφόρους ὑπολάβωσιν εἶναι τῶν ἀνθρώπων τὰς φύσεις, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐκείνου ζεύγους τὰ μυρία φῦλα τῶν ἀνθρώπων γενέσθαι ἐκέλευσε. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν γυναῖκα οὐχ ἑτέρωθέν ποθεν διέπλασεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τὰς τῆς γενέσεως λαβὼν ἀφορμὰς, ἵνα μηδὲ αὐτὴ φύσιν ἔχειν ἑτέραν ὑπολαμβάνουσα τὴν ἐναντίαν τοῖς ἀνδράσιν
57 [ὁδὸν] ὁδεύῃ. Διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς αὐτοὺς νόμους καὶ ἀνδράσι προσφέρει καὶ γυναιξὶν, ἐπειδήπερ ἐν τῷ τοῦ σώματος σχήματι καὶ οὐκ ἐν τῇ ψυχῇ τὸ διάφορον. Λογικὴ γὰρ κἀκείνη ὡς οὗτος, καὶ ξυνιέναι δυναμένη, καὶ τὸ πρακτέον ἐπισταμένη, καὶ τί μὲν φυγεῖν τί δὲ μετελθεῖν παραπλησίως εἰδυῖα, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἄμεινον τὸ ξυνοίσειν μέλλον εὑρίσκουσα, καὶ

79, 6. ἐκ τῆς τούτοιν] ἐκ δὲ τῆς τούτοιν Vb. 15. ἀφορμὰς λαβὼν] λαβὼν ἀφορμὰς B. 17. [ὁδὸν] om. B. 21. ξυνιέναι] ξυνεῖναι B.Va. omisso mox δυναμένη. 24. ξυνοῖσον μᾶλλον] ξυνοίσειν μέλλον B.

orbem terrarum, natis inde filiis ac nepotibus, impletum fuisse, cum singuli generationes plurimas propagarent. Deo siquidem facillimum fuit, imperii sui jussu, universam terram mareque universum semel statimque habitantium cœtu differtum reddere. Ne vero quisquam opinari posset diversam esse hominum naturam, ex una duorum hominum copula innumeras propagari gentes præcepit. Ob hanc itaque causam mulierem ipsam non aliunde quidem plasmavit, sed ex viro desumpsit illius effingendæ materiam, ne et ipsa, putans se aliam a viro naturam sortitam esse, adversam sese viro contumacemque præberet. Hinc easdem leges et viris et mulieribus tulit; propterea quod illo tenui corporis discrimine ac figura, non autem anima, inter se differunt. Est enim mulier ratione prædita, sicut et vir; docilisque etiam quid agendum; quid denique sit fugiendum, quidve capessendum, pari modo et ipsa percipit mulier: nonnumquam vero et multo melius viro quid magis sit profuturum mulier comminiscitur, utilis agendis rebus,

ἀγαθὴ ξύμβουλος γινομένη· ὅθεν οὐ μόνον ἀνδράσιν ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν εἰσιτητὸν εἰς τοὺς θείους νεὼς, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαχεῖν οὐ τοῖς μὲν ὁ νόμος ἐπιτρέπει, τὰς δὲ κωλύει, ἀλλὰ καὶ ταύτας τελεῖσθαι καὶ μυσταγωγεῖσθαι παραπλησίως ἐκείνοις παρακελεύεται, καὶ μέντοι καὶ τῆς ἀρετῆς τὰ ἆθλα καὶ ταύταις πρόκειται ὡς ἐκείνοις, ἐπειδὴ τῆς ἀρετῆς οἱ ἀγῶνες κοι-
58 νοί. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν γλωττῶν τὸ διάφορον τῇ φύσει λυμαίνεται· καὶ γὰρ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἀρετῆς φροντιστὰς, καὶ κακίας ἐργάτας. Τῷδε μέντοι καὶ Ἕλληνες ξυμφωνοῦσι τῷ λόγῳ. Καὶ γὰρ Ἀνάχαρσιν θαυμάζουσιν, ἄνδρα Σκύθην, οὐκ Ἀθηναῖον, οὐδὲ Ἀργεῖον, οὐδέ γε Κορίνθιον, οὐδὲ Τεγεάτην ἢ Σπαρτιάτην· καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὑπεράγανται, Ἰνδοὺς
59 ὄντας, οὐ Δωριέας, οὐδὲ Αἰολέας, οὐδέ γε Ἴωνας· ἐπαινοῦσι δὲ καὶ Αἰγυπτίους ὡς σοφωτάτους, πολλὰς γάρ τοι καὶ παρὰ τούτων ἔμαθον ἐπιστήμας. Οὐκ οὖν ἡ τῶν γλωττῶν ἑτερότης πημαίνει τὴν φύσιν. Καὶ γὰρ

25. γινομένη] γενομένη C. 26. μόνον] μόνοις C. 27. εἰσιτητὸν] εἰσητητέον Vb. 28. τοῖς] τοὺς C. 36. ἐργάτας] ἑραστὰς C. 42. σοφωτάτους] σοφοτάτους B. 40. καὶ τοὺς] καὶ τούς γε B. 43. ἔμαθον] ἐμάθομεν B. ib. οὐκοῦν—οὐ πημαίνει] οὔκουν—πημαίνει B. οὐ item om. C.

commodaque consultrix. Itaque non viris solum, sed ipsis etiam mulieribus patere templorum aditus debent. Neque viris quidem lege permittitur divinis expiari mysteriis, mulieribus autem interdicitur; sed hæ quoque jubentur initiari, rebusque mysticis erudiri. Quin et virtutis præmia fœminis æque ac viris proposita sunt. Nec injuria quidem, quando et virtutis certamina sunt utrisque communia. Neque vero linguarum atque idiomatum differentia quicquam generi humano vitii affert. Videre enim licet tum Græcos, tum barbaros homines, et studere virtuti, et flagitiis dare operam. Id quod et Græci verum esse affirmant. Anacharsin enim, Scytham hominem, demirantur ac laudant; non Atticum, non Argivum, non Corinthium, non Tegeaten, non denique Spartiaten. Brachmanas quoque valde suspiciunt, Indos genere, non Doricos, non Æolas, non Ionicos. Laudant præterea Ægyptios, ut maxime sapientes: multas enim ab iis disciplinas acceperunt. Linguarum itaque differentia et varietas naturam detrimento non

τοὺς Ἱππημολγοὺς δικαιοτάτους ἐκάλεσεν Ὅμηρος· Θρακικὸν δὲ τοῦτο [τὸ] ἔθνος· καὶ Κῦρον τὸν Καμβύσου, Πέρσην ὄντα πατρόθεν, καὶ Μῆδον μητρόθεν, ἐπὶ φρονήσει καὶ σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνδρείᾳ
60 Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου τεθαύμακεν. Τοιγάρτοι ξυνομολο- 50
γοῦσι καὶ [οἱ] Ἕλληνες καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις εἶναί τινα ἐπιμέλειαν ἀρετῆς, καὶ μὴ κωλύειν τήνδε τὴν κτῆσιν τῆς φωνῆς τὸ διάφορον. Καὶ γὰρ ἅπαντες τῆς 80
ἀληθείας οἱ κήρυκες, προφῆται φημὶ καὶ ἀπόστολοι, τῆς μὲν Ἑλληνικῆς οὐ μετέλαχον εὐγλωττίας, ἔμπλεω δὲ τῆς ἀληθινῆς ὄντες σοφίας πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καὶ Ἑλληνικοῖς καὶ βαρβαρικοῖς τὴν θείαν διδασκαλίαν προσ- 5
ήνεγκαν, καὶ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν τῶν τῆς ἀρετῆς
61 πέρι καὶ εὐσεβείας ξυγγραμμάτων ἐνέπλησαν. Καὶ νῦν ἅπαντες τῶν φιλοσόφων τοὺς λήρους καταλιπόντες τοῖς τῶν ἁλιέων καὶ τελωνῶν ἐντρυφῶσι μαθήμασι, καὶ τὰ 10
τοῦ σκυτοτόμου ξυγγράμματα περιέπουσι· καὶ τῆς μὲν Ἰταλικῆς καὶ Ἰωνικῆς καὶ Ἐλεατικῆς ξυμμορίας οὐδὲ

45. [τὸ] ἔθνος] τὸ γένος B. 49. ἀνδρεία] ἀνδρία B. 53. τήνδε] τῆσδε Vb. f. conj. 80, 1. ἅπαντες] πάντες B. 3. ἔμπλεοι] ἔμπλεω B. 6. ἀρετῆς] τῆς ἀρετῆς B. 9. τῶν φιλοσόφων τοὺς] τοὺς τῶν φιλ. C.Vb.

afficit. Hippomolgos enim populos Thraciam incolentes, ita appellatos quod equarum lacte nutriantur, justissimos Homerus vocat. Cyrum præterea Cambysæ patrem, paterno quidem genere Persam hominem, Medum autem materno; prudentiæ, temperantiæ, justitiæ, fortitudinisque Xenophon Grylli filius laudavit. Itaque ipsimet Græci confitentur esse apud barbaras nationes curam aliquam studiumque virtutis, neque prohiberi linguarum differentia quo minus in officio consistamus. Omnes siquidem veritatis præcones, prophetæ inquam atque apostoli, Græcæ quidem eloquentiæ fuerunt prorsus expertes: quia tamen vera sapientia abundarunt, cunctis et Græcis et barbaris nationibus divinam attulere doctrinam, universumque orbem terræ mariaque item omnia impleverunt virtutis pietatisque monumentis. Ex quibus factum est, ut cuncti mortales abdicatis philosophorum nugis piscatorum fruantur publicanorumque disciplinis, sutorisque volumina et amplexentur et colant; ac Italicæ quidem Ionicæque sectæ, ac Eleaticæ, ne nomina

τὰς προσηγορίας ἐπίστανται, (ἐξήλειψε γὰρ αὐτῶν ὁ χρόνος τὴν μνήμην,) τῶν δέ γε προφητῶν, πλείοσιν ἢ χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἔτεσι τούτων πρόσθεν γεγενημένων, τὰς προσηγορίας ἐν τῷ στόματι περιφέρουσι.

62 Καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἔτι τούτων παλαιοτέρους, τὸν Ἀβραὰμ φημὶ καὶ τοὺς τούτου παῖδας, καὶ τοὺς ἐκείνων ἀρχαιοτέρους, τὸν Ἄβελ, τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσους ἀριδήλους ὁ ἀξιέπαινος ἀπέφηνε βίος, τῶν δὲ μετὰ τοὺς προφήτας γεγενημένων ἑπτὰ σοφῶν, καὶ τῶν ἐκείνους διαδεξαμένων, οὐδὲ οἱ τὴν Ἑλληνικὴν ἀσπαζόμενοι γλῶτταν ἴσασι τὰ ὀνόματα.

63 Καὶ τί λεγω τοὺς νῦν; καὶ γὰρ τοῖς πάλαι πολλὴ περὶ τούτων ἀμφιβολία γεγένηται. Οἱ μὲν γὰρ τούτοις Περίανδρον ξυντάττουσι τὸν Κορίνθιον· οἱ δὲ, Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα· οἱ δὲ, Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον· οἱ δὲ, Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην· ἄλλοι δὲ, Φερεκύδην τὸν Σύριον· ὁ δέ γε Πλάτων, Μύσωνα τὸν Χηνέα.

64 Τούτους μὲν οὖν καὶ οἱ πέλας ὄντες ἠγνοήκασι· τὸν δὲ

20. ὅσους] οὓς Va. 22. σοφῶν] φιλοσόφων B.Va. καὶ ante γεγενημένων addit C. 25. ἀμφιλογία] ἀμφιβολία B. τούτου C. pro τούτων. 29. ἄλλοι δὲ] οἱ δὲ B.Va. 30. πάλαι] πέλας B. et sic interpres *qui circa eorum tempora vixerunt*.

quidem sciant; eorum namque memoriam temporis longinquitas abolevit: prophetarum vero nomina, quamquam pluribus quam mille ac quingentis annis ejusmodi philosophis antiquiorum, loquentes huc illucque circumferunt. Quin eos quoque patres qui prophetas tempore præcesserunt, Abraham inquam filiosque Abrahæ, hisque etiam ipsis vetustiores Noe, Enoch, et Abel, ceterosque quotcumque laudabilis vita illustres fecit, norunt quam optime. At septem illos sapientes, qui longo post prophetas tempore nati sunt, eorumque præterea nomina qui sapientibus illis successerunt, ne illi quidem, qui Græco favent idiomati, satis sciunt. Sed quid ego præsentes homines vivosque commemoro, cum et apud priscos ac remotiores magna de illis dubitatio fuerit? Nonnulli enim septem sapientibus annumerant Periandrum Corinthium: alii vero, Creticum Epimeniden; alii, Acusilaum Argivum; alii, Anacharsin Scytham; alii, Syrum Pherecyden; Plato autem, Mysonem Cheneum. Hos itaque sapientes vel qui circa eorum tempora vixerunt

Ματθαῖον καὶ τὸν Βαρθολομαῖον καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ μέντοι καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Δαβὶδ καὶ τὸν Ἡσαΐαν καὶ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους τε καὶ προφήτας οὕτως ἴσασιν ὡς τὰς τῶν παίδων προσηγορίας. Αὐτίκα τοίνυν καὶ κωμῳδοῦσιν ὡς βάρβαρα τὰ ὀνόματα· ἡμεῖς δὲ αὐτῶν τὴν ἐμπληξίαν ὀλοφυρόμεθα, ὅτι δὴ ὁρῶντες βαρβαροφώνους ἀνθρώπους τὴν Ἑλληνικὴν εὐγλωττίαν νενικηκότας, καὶ τοὺς κεκομψευμένους μύθους παντελῶς ἐξεληλαμένους, καὶ τοὺς ἀλιευτικοὺς σολοικισμοὺς τοὺς Ἀττικοὺς καταλελυκότας ξυλλογισμοὺς, οὐκ ἐρυθριῶσιν οὐδ' ἐγκαλύπτονται, ἀλλ' ἀνέδην ὑπερμαχοῦσι τῆς πλάνης· καὶ ταῦτα ὀλίγοι ὄντες καὶ ἀριθμηθῆναι ῥᾳδίως δυνάμενοι, καὶ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς εὐστομίας μετέχοντες, ἀλλὰ τοσαῦτα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, βαρβαρίζοντες ὅσα φθέγγονται, παίδευσίν τε ἄκραν καὶ λαμπρότητα λόγων ὑπολαμβανόντες, εἰ ὀμνύντες εἴποιεν, Μὰ τοὺς θεοὺς, [καὶ] Μὰ τὸν ἥλιον, καὶ τοιούτους τινας τοῖς λόγοις ἐπιπλάττοιεν ὅρκους. Εἰ δὲ οὐκ ἀληθῆ λέγω, εἴπατε

32. τὸν bis om. B. 42. σολοικισμοὺς] λογισμοὺς B.Va. Tum καὶ τοὺς C. 45. μεταλαχόντες] μετέχοντες B. ἀστομίας μετέχοντες Va. 45. παίδευσιν δὲ] παίδευσίν τε B. 49. [καὶ] om. B.

homines ignorarunt: Matthæum vero, Bartholomæum, et Iacobum; Mosen, David, et Esaiam, aliosque item apostolos et prophetas, æque nunc homines tenent ac filiorum nomina. Neque tamen etiam desunt qui illorum nomina simul atque audierint, tamquam barbara sint, comice irrideant et persequantur. Nos tamen hujusmodi irrisorum insaniam quam maxime miseramur; qui cum videant homines barbaro sermone usos superasse leporem Græcæ eloquutionis, comptiloquosque illos suos auctores prorsus jam eliminatos fuisse, piscatorumque solœcismis dissolutos Atticos syllogismos; non erubescunt tamen, neque in latebras se conjiciunt, sed impudenter pro mendacio et falsitate depugnant: quamquam ita pauci sint, ut quam facillime numerari possint: nec Græcæ quidem participes eloquentiæ, sed qui in totidem barbarismos incurrant quot et verba pronunciant; summam se ostentare doctrinam ac loquendi nitorem arbitrantes, si jurentur inter loquendum, per deos, per solem, talesque jurationes oratione sua effingant. Quod si mentiri me creditis, quæso, dicite Græci homines, quem Xe-

ὦ ἄνδρες, τίνα Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἔσχε διάδοχον τῆς αἱρέσεως; τίνα δὲ Παρμενίδης ὁ Ἐλεάτης; τίνα Πρωταγόρας καὶ Μέλισσος; τίνα Πυθαγόρας ἢ 81
Ἀναξαγόρας; τίνα Σπεύσιππος ἢ Ξενοκράτης; τίνα Ἀναξίμανδρος ἢ Ἀναξιμένης; τίνα Ἀρκεσίλαος ἢ Φιλόλαος; τίνες τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως προστατεύουσι; τίνες τοῦ Σταγειρίτου τὴν διδασκαλίαν κρατύνουσι; τίνες κατὰ τοὺς Πλάτωνος πολιτεύονται νόμους; τίνες τὴν ὑπ' ἐκείνου ξυγγραφεῖσαν πολιτείαν ἠσπάσαντο;
66 Ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν δογμάτων οὐδένα διδάσκαλον ἡμῖν ἐπιδεῖξαι δυνήσεσθε, ἡμεῖς δὲ τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν δογμάτων τὸ κράτος ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν· πᾶσα γὰρ ἡ ὑφ' ἡλίῳ τῶνδε τῶν λόγων ἀνάπλεως. Καὶ ἡ Ἑβραίων φωνὴ οὐ μόνον εἰς τὴν [τῶν] Ἑλλήνων μετεβλήθη, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν [τῶν] Ῥωμαίων καὶ Αἰγυπτίων καὶ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν, εἰς πάσας τὰς γλώττας αἷς ἅπαντα τὰ ἔθνη κεχρημένα
67 διατελεῖ. Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος Πλάτων, περὶ τῆς

81, 12. δογμάτων om. B. 13. ὑφ' ἡλίῳ] ὑφηλίωσ B. ὑφ' ἥλιον Vb. ὑφήλιος Sirm. 16. [τῶν] om. B.C. et in v. seq. 18. πάσας] ἁπάσας B.

nophanes Colophonius successorem sectæ suæ reliquerit, quem Parmenides Eleates, quem Protagoras, quem Melissus, quemve Pythagoras, quem Anaxagoras, quem Speusippus atque Xenocrates, quem Anaximander, quem Anaximenes, quem Arcesilaus vel Philolaus: quinam hodie inveniuntur sectæ Stoicæ præsidentes; quive etiam sunt qui Aristotelis Stagiritæ doctrinam corroborent? ubi sunt qui ad leges Platonis civitates gubernent, quive usquam homines eam vitæ normam quam leges illæ instituunt, amplexi sunt? At nullum profecto eorum dogmatum præceptorem ostendere nobis poteritis. Nos autem vobis apostolicæ propheticæque doctrinæ inexhaustum robur manifeste ostendimus. Universa enim facies terræ, quantacumque soli subjicitur, ejusmodi verborum plena jam est. Hebraici vero libri, non modo in Græcum idioma conversi sunt, sed in Romanam quoque linguam, Ægyptiam, Persicam, Indicam, Armenicamque, et Scythicam, atque adeo Sauromaticam; semelque ut dicam, in linguas omnis quibus ad hanc diem nationes utuntur. Ac Plato quidem qui complures

ἀθανασίας τῆς ψυχῆς παμπόλλους λόγους διεξελθὼν, οὐδ' Ἀριστοτέλη τὸν φοιτητὴν ἔπεισε τόνδε στέρξαι τὸν ὅρον· οἱ δὲ ἡμέτεροι ἁλιεῖς καὶ τελῶναι καὶ ὁ σκυτοτόμος καὶ Ἕλληνας ἔπεισαν καὶ Ῥωμαίους καὶ Αἰγυπτίους, καὶ ἁπαξαπλῶς ἅπαν ἔθνος ἀνθρώπων, ὅτι καὶ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ λόγῳ τετιμημένη, καὶ κρατεῖν τῶν παθῶν δυναμένη, καὶ ὀλιγωροῦσα, οὐ βιαζομένη, παραβαίνει τοὺς νόμους· καὶ αὖ πάλιν πρὸς τὸ βέλτιον νεύουσα, τῆς προτέρας ἀπαλλάττεται κακίας, 68 καὶ [τοὺς] θείους πάλιν ἀναμάττεται χαρακτῆρας. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ταῦτα εἰδότας τὰ δόγματα οὐ μόνους γε τῆς ἐκκλησίας τοὺς διδασκάλους, ἀλλὰ καὶ σκυτοτόμους καὶ χαλκοτύπους καὶ ταλασιουργοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ἀποχειροβιώτους· καὶ γυναῖκας ὡσαύτως οὐ μόνον τὰς λόγων μετεσχηκυίας, ἀλλὰ καὶ χερνήτιδας καὶ ἀκεστρίας, καὶ μέντοι καὶ θεραπαίνας· καὶ οὐ μόνον ἀστοὶ, ἀλλὰ καὶ χωρικοὶ τήνδε τὴν γνῶσιν ἐσχήκασι· καὶ ἔστιν εὑρεῖν καὶ σκαπανέας καὶ βοηλάτας καὶ φυτουργοὺς

21. Ἀριστοτέλη] Ἀριστοτέλην C. 25. ἔθνος] γένος B. cum ἔθνος in marg. p. m. 27. οὐ βιαζ.] οὐ μὴν βιαζ. Vb. 30. [τοὺς] om. B.Va. 32. μόνους] μόνον Va. 37. ἀκεστρίδας] ἀκεστρίας B. 38. χωριτικοὶ] χωρικοὶ B. χωρητικοὶ Sirm. Vid. Vales. ad H. E. II. c. 2. 39. σκαπανέας] σκεπανέας B.

sermones de animæ immortalitate disseruit, ne Aristoteli quidem auditori suo persuasit eam positionem : nostri vero piscatores ac publicani, noster inquam sutor, ipsis Græcis, ipsisque Romanis, amplius vero et Ægyptiis, cunctisque nationibus, immortalitatem animæ persuaserunt, eamque ita ratione præditam esse, ut improbis affectionibus dominari possit : neque cum positas naturæ leges transcendit, ulla vi coactam id facere, sed contemptu negligentiaque peccare : rursusque pœnitentia duce ad meliora inflecti posse, ac priore malitia expiata, divinas iterum sibi notas imprimere. Passimque videas hæc nostratia dogmata non ab iis solum teneri qui sunt ecclesiæ magistri populorumque præceptores, sed ab ipsis quoque sutoribus, fabrisque ferrariis, lanificibus præterea, cunctisque artificibus ; quin et a fœminis item omnibus, non iis modo si quæ demum illæ sunt quæ litteras didicerunt, sed quæstuariis ac sartricibus, ancillisque adeo et pedissequis. Neque ii solum qui urbes incolunt homines, sed ipsi quoque agricolæ, probe eadem

περὶ τῆς θείας διαλεγομένους Τριάδος, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν εἰδότας
69 Ἀριστοτέλους πολλῷ μᾶλλον καὶ Πλάτωνος· καὶ μέντοι καὶ ἀρετῆς ἐπιμελουμένους, καὶ κακίαν ἐκκλίνοντας, 45
καὶ τὰ κολαστήρια δεδιότας τὰ προσδοκώμενα, καὶ τὸ θεῖον δικαστήριον ἀνενδοιάστως προσμένοντας, καὶ τῆς αἰωνίου πέρι καὶ ἀνωλέθρου φιλοσοφοῦντας ζωῆς, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν ἕνεκα βασιλείας πάντα πόνον ἀσπα- 50
σίως αἱρουμένους· καὶ ταῦτα οὐ παρ' ἄλλου του μεμαθηκότας, ἀλλὰ παρ' ἐκείνων οὓς ὑμεῖς βαρβαροφώνους ἀποκαλεῖτε· καὶ οὐδὲ Ἀναχάρσιδος ἐπαΐετε λέγοντος,
70 Ἐμοὶ πάντες οἱ Ἕλληνες σκυθίζουσι· τοῦτο γὰρ ἀτεχνῶς ἔοικε τοῖς εἰρημένοις ὑπὸ τοῦ σκυτοτόμου τοῦ ἡμετέρου· 55
Ἐὰν γὰρ μὴ γνῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λα- 82
λοῦντι [μοι,] βάρβαρος· καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, βάρβαρος. Τῷ γὰρ ὄντι ὥσπερ τοῖς Ἕλλησιν Ἰλλυριοὶ

40. περὶ] καὶ περὶ B. 44. ἐπιμελουμένους] ἐπιμελωμένους B. et mox κακίας. ἐπιμελομένους C. ex em. 49. φιλοσοφοῦντας] φιλοσοφοῦντα B. 50. ἀσπασίως] ἀσπαστῶς B.Va. 51. ἄλλου τοῦτο] ἄλλου τοῦ B. τοῦτο om. C. 52. ἀποκαλεῖτε] ἀποτελεῖτε C. 54. Ἕλληνες] οἱ Ἕλληνες B. 54. ἀτέχνως] Ad h. v. B. in marg. σφόδρα, λίαν ἀληθῶς. 55. τοῦ ἡμετέρου σκυτοτόμου] τοῦ σκυτοτόμου τοῦ ἡμετέρου B.
82, 2. μοι et mox ἐν om. C. 3. ὄντι γὰρ] γὰρ ὄντι B.

sciunt: fossoresque adeo ac bubulcos invenias, plantarumque consitores, de divina Trinitate rerumque omnium creatione dissertantes, humanæ item naturæ magis conscios esse quam Plato Stagiritesque fuerint. Quid enim dicam quod ab his omnibus declinatur malum, futura extimentur supplicia, citraque ullam dubitationem divinum illud judicium exspectatur? Quid quod iidem ipsi de immortali ac sempiterna vita sapienter philosophantur, quodque cælestis regni gratia labores omnis ac rerum difficultates libenter alacriterque cooptant? Neque tamen ab aliis hæc ipsa præceptoribus didicerunt, quam ab iis quos ipsi barbaros imperitosque nuncupatis. An vero non audistis quæ olim Anacharsis dixerit? *Mihi Græci omnes Scythizant.* Quod sane dictum proxime omnino ad sutoris nostri verba accedit; ea videlicet; *Nisi enim sciam vim vocis, ero illi barbarus qui mecum loquitur; et qui mihi loquitur, erit barbarus.* Profecto enim sicuti Græcis hominibus Il-

καὶ Παίονες καὶ Ταυλάντιοι καὶ Ἀτιντᾶνες βαρβαρίζειν δοκοῦσιν, οὕτως αὖ ἐκείνοις καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τῆς Ἑλλάδος φωνῆς ἐπαΐειν οὐ δύνανται, ἡ Ἀτθὶς καὶ Δωρὶς καὶ Αἰολὶς καὶ Ἰὰς βάρβαροι εἶναι δοκοῦσιν. 71 Ὅτι γὰρ τὴν αὐτὴν ἔχει πᾶσα γλῶττα διάνοιαν, (μία γὰρ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἡ φύσις,) ἡ πεῖρα διδάσκαλος. Ἔστι γὰρ εὑρεῖν καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις καὶ τέχνας καὶ ἐπιστήμας καὶ τὰς ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίας· ἔνιοι δὲ τούτων καὶ σοφώτερα Ἑλλήνων πολλάκις ἐξευρίσκουσι μηχανήματα, καὶ λόχους ἀμείνους, 72 καὶ πανουργοτέρας ἐνέδρας. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν Ἑλλήνων εὐεπίαν βραχυλογίᾳ νικῶσι. Τοῦτο γὰρ δὴ καὶ Πέρσαις μαρτυροῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ ξυγγραφεῖς, καὶ εἴ τις νῦν πρεσβεύων ἢ στρατηγῶν ἢ ἐμπορίαν τινα μετιὼν αὐτοῖς ξυνεγένετο. Φασὶ γὰρ αὐτοὺς ὀξέως φωρᾶν τὰς τῶν λόγων κλοπὰς, καὶ ὀλίγα φθεγγομένους τοὺς προσδιαλεγομένους νικᾶν, καὶ ξυλλογιστικοὺς ἄγαν εἶναι, καὶ διαλύειν ἱκανοὺς τὰ παρ' ἑτέρων

4. Ἀτιντᾶνες] Τιτᾶνες B.Va. Ταυλάντιοι C. pro Ταυλ. 7. Δῶρις] ἡ Δῶρις B. 14. λόχους] λόγους C. qui mox παντουργοτέρας. 15. εὐεπίαν] εὐέπειαν B. ex em. marg. C. 17. στρατηγῶν ἢ πρεσβεύων B. 18. ἐμπορίαν] εὐπορίαν B. 22. ἱκανοὺς] ἱκανῶς Va.

lyrici, Pæones, Taulantii, et Atintanes, barbari esse censentur; ita rursus et eisdem illis, aliisque ferme omnibus qui audire Græcum idioma non possunt, Attica lingua, Dorica, Æolica, et Ionica, videntur barbariem quandam sapere. In unum quidem sensum rerumque intellectum linguas omnis referri magistra experientia docti sumus. Est enim apud barbaras quoque nationes invenire florentes artes ac disciplinas, editaque in bellis gerendis egregia fortium virorum facinora. Quidam vero barbarorum multo callidiora quam Græci sæpenumero machinamenta inveniunt : argutiores dolos, astutioresque insidias iidem comminiscuntur. Neque desunt qui Græcæ eloquutionis venustatem superent arguta brevitate sermonis. Hoc enim de Persica natione et antiqui scriptores testantur, si quisve præterea vel exercitus imperator, vel legatus, vel mercimoniæ causa, in eorum fines profectus, cum eis diversatus sit. Aiunt enim illos argute nimium deprehendere omnes loquendi strophas; dictisque brevissimis colloquentes revin-

πλεκόμενα, καὶ παροιμίαις σοφωτάταις καὶ αἰνίγμασι κεχρῆσθαι, οὐκ ἐπειδὴ τοὺς Χρυσίππου καὶ Ἀριστοτέλους ἀνέγνωσαν λαβυρίνθους, οὐδὲ ὅτι Σωκράτης αὐτοὺς καὶ Πλάτων τόδε τὸ εἶδος ἐπαιδευσάτην· οὔτε γὰρ ῥητορικοῖς οὔτε φιλοσόφοις ἐνετράφησαν λόγοις· 73 ἀλλὰ μόνην ἔσχον τὸν φύσιν διδάσκαλον. Τοὺς δέ γε Ἰνδοὺς καὶ τούτων πολλῷ σοφωτέρους εἶναι φασίν. Καὶ οἱ Νομάδες δὲ, οἱ ἡμέτεροι πρόσχωροι, (τοὺς Ἰσμαηλίτας λέγω, τοὺς ἐν ταῖς ἐρήμοις βιοτεύοντας, καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν ξυγγραμμάτων ἐπισταμένους,) ἀγχινοίᾳ καὶ συνέσει κοσμοῦνται, καὶ [ὀξεῖαν] διάνοιαν ἔχουσι, καὶ ξυνιδεῖν τἀληθὲς δυναμένην, καὶ διελέγξαι 74 τὸ ψεῦδος. Περὶ δὲ Αἰγυπτίων περιττὸν οἶμαι λέγειν· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν φιλοσόφων οἱ πρῶτοι κρείττους εἶναι τούτους ἔφασαν τῶν ὀνομαστοτάτων γεγενημένων παρ' Ἕλλησι. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ ποιητὰς ἔσχον καὶ ξυγγραφέας καὶ ῥήτορας· καὶ φασὶν οἱ ταύτην γε κὰ-

27. οὔτε φιλ.] ἢ φιλ. Va. 28. μόνην] μόνον B. 29. τούτων om. Va. 32. συγγραμμάτων B. in marg. 34. ὀξεῖαν om. B. 39. ξυγγραφεῖς] ξυγγραφέας B.

cere; eosdemque disputatores esse quam maximos; quæque ab adversariis implicentur argumenta solere ab illis citra moram ullamque difficultatem facile solvi. Proverbiis quoque uti eos affirmant sapientia plenis, altissimisque ænigmatis: non quod Chrysippi labyrinthos Aristotelisve cognorint, quodve illos genus hoc eruditionis vel Socrates vel Plato vel Demosthenes edocuerint: neque enim rhetorum sermonibus philosophorumve intenti fuerunt: sed natura dumtaxat magistra usi sunt. Ipsos autem Indos multo quam Persæ sunt sapientiores esse testantur. Quin etiam Nomades ii qui sunt nobis finitimi, (Nomadas autem cum dico, Ismaëlitas dico, eos videlicet qui in solitudinibus vitam degunt,) singulari quadam mentis solertia ac prudentia præditi esse narrantur, acutissimoque ingenio pollere ad cognoscendam veritatem falsitatemque refellendam maxime facto. Nam de Ægyptiis quidem nihil puto a me dici oportere, cum primi philosophorum vel illis potiores esse dicant Ægyptios, qui apud Græcos celeberrimi philosophi perhibentur. Apud Romanos profecto et poëtæ, et oratores, et historici viguerunt; utque illi aiunt qui in utraque lingua versati

κείνην ἠσκημένοι τὴν γλῶτταν καὶ πυκνότερα τῶν Ἑλληνικῶν τὰ τούτων ἐνθυμήματα εἶναι, καὶ ξυντομωτέρας τὰς γνώμας. Καὶ ταῦτα λέγω οὐ τὴν Ἑλλάδα σμικρύνων φωνὴν, ἧς ἀμηγέπῃ μετέλαχον, οὐδὲ ἐναντία γε αὐτῇ ἐκτίνων τροφεῖα, ἀλλὰ τῶν ἐπὶ ταύτῃ μεγαλαυχουμένων ξυστέλλων τὴν γνάθον, καὶ τὴν ὀφρὺν κατασπῶν, καὶ διδάσκων μὴ κωμῳδεῖν γλῶτταν τῇ ἀληθείᾳ λαμπρυνομένην, μηδέ γε βρενθύεσθαι ἐπὶ λόγοις κομμωτικῇ τέχνῃ πεποικιλμένοις τῆς δὲ ἀληθείας γεγυμνωμένοις, ἀλλὰ θαυμάζειν τοὺς τῆς ἀληθείας ὑποφήτας, κομμοῦν μὲν καὶ δαιδάλλειν εὐεπίᾳ τοὺς λόγους οὐ διδαχθέντας, γυμνὸν δὲ δεικνύντας τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων καὶ ἐπεισάκτων ἀνθέων ἥκιστα δεηθέντας.

Παράθετε τοίνυν, ὦ φίλοι ἄνδρες, τῷ ὕθλῳ τῶν φιλοσόφων τὴν ἁπλῆν τῶν ἁλιέων διδασκαλίαν, καὶ ἀθρήσατε τὸ διάφορον· καὶ τὰς πολλὰς τῶν ὑμετέρων βίβλων ἀπαριθμήσαντες μυριάδας, τὴν τῶν λόγων

43. Ἑλλάδα] Ἑλλήνων Vb. 45. ἐκτίνων] ἐκτείνων B. 47. κατασπῶν] καταστέλλων B.Va. 49. μηδέ γε] γε om. B. qui statim βρενθύνεσθαι.
83, 2. κομμοῦν] κοσμεῖν B. 7. ἀθρήσατε] διαθρήσατε B. 8. βιβλίων ἀριθμ.] βίβλων ἀπαριθμ. B. βίβλων item C.

sunt, multo prudentiora sunt Romanorum quam Græcorum auctorum inventa, multoque breviores sententiæ. Neque hoc idcirco a me dictum existimari velim, quod Græcorum idioma deterendo attenuem, cujus et ipse aliquo modo sum particeps; neque quo secus ac debeo altrici meæ præmia nutritionis persolvam; sed quo tumentiores eorum buccas deprimam, superciliaque dejiciam, qui nimio plus Græco idiomate gloriantur; doceamque non debere illos irridere linguam ac persequi quæ traditione veritatis eniteat, neque iis efferri sermonibus, qui fuco quidem artis exculti sunt, omni autem veritate sunt cassi; sed contra potius admirari veritatis magistros, indoctos illos quidem comere ac variare sermones suos eloquentiæ venustate; puram tamen veritatis pulchritudinem ostendentes, minimeque indigos qui extrinsecus petitis ascitiisque floribus excolantur.

Itaque, amici homines, ventosis philosophorum nugis simplicem piscatorum doctrinam, quæso, conferte, quantaque inter utrosque differentia sit inspicite. Tum

ἀσθένειαν καταμάθετε. Οὐδεὶς γὰρ οὔτε τοῖς ποιητι- 10
κοῖς μύθοις, οὔτε ταῖς τῶν φιλοσόφων ἠκολούθησε
δόξαις· τῶν δὲ θείων λογίων καὶ τὴν ξυντομίαν θαυ-
μάσατε, καὶ τὴν δύναμιν ἀνυμνήσατε, καὶ μάθετε θείων
δογμάτων ἀλήθειαν, σώματος θείαν διάπλασιν, ψυχῆς
φύσιν ἀθάνατον, καὶ τὸ ταύτης λογικὸν ἡγούμενον 15
τῶν παθῶν, καὶ τὰ πάθη ἀναγκαῖα τῇ φύσει καὶ χρή-
77 σιμα. Ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία προυργιαιτάτη, καὶ ὁ θυμὸς
ὡσαύτως, ὁ ταύτης ἀντίπαλος. Δι' ἐκείνην μὲν γὰρ
καὶ τῶν θείων ὀριγνώμεθα, καὶ τῶν ὁρωμένων ὑπερο- 20
ρῶντες τὰ νοητὰ φανταζόμεθα, καὶ ἐπὶ γῆς βαδιζόντες
τὸν ἐν οὐρανοῖς δεσπότην ἰδεῖν ἱμειρόμεθα, καὶ ἀρετῆς
ἐφιέμεθα, καὶ μέντοι καὶ διαζῶμεν, καὶ ἐδωδῆς μετα-
λαγχάνομεν καὶ ποτῶν, καὶ πρὸς τούτοις αὔξεται διὰ
78 τῆς ἐννόμου παιδοποιΐας τὸ γένος. Ὁ δέ γε θυμὸς 25
ξυνεργὸς ἐδόθη τῷ λογισμῷ, ἵνα τῆς ἐπιθυμίας κωλύῃ
τὴν ἀμετρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ πέρα τῶν κειμένων

10. οὐδὲ—οὐδὲ] οὔτε—οὔτε B.C. 17. προυργιεστάτη] προυργιαιτάτη B. προυργαιοτάτη Va. προυργιαιοτάτη Vb. 22. καὶ ἀρετῆς ἐφιέμεθα om. B.Va. 26. κωλύῃ] κωλύει B.

vero multis enumeratis librorum vestrorum millibus, tandem quæso perdiscite quæ sit in iis rationum argumentorumque imbecillitas : quandoquidem nullus umquam paulo prudentior homo fuit, qui vel poëtarum fabulas, vel philosophorum sequi opiniones animum suum induxerit. Sacrarum itaque litterarum et admiramini compendium et vim ipsam, quæ immensa est, laudate, veritatemque tandem eorum dogmatum quæ in illis continentur perdiscite; corporis videlicet plasmationem, naturam animæ immortalem, vimque illam quæ ratione prædita est, perturbationum atque affectuum dominam esse; necessarios quidem affectus esse, humanoque generi perquam utiles. Concupiscendi siquidem vis plurimum nobis confert, quæque huic ab adverso loco opponitur irascendi facultas. Per illam siquidem excitamur ad divinas res appetendas; contemptisque rebus omnibus quas oculis intuemur, ea quæ solo intellectu percipi possunt cogitatione animoque versamus. Ex quo fit ut, quamquam pedibus adhuc terram prementes, cælestem videre dominum cupiamus. Ab eadem quoque facultate virtutis desiderium nobis advenit : hac ipsa vitam tuemur, hac exci-

ὅρων ἄττειν ἐπιχειρεῖ, ξυνέζευξεν αὐτῇ οἷόν τινα πῶλον τὸν θυμὸν ὁ ποιητὴς ἀνθέλκοντα, ὅταν γε ἐκείνη πέρα τῆς χρείας προβαίνειν βιάζηται. Καὶ καθάπερ ἀντίπαλον μὲν τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν, κεραννύμενα δὲ ἀλλήλοις κράσιν ἀρίστην ἐργάζεται· οὕτως ἡ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμὸς, ἀλλήλοις κεραννύμενα, καὶ ὑπ' ἀλλήλων κολαζόμενα, τῆς ἀρετῆς τὴν ἀρίστην ἀπεργάζεται κράσιν.

79 Ἔχει δὲ τῶν δρωμένων τὸ κράτος ὁ λογισμὸς, ὥστε καὶ ταύτην ἐπέχειν, καὶ τοῦτον αὖ νύττειν· ἢ τοῦτόν γε ἄγχειν, καὶ διεγείρειν ἐκείνην. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιθυμία τοῦ θυμοῦ παύει τὴν ἀμετρίαν· καὶ ὁ θυμὸς αὖ πάλιν κολάζει τῆς ἐπιθυμίας τὴν ἀπληστίαν. Ταῦτα μὲν οὖν ἀποτελεῖται, τοῦ λογισμοῦ τὰς ἡνίας ἐπιστημόνως κατέχοντος· ἢν δὲ οὗτος, ἢ τῷ χαλαρῷ καὶ λείῳ τῆς ἐπιθυμίας καταθελχθεὶς, ἢ τῷ θυμῷ ἄττοντι παρὰ καιρὸν ξυνεξορμήσας χαυνοτέρας ἢ προσῆκε τὰς ἡνίας ἐάσῃ, οἱ μὲν ἀτάκτως καθάπερ ἵπποι θέουσιν ἐνδακόντες τὸν χαλινὸν, ὁ δὲ συρόμενος φέρεται, καταγέλαστός τε καὶ

30. βιάζηται] βιάζεται C. 31. μὲν om. B. ib. τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν] τὸ ψυχρὸν τὸ θερμὸν et corr. τῷ θερμῷ. 36. ταύτην] τούτων B. Tum καὶ τοῦτον usque ad ἄγχειν om. cum Va. 42. χαλάρῳ] χαύνῳ B. in marg. 47. τε καὶ] τε om. B.

tante cibum nobis potumque desumimus: hæc demum est quæ liberorum procreatione genus protendit. At ipsa irascendi vis data est socia rationi, quæ immoderatam videlicet cupiditatem libidinemque coerceat. Quandoquidem enim illa ultra positos fines transilire contendit, conjugam sibi creator Deus iracundiam vinxit, quasi ferocientem pullum, qui eam remoretur ac retrahat, si quando ultra quam opus est efferre pedem conetur. Ac veluti calida frigidis maxime sunt contraria, si tamen eadem admixta invicem temperentur optimam commixtionem efficiunt; ita iracundia et cupido invicem admixtæ alterno impedimento faciunt optimam virtutis commixtionem. Est autem penes unam rationem vis ac potestas agendarum rerum, ut iracundiam quidem contineat, cupiditatem vero impellat. Etenim cupiendi vis nimiam iracundiam sistit; rursusque iracundia castigat inexplebilem cupiditatis affectum. Hæc autem ipsa perfectissime transiguntur, dum ratio habenas scientissime moderatur. Quod si ratio vel facilitate libidinis lenita-

80 ἐπονείδιστος τοῖς ὁρῶσι γιγνόμενος. Ταύτῃ τοι καὶ δίκας εἰσπράττεται, ὡς ἐθελοντὴς ὑπομείνας τὸ πάθος. Καὶ γάρ τοι καὶ οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι τοὺς πλημμελοῦντας κολάζουσι, καὶ ὁ Θεὸς τοῖς ἁμαρτάνουσι τὸ ἄσβεστον ἠπείλησε πῦρ. Οὐκ ἂν δὲ οὔτε ὁ Θεὸς, ἀγαθός γε 84 ὢν καὶ δίκαιος, ποινὴν τοὺς παράνομον βίον ἀσπαζομένους εἰσέπραξεν, εἴπερ ἄρα κατ' ἀνάγκην ἡμάρτανον· οὔτε τῶν ἀνθρώπων οἱ σοφώτατοι τοιούτους ἂν ἔθεσαν νόμους, εἴπερ ἤδεσαν οὐ γνώμῃ τὰ ἀνθρώπεια τελούμενα πλημμελήματα· οὔτε μὴν οἱ τὸ ἄρχειν λαχόντες τὰς ὠμοτάτας ἂν βασάνους τοῖς τὰ πονηρὰ τολμῶσι προσέφερον, εἴπερ ἐγνώκεσαν οὐχ αἱρέσει γνώμης, ἀλλ' εἱμαρμένης ἢ φύσεως ἀνάγκῃ, παραβαθέντας τοὺς νόμους. Εἰ δὲ ξυγγνώμην τοῖς πλημμελοῦσιν οὐ νέμουσι, διδάσκουσιν ἄντικρυς ὡς γνώμης ἔργον ἡ πονηρία.

81 Ταῦτα καὶ περὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως φρονεῖν καὶ

49. οἱ om. B.Va.

84, 1. καὶ δίκαιος] δικαίως C. 5. ἤδεσαν] ἤδεισαν B. Tum ἀνθρώπινα C. ἀνθρώπεινα Vb. 7. ἂν om. Va. 13. τοῦ ἀνθρώπου] τἀνθρώπου B.

teque delinita, vel exsultante iracundia simul egressa, laxius quam par sit habenas remiserit, illæ quidem affectiones tumultuatim excurrunt, equorum more qui frenum mordicus apprehendunt; domina autem ratio per vim tracta raptatur, in derisum spectantibus opprobriumque adducta. Optimo itaque jure pœnas persolvit, tamquam sponte damnum illud clademque subierit. Etenim et ab hominibus latæ leges eos qui delinquunt irrogatis pœnis coercent, Deus item peccatoribus inexhaustum comminatus est ignem. Neque igitur Deus, cum sit optimus ac justissimus, ab iis pœnas exigeret qui exlegem vitam vivere adamarunt, si adacti necessitate aliqua deliquissent: neque hominum sapientissimi coercendis sceleribus leges umquam tulissent, nisi compertum illis fuisset certa animi sententia humana facinora perpetrari. Porro autem nec qui principatum in ceteros mortales sortiti sunt immanibus tormentis noxios homines scelestosque lacerarent, si probe scirent non a delectu quidem voluntatis, sed vel fati vel naturæ necessitate homines edicta legum transcendere. Qui vero peccantibus nequaquam parcendum putant, manifeste ostendunt peccatum a certa sententia proficisci.

Hæc itaque de natura hominis

ἐδιδάχθημεν καὶ διδάσκομεν· καὶ ἀγάμεθα ὁρῶντες τὴν ἐν ἡμῖν φαινομένην τοῦ ποιητοῦ σοφίαν, τὰς διαφόρους τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἐξ ἑνὸς μὲν ἐγκεφάλου προφερομένας, ἄλλην δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλην προσφερούσας ἀντίληψιν· τὴν μέν, ὁράσεως· τὴν δὲ, ἀκροάσεως· καὶ ἄλλην, ὀσφρήσεως· καὶ ἑτέραν, γεύσεως· καὶ ἄλλην, ἁφῆς· καὶ αὖ πάλιν τῶν μορίων ἁπάντων τὴν χρείαν, καὶ τῶν φαινομένων καὶ τῶν κεκρυμμένων· καὶ τὴν μνήμην πάμπολλα καὶ διάφορα δεχομένην, καὶ οὐ ξυγχέουσαν, ἀλλ' ἀκήρατα ταῦτα διατηροῦσαν, καὶ προφέρουσαν ὁποῖά περ ἐδέξατο πάλαι καὶ πρόπαλαι· καὶ τὰς πολλὰς ἐπιστήμας οὐ λυμαινομένας ἀλλήλαις, ἀλλ' 82 ἑκάστην εἰς καιρὸν ἐπιδεικνυμένην. Ὅταν δὲ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις προσόμοια καταμάθωμεν, μετὰ τοῦ προφήτου βοῶμεν· Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἐκραταιώθη· οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Τίς γὰρ ἱκανὸς ἐξικέσθαι λόγος ἢ τῆς ἐν τῷ σώματι φαινομένης ἁρμονίας, ἢ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ θεωρουμένης σοφίας; Πολλῶν

15. τοῦ ποιητοῦ om. B. 17. προφερομένας] προσφερομένας B. 23. πάμπολλα] τὴν πάμπολλα B. Mox καὶ μὴ ξ. C. 24. προφέρουσαν] προφέρουσαν B. 27. δεικνυμένην] ἐπιδεικνυμένην B.

sentiendum esse a majoribus nostris edocti sumus; ipsique mortales ceteros edocemus, valdeque admodum demiramur, conspicuam opificis Dei sapientiam nostris in corporibus contuentes; nempe ex uno cerebri fonte tam differentes sensuum functiones productas; quoque pacto alii sensus alios ad eundem fontem fructus commoditatesque referant, alium quidem visus, alium vero auditus, alium olfactus, alium gustus, alium porro et tactus: quique sit usus homini, quæ utilitas, e cunctis partibus corporis, tam conspicuis palamque exstantibus, quam introrsus etiam recedentibus: ut memoria suis in thesauris plurima, eademque diversa excipiat; neque tamen ea confundat, sed discretim sincera conservet; tum et repetendo recenseat quæ olim multo ante conceperat: in quibus et multæ sint rerum cognitiones, quæ se invicem minus conturbent, sed singulæ suis temporibus sese prodant. Quandocumque igitur hæc animo et cogitatione repetimus, quæve sunt hisce rebus similia, cum propheta vocem admirantes tollamus: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est: et non potero ad eam.* Quæ

γὰρ δὴ τούτων πέρι [καὶ] Ἱπποκράτει καὶ Γαληνῷ ξυγγραφέντων, καὶ μέντοι καὶ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι καὶ Ἀριστοτέλει καὶ Θεοφράστῳ καὶ μυρίοις ἑτέροις, τῶν εἰρημένων πολλαπλάσια παραλέλειπται, τῶν ὑπὸ τῆς θείας γεγονότων σοφίας τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας ἐφικέσθαι μὴ δυναμένης. Οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ προφήτης ἐφ' οἷς μὲν κατέλαβεν ὕμνησεν, ἐφικέσθαι δὲ τῶν ἐν ἡμῖν θεωρουμένων ἁπάντων οὐ δυνηθεὶς τὴν ἧπταν σαφῶς ὡμολόγησεν, ἀρκεῖν νομίσας εἰς ὑμνῳδίαν ἀξίαν τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ. ς'. 85

ΤΩΝ τὸν θαλάττιον βίον ἀσπαζομένων οἱ μὲν τὰς φορτίδας ἐρέττουσιν, οἱ δὲ ταύτας τοῖς οἴαξι διευθύνουσιν, καὶ μέντοι καὶ πᾶς ἁλιευτὴς ἐφ' ἁλιάδος ὀχούμενος χαλᾷ δίκτυον καὶ θηρεύει τοὺς τῶν ὑδάτων τροφίμους, καὶ ἄλλος ἐπὶ πέτρας ἱδρυμένος καθίησιν ὁρμιὰν, καὶ

35. ξενοφάνει B. cum γρ. ξενοφῶντι a p. m. Ξενοφάνει Va. Ξενοφῶντι Vb. 42. οὐ] μὴ Va.

85, 9. ὁρμιὰν] ὁρμίαν B.

enim satis possit oratio explicare vel apparentem nostri corporis harmoniam, vel ipsi animæ inditam sapientiam? Cum itaque complura de hisce rebus et Hippocrates et Galenus, Platoque præterea, Xenophon, Aristoteles, Theophrastus, aliique prope innumeri, litterarum monumentis mandarint, multo plura sunt dictis rebus ea quæ de divinæ sapientiæ operibus omiserunt: humanæ siquidem mentis solertia consequi universa non potuit. Ejusque rei gratia et propheta David in iis quæ animo complexus est Deum laudavit: cum tamen assequi cuncta non posset quæ nobis insita esse contemplabatur, victum se manifeste confessus est, satisque eam esse confessionem existimavit per quam Deo optimo maximo haud ita prorsus indignas Deo laudes persolveret.

### VI. SERMO. DE PROVIDENTIA DEI.

QUI maritimis sese studiis addixerunt, alii quidem naves remis impellunt gubernaculisve moderantur; alii vero piscatores, lembis invecti, retia demergunt, quibus innutritos aquis pisces concipiant. Videreque est eorum non-

δελεάζων περιπείρει τῷ ἀγκίστρῳ τῶν ἰχθύων τινάς· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ναυαγίᾳ χρῶνται, καὶ ὑποβρύχιοι γίγνονται ἢ ἐξ ἀβουλίας παρὰ καιρὸν ἀναχθέντες, ἢ διὰ θράσος τῆς ζάλης κατατολμήσαντες. Ταῦτα δὲ οὐ τηνάλλως ὑθλῶν διεξῆλθον, ἀλλὰ τῶν τῇ κτίσει προσπταιόντων, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πρυτανευομένων ἀνέδην κατηγορούντων, ἐπιδεῖξαι τὴν ἄνοιαν διά τινος εἰκόνος πειρώμενος. Καὶ γὰρ τὴν κτίσιν οἱ μὲν ὁρῶσι καὶ τὸν ποιητὴν ἀνυμνοῦσιν, οἱ δὲ πλέον ἢ δεῖ θαυμάζοντες ἠλιθίως θεοποιοῦσι· καὶ οἱ μὲν τῶν γιγνομένων ἕκαστον ὑπεράγανται, καὶ τὸν τῶν ὅλων ὁρῶσι κυβερνήτην ἄριστά γε ἰθύνοντα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς οἴαξι φαινομένην εὐφημοῦσι σοφίαν, οἱ δὲ τοῖς γιγνομένοις ἅπασι νεμεσῶσι, καὶ τῶν δρωμένων αὐτοῖς οὐδὲν τὸ παράπαν ἀρέσκει, ἀλλὰ καὶ πλούτου κατηγοροῦσι, καὶ κωμῳδοῦσι πενίαν, καὶ μέμφονται νόσῳ, καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας δυσχεραίνουσι, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν οὐδὲν αὐτοὺς ἥδει

12. ἢ διὰ—κατατολμ.] ἢ δι' ἀθρόας τῆς ζάλης τόλμῃ καταφρονήσαντες C. in textu cum altera lect. in marg. καταφρονεῖν τυλμήσαντες Vb. 14. τῇ κτίσει] ἐν τῇ κτήσει Vb. 15. ἀναίδην] ἀνέδην B. 16. πειρώμενος] πειρόμενος B. 18. πλέον] πλεῖον B. Tum ἤδη C. 23. νεμεσῶσι] νεμεσοῦσι C. 27. αὐτοῖς ἥδιστον τῶν] αὐτοὺς ἤδη τῶν B. αὐτοῖς ἥδειν τῶν Va. ἡδὺ pro ἤδη conj. ut videtur Ursin. αὐτοὺς ἥδει Sirm.

nullos cautibus insidentes funem demittere; ut, quos prius esca pisces illexerint, trajectos hamo undis extollant. Sunt et qui adversa navigatione utentes fracta navi pelago demergantur; sive quod imprudenter haud suo tempore in altum subducti sint, sive quod temerario quodam ausu sese tempestatibus objectarint. Hæc autem non incassum verbosus nugaciterque effundo, sed qui proposita similitudine demonstrare contendam, quanta sit eorum stultitia qui in mundi machina graviter peccant, quæque in eo per divinam providentiam gubernantur, sine pudore ullo accusant. Alii siquidem mundi hujus constitutionem spectantes opificem laudibus jure efferunt: alii vero, plus quam oporteat mundum demirati, fatuo quodam consilio Deum faciunt. Rursusque nonnulli mortales singula eorum quæ in mundo fiunt non sine admiratione maxima contuentur: videntes enim mundi gubernatorem omnia quam optime moderantem, laudant sapientiam quæ in gubernaculis tanta conspicitur. Contra vero non desunt qui omnia quæ

τῶν γιγνομένων, οὐκ εὐκληρία, οὐ δυσκληρία· ἀλλὰ καὶ τὴν εὐετηρίαν καὶ τὴν τῆς γῆς δυσκολαίνουσιν ἀκαρπίαν, καὶ ὁμοίως αὐτοὺς ἀνιᾷ καὶ πολυπαιδία καὶ ἀπαι-
3 δία, καὶ εἰρήνη καὶ πόλεμος. Οὗ δὴ εἵνεκα τῶν τῆς προνοίας πηδαλίων κατηγοροῦσι· μᾶλλον δὲ παντελῶς αὐτὴν, ὅσον ἦκεν εἰς αὐτοὺς, ἐξελαύνουσι· καὶ εἱμαρμένην καὶ πεπρωμένην καὶ τύχην καὶ μοίρας εἰσάγουσι, καὶ τὴν βιαίαν ἀνάγκην ἐφιστῶσιν ἑκάστῳ, καὶ ταύτην
4 φασὶ παρὰ γνώμην ποιεῖν καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, καὶ τοὺς τοιχωρύχους, καὶ τῶν γάμων τοὺς ἐπιβούλους. Φέρε τοίνυν πάλιν τὰς Ἑλληνικὰς ἐξετάσωμεν δόξας, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ταύτας καὶ προφητικοῖς παραθῶμεν δόγμασιν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ποιητὰς μετὰ τῶν δυσσεβῶν καταλίπωμεν μύθων· καὶ γὰρ τούτων ὁ κορυφαῖος τὸν τῶν θεῶν κορυφαῖον ὀλοφυρόμενον δείκνυσιν, ὡς ἐπαμῦναι τῷ παιδὶ μὴ δυνάμενον, ἀλλὰ τῶν τῆς Κλωθοῦς νημάτων ἡττώμενον, καὶ ἀναλῦσαι ταῦτα βου-

28. ἀλλὰ καὶ] ἀλλὰ om. B. 29. δυσκολαίνουσιν] δυσχεραίνουσιν B.Va. 30. καὶ εἰρήνη om. B. 37. τοιχωρύχους] τειχορύχους B. 40. παραθῶμεν] παραθήσωμεν C.

fieri in mundo contingit, maxime oderint, neque eorum quicquam satis placere sibi fateantur; jamque adeo et divitias damnent, et paupertatem infament; juxtaque et de morbis expostulent, et bene valentes graviter ferant: atque, ut semel dicam, nihil eos delectet eorum quæ contingunt in vita, sive prospera illa sint, sive adversa. Itaque pariter et annonæ fœcunditate turbantur, et agrorum sterilitate: tristantur liberorum copia, et carentia: dolent pace, dolent et bello. Ex quo sane fastidio factum est, ut accusent providentiæ gubernacula; immo vero, quantum in ipsis est, funditus tollant; inducant autem Parcas, Fatum, Fortunam, singulisque nostrum violentam quandam necessitatem præficiant, a qua præter animi nostri sententiam fieri nos latrones, mœchos, parricidas, affirmant. Agedum itaque gentilium Græcorum opiniones iterum disquiramus, easque tum apostolicis, tum propheticis dogmatis comparemus. Sed enim poëtas hoc loco cum suæ impietatis fabulis relinquamus: quando et princeps poëtarum deorum principem flebiliter conquerentem inducit, quod filium ulcisci non possit; eo quod Clothonæ filis inferior sit, eaque dis-

λόμενον μὲν, ὑπὸ δὲ τῆς Ἀτρόπου καὶ τῆς Λαχέσεως κωλυόμενον, καὶ τούτου χάριν ὀλοφυρόμενον καὶ κωκύοντα, καὶ γόον πολὺν ἀναμιγνύντα τοῖς λόγοις. Οὗτος καὶ τὸν Ποσειδῶνα δέδειχε τίσασθαι μὲν βουλόμενον τῶν Κεφαλλήνων τὸν στρατηγὸν, ὅτι τυφλὸν εἰργάσατο τὸν Πολύφημον, οὐ δυνάμενον δὲ νικῆσαι τὴν εἱμαρμένην, ἐπειδήπερ εἵμαρτο τῷ Λαέρτου τὴν Ἰθάκην ἰδεῖν. Τούτους τοίνυν καταλιπόντες, τὸν τῶν φιλοσόφων ἐσμὸν 86
6 παραγάγωμεν. Τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Διαγόραν φασὶν ἀθέους ἐπίκλην ὀνομασθῆναι, διὰ τὸ πάμπαν ἀρνηθῆναι τὸ θεῖον· Πρωταγόραν δὲ ἀμφίβολον περί [γε] τούτων ἐσχηκέναι λέγουσι δόξαν. Φάναι γὰρ αὐτὸν εἰρήκασιν οὐκ εἰδέναι, οὔτε εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, οὔτε εἰ παντάπασιν οὐκ εἰσίν. Ἐπίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους καὶ ἡ ἐκείνου ξυμμορία εἶναι μὲν ἔφασαν τὸν Θεὸν, πρὸς αὐτὸν δὲ ἀπεστράφθαι, καὶ μήτε ἔχειν πράγματα, μήτε παρέχειν
7 ἄλλοις ἐθέλειν. Ὁ δέ γε Νικομάχου μέχρι σελήνης ὑπείληφε τὸν Θεὸν πρυτανεύειν, τῶν δὲ μετὰ ταύτην

46. Λαχέσεως] λαχοῦς Vb. 49. δέδειχε] δέδειχθεν C. 50. Κεφαλήνων] Κεφαλλήνων B.C. ib. ὅτι] ὃς B.Va.

86, 5. περί [γε]] γε om. C. 9. [τὰ] πρὸς] τὰ om. B.C.Vb. Tum ἑαυτὸν C.Vb. Tum ἐπιστράφθαι conj. Ursin. 11. δέ γε] γε om. B.

solvere quidem velit, ab Atropo autem et Lachesi prohibeatur: eamque ob rem lamentis, fletibus, ululatuque permulto verba commisceat. Idem et Neptunum inquit velle quidem ultionem sumere de Cephaleniorum duce, qui Polyphemo oculum eruit, haud tamen potuisse fatum superare, quandoquidem fato jam decretum erat Ulyssem Laërtæ filium ad Ithacam patriam rediturum esse. Poëtis igitur prætermissis, philosophorum potius cœtum afferamus. Diagoram sectatoresque Diagoræ Atheos cognomento nuncupatos ferunt, eo quod penitus Deum negarent esse: Protagoran vero ancipiti opinione de Deo sensisse aiunt. Nam dixisse illum affirmant nescire se utrum dii sint, an omnino non sint. Epicurus autem Neoclis filius quæque ab eo secta societasque descendit Deum quidem esse dixerunt; verum ad sese ipsum conversum esse, neque curare ipsum quicquam negotii, neque item sibi velle ab aliis exhiberi. Nicomachi porro filius Aristoteles luna tenus putavit Dei providentiam rebus præesse: at ea omnia quæ infra

ἁπάντων ἠμεληκέναι, καὶ τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ παραδεδωκέναι τὴν τούτων ἐπιτροπείαν· καὶ οὐ μόνον πλοῦτον καὶ πενίαν, καὶ ὑγίειαν καὶ νόσον, καὶ δουλείαν καὶ ἐλευθερίαν, καὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην διανέμειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀποκληροῦν. 8 Τούτων Οἰνόμαος ὁ Κυνικὸς ἐναργῶς κατηγόρησε, καὶ τὸν Πύθιον μάντιν, ὡς τὰ παραπλήσια χρησμῳδοῦντα, τοῖς κατηγορουμένοις ξυνέζευξε· καὶ τὸ μὲν ξύγγραμμα ΦΩΡΑΝ ΓΟΗΤΩΝ ὠνόμασε· λέγει δὲ ὧδε· Ἀπόλωλε γὰρ, τό γε ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἰακά τις αὐτὸ, εἴτε ἔρμα, εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζων χαίρει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία· ἣν ἡμεῖς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα· Δημόκριτος δὲ, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν, δοῦλον, ὁ δὲ, ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιδεῖξαι. Ἀλλὰ τούτων ὁ μὲν λόγος τοσοῦτος, ὅσον ἄν τις ἀξιώῃ, ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρώπους. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν κατα-9 στρατεύεται, παπαὶ, οἷα πεισόμεθα; Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα

15. ἐπιτροπείαν] ἐπιτροπίαν C. 21. τὸ μὲν] μὲν om. C. 22. φωρὰν] φώραν B.Va. ὀνόμασε B. 23. ἀνθρωπίνου] ἀνθρωπείου B.C. 31. δὲ δὴ] δὲ δεῖ B. 33. καὶ ἄλλα τοιαῦτα—προσέθηκε] τοιαῦτα καὶ ἄλλα—προστίθεικε B. προστέθεικε item C. τοιαῦτα καὶ ἄλλα Va.

lunam subsidunt minus Deum curare, sed eorum gubernationem tradidisse fatorum necessitati. Cui quidem tantum tribuebat, ut non solum divitias, paupertatem, prosperam valitudinem, morbos, servitutem, bellum, pacemque diceret ab hac mortalibus dispensari, sed virtutem quoque vitiumque contribui. Hanc vero ejus opinionem Cynicus Œnomaus apertissime accusavit; vatemque Pythium, quod iis similia suis in oraculis responderet, ejusdem accusationis reum fecit, ac librum quem ea de re conscripsit *Veneficorum indaginem* appellavit. In eo autem scripta hæc sunt [Euseb. P. E. p. 254 D.]: *Periit enim (quantum in sapientibus viris est) periit inquam ex humana vita, sive id temonem, sive saburram, sive crepidinem libeat appellare; libertas videlicet humanæ vitæ, quam nos quidem vel rerum quæ maxime necessariæ sunt, dominam esse decernimus: Democritus autem, nisi fallor, et Chrysippus, alter plane servam, alter semiservam esse pulcherrimam hominis partem demonstrare contendunt. Verum tanti eorum sermo fieri debet, quanti ab homine faciendus est homo. Si vero hac in re Deus quoque nobis*

τοιαῦτα εἰπὼν, προστέθεικε καὶ ταῦτα· Φέρε καὶ ἡμεῖς ἀνταγαναχτήσωμεν. Τί δή ποτε; ἔνθα ἂν ἡμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ πιστότατον καὶ πρεσβύτατον· ἔνθα δὲ ἂν μὴ δοκῇ, ἐκεῖ καταδυναστεύει τι λεληθὸς αὐτοῦ, εἱμαρμένη καὶ πεπρωμένη, διάφορα ἑκάστῳ ἡμῶν ἔχουσα, τὸ μὲν ἐκ [τοῦ] Θεοῦ, τὸ δὲ ἐκ τῶν σμικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων ἄνω, καὶ παλλομένων κάτω, καὶ περιπλεκομένων, καὶ διαλυομένων, καὶ διϊσταμένων, καὶ παρατιθεμένων ἐξ ἀνάγκης; Καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τούτων δὲ εἵνεκα ταῦτα προσήνεγκα τῷ λόγῳ, ὅτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοι ἐσμὲν ἡμεῖς· καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς ταῦτα οὔπω ἔγνως, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως. [Καὶ] ταῦτα ὁ Κυνικὸς κατὰ ταὐτὸν τοῦ Πυθίου καὶ Δημοκρίτου καὶ Χρυσίππου κατηγόρησεν· εἰκότως ἀγανακτῶν, ὅτι τοῦ ἡμετέρου νοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἐξανδραποδίσαντες φύσιν τῇ τῆς εἱμαρμένης καὶ πεπρωμένης

34. ἀνταγακτήσωμεν B. κἂν C. pro καί. 37. διάφορα] ἡ διάφορα B. διάφορον Vb. 38. τοῦ θεοῦ] τοῦ om. B.C. Mox τῷ B. 39. σμικρῶν] μικρῶν B. σμικροτάτων Va. Tum σωπομάτων C. 44. ἐκπέφευγεν] ἐκπέφυγεν B. 47. κατ' αὐτῶν τοῦ] κατὰ ταυτὸν τοῦ B. κατ' αὐτὸν τ. C. omisso ante [καὶ]. 49. ἐλευθερίαν] ἐλευθέρ αν (sic) C. ἐλευθέραν Sirm.

*adversus sit, papæ qualia patiemur mala?* Cumque alia permulta in hanc sententiam dicat, hæc insuper adducit [p. 257 C.]: *Age et nos contra indignemur. Quid igitur? Ubi nobis aliquid ita agendum esse videatur, certissimum hoc erit atque antiquissimum? Ubi vero non ita videatur, ibi adversa quadam vi latens nescio quid in nos potest; ipsa videlicet Himarmene, ipsaque Pepromene, hoc est, sua cuique fatalis connexio et transactio; de qua cuilibet vestrum diversa sententia est; huic quidem, quod ea ex Deo sit; huic autem, quod ex minutis illis corpusculis quæ agente necessitate sursum deorsumque impelluntur, implicantur, solvuntur, absistunt, accedunt, et apponuntur?* Rursumque paulo mox: *Horum autem causa in nostrum hæc ipsa sermonem contuli; quoniam te, o vatés Pythie, effugerunt ea quorum domini auctoresque ipsi sumus. Ita qui te scire omnia profiteris, nequaquam tamen hæc scisti, quorum stamina ex voluntate nostra dependent.* Hisce itaque verbis Œnomaus ille Cynicus, Apollinem Pythium, Democritum, Chrysippumque accusavit; justam adversus eos indignationem concipiens, quod humanæ mentis liberam ingenuamque naturam redigentes in servitutem, suæ illius Himarmenes ac Pepromenes necessitati tradi-

ἀνάγκῃ παρέδοσαν. Τὴν δὲ πεπρωμένην ὁ Χρύσιππος πεπερασμένην ἔφησεν εἶναι καὶ συντετελεσμένην διοίκησιν· τὴν δὲ εἱμαρμένην, εἰρομένην τινα, εἴτ' ἐκ Θεοῦ 87
βουλήσεως, εἴτε [καὶ] ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας· τὰς δὲ Μοίρας ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ κατανενε-
12 μῆσθαί τινα ἡμῶν ἑκάστῳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν παρὰ τὸ χρέος εἰρῆσθαι, τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν 5
εἱμαρμένην. Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν τοὺς τρεῖς χρόνους παραδηλοῦν ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται· καὶ Λάχεσιν μὲν κεκλῆσθαι παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον, Ἄτροπον δὲ κατὰ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάθετον τοῦ μερισμοῦ, Κλωθὼ δὲ 10
παρὰ τὸ συγκλώθεσθαι καὶ συνείρεσθαι τὰ πάντα, καὶ μίαν αὐτῶν τεταγμένην εἶναι δόξαν. Τὴν δὲ Πρόνοιαν τοῦτο κεκλήκασι, διότι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ

ult. εἰρομένην suprasc. B. p. m.

87, 1. [καὶ] om. C. 3. κατανενεμῆσθαι] κατανενεμεῖσθαι C. 4. χρέος] χρέως B. οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν εἰρῆσθαι C. Euseb. οὔτε δὲ καὶ χρεὼν παρὰ τὸ χρέος εἰρῆσθαι Va. οὕτω δὲ καὶ χρεὼν παρὰ τὸ χρόνον εἰρ. Vb. 5. κατὰ] παρὰ Va. 11. συγκλώθεσθαι] συγκλώθεισθαι C. 12. δόξαν] διέξοδον Euseb.

derint. Quorum nominum ut rationem aliquam teneamus, est operæ pretium videre, quo etymo Chrysippus eas exponat [Euseb. p. 263 C.] Ait enim *Pepromenen* quasi Peperasmenen esse, hoc est, perfectam transactamque rerum gubernationem: *Himarmenen* vero, quasi hiromenen, hoc est, complicitam eandem conservatamque; sive ex divina voluntate, sive quacumque alia causa. Parcas etiam *Mœras* appellatas ait, eo quod memerismenæ, hoc est, particulatim singulis divisæ ac distributæ sint. Ita et tempus *Chronon* dici putat a *chreon*; quasi quod necessitate quadam secundum fati connexionem adjiciatur rebus, ad easque pertineat. Parcarum autem numero tria nobis tempora significari, quibus omnia revolvantur et consumantur. Ac *Lachesin* quidem dictam esse a *lanchano* verbo, id est sortior; eo quod sorte unusquisque sibi distributum habeat quod semel fato decretum transactumque est: *Atropon* vero, esse stabilitatem sortis illius quæ inverti et commutari non possit: *Clotho* autem nominatam a verbo ejusdem vocis *clotheo*; quo significatur, modo eorum quæ nentur, omnia fato circumvolvi et complicata connecti; unamque esse Parcarum dispositamque sententiam. Totamque hanc seriem *providentiam* nominarunt; eo quod singula ad utilitatem com-

ἕκαστα· Ἀδράστειαν δὲ τὴν αὐτὴν, ὅτι οὐδὲν αὐτὴν
13 ἀποδιδράσκει. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Δημόκριτον καὶ 15
Χρύσιππον καὶ Ἐπίκουρον πάντα κατὰ ἀνάγκην ἔφασαν
γίγνεσθαι, ἀνάγκην καλοῦντες τὴν εἱμαρμένην, ἀλλὰ
καὶ Πυθαγόρας ὁ πολυθρύλητος ἀνάγκην εἶπε περι-
κεῖσθαι τῷ κόσμῳ. Ὁ δὲ Παρμενίδης τὴν ἀνάγκην 20
[καὶ] Δαίμονα κέκληκε, καὶ Δίκην, καὶ Πρόνοιαν· καὶ ὁ
Ἡράκλειτος δὲ πάντα καθ' εἱμαρμένην εἴρηκε γίγνεσθαι·
14 ἀνάγκην δὲ τὴν εἱμαρμένην καὶ οὗτος ὠνόμασε. Καὶ
Χρύσιππος δὲ ὁ Στωϊκὸς μηδὲν διαφέρειν εἶπε τοῦ εἱ-
μαρμένου τὸ κατηναγκασμένον, εἶναι δὲ τὴν εἱμαρμένην 25
κίνησιν ἀΐδιον συνεχῆ καὶ τεταγμένην. Ζήνων δὲ ὁ
Κιτιεὺς δύναμιν κέκληκε τὴν εἱμαρμένην κινητικὴν τῆς
ὕλης, τὴν δὲ αὐτὴν καὶ Πρόνοιαν καὶ Φύσιν ὠνόμασεν.
Οἱ δὲ τοῦτον διαδεξάμενοι τὴν εἱμαρμένην λόγον ἔφα- 30
σαν εἶναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προνοίᾳ διοικουμένων, καὶ
πάλιν ἐν ἑτέροις ξυγγράμμασιν εἱρμὸν αἰτίων τὴν εἱ-
15 μαρμένην κεκλήκασι. Καὶ τὴν Τύχην δὲ ὡσαύτως οἱ
μὲν θεὸν ὑπέλαβον, καὶ ὡς θεὸν ἐσεβάσθησαν· ὁ δὲ

26. Κιτιεὺς] Κητιεὺς B.

modumque dispenset. *Adrasteam* quoque eandem dici voluerunt, a *didrasco* verbo, id est fugio; quia nihil scilicet eam effugiat. Verum enimvero non solum Democritus, Chrysippus, et Epicurus, eorumque sectatores omnia fieri necessitate dixerunt, quam *Himarmenen* aliter appellabant; sed celeberrimus ille quoque Pythagoras necessitatem mundo circumsitam esse dixit. Parmenides vero ipsam Necessitatem, etiam Dæmonem et Justitiam et Providentiam appellavit. Heracletus quoque fieri omnia fato asseruit; quod et *Necessitatem* vocavit. Stoicus item Chrysippus nihil interesse censuit inter fatale ac necessarium; esse autem *Himarmenen*, sempiternam, continuam, ac dispositam motionem. Zeno autem Citiensis Himarmenen inquit esse vim materiæ motricem, eandemque et Providentiam et Naturam appellavit. Hujus autem successores Himarmenen dixerunt esse rationem earum rerum quæ in mundo non sine providentia gubernantur, rursusque in aliis suis libris hirmon (id est connexionem) causarum Himarmenen vocarunt. Pari quoque modo et *Fortunam* alii quidem opinati sunt deam esse, divinosque illi honores tribuerunt: Plato autem causam

Πλάτων αἰτίαν εἶπεν εἶναι κατά τι ξυμβεβηκὸς γιγνομένην, καὶ πάλιν ξύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως κέκληκε. Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ὡσαύτως αἰτίαν ἔφη κατὰ ξυμβεβηκὸς ἐν τοῖς καθ' ὁρμὴν ἕνεκά τινος γιγνομένοις ἄδηλόν τε καὶ ἄστατον. Ἀναξαγόρας δὲ, καὶ Δημόκριτος, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ποικίλης ὠνομασμένοι, ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λόγῳ. Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, καὶ ταῦτα γέλωτος ὢν ποιητὴς, ἄντικρυς κατηγορεῖ τῶν θεὸν τὴν Τύχην ὑπειληφότων, καὶ διαρρήδην βοᾷ,

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία Τύχη θεὸς,
οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταυτόματον ὃ γίγνεται
ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ προσαγορεύεται Τύχη.

Οὗτος καὶ τοὺς οἰωνοῖς ἢ κληδόσι χρωμένους κωμῳδῶν ἔφη,

Ὅταν ἴδω (φησὶ) παρατηροῦντα, τίς ἔπταρεν,
ἢ τίς ἐλάλησεν, ἢ τίς ἐστιν ὁ προσιὼν
σκοποῦντα, ἀπολῶ τοῦτον εὐθὺς ἐν ἀγορᾷ.
Αὑτῷ βαδίζει καὶ λαλεῖ καὶ πτάρυνται
ἕκαστος ἡμῶν, οὐχὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει.
Τὰ πράγματ' ὡς πέφυκεν, οὕτω γίγνεται.

42. δὲ] δέ γε B. 48. οἰωνοῖς] οἰωνοῖσιν C. ib. χρωμένους] κεχρημένους B. ult. ἤ τις ἐλάλησεν om. B. v. Clem. Al. VII. p. 843.

88, 2. αὑτῷ βαδίζει] ἑαυτῷ C. ἑαυτῷ βαδίζει ·βιάζει B. Post h. v. deest in B. folium continens p. 88, 3—90, 52. ed. Sylb. sc. a πτάρνυται usque ad καὶ μετάσχωμεν inclusive. 3. τοῖς] καὶ τοῖς C.

esse dixit quæ ab accidenti aliquo fieret: rursumque eandem naturæ casum aut electionis vocavit. Aristoteles item causam eam dixit esse per accidens in iis quæ voluntario motu fiunt rei alicujus ergo, sed occultam et inconstantem. Anaxagoras, et Democritus, quique a varia porticu philosophi cognomentum traxerunt, aiunt eam occultam humanæ rationi causam esse. Philemon vero Comicus, tametsi homo ad excidendum risum maxime factus, apertissime illos accusat qui fortunam deam esse dixerunt. Sic enim vocalissime exclamat [Clem. Al. V. p. 726.]; *Non est deus Fortuna, non inquam deus; Sed casus ille quo fit omne ut contigit Cuicumque fortunæ vocatur nomine.* Idem poëta eos qui auguriis sortibusque utuntur ita comice infamat; *Cum videro* (inquit) *observantem qui sternutet, aut Speculantem si quis accedat, perdam hunc ego Hominem e vestigio. In foro sibi quilibet Nostrum et deambulat, et loquitur, et ster-*

17 Καὶ ὁ Μένανδρος δὲ ἐν Δεισιδαίμονι [παραπλησίως] τοὺς τὰ τοιαῦτα παρατηροῦντας γελᾷ, λέγων ὧδε,

'Αγαθόν τι μοι γένοιτ', ὦ πολύτιμοι θεοί.
'Υποδούμενος τὸν ἱμάντα τῆς δεξιᾶς
ἐμβάδος διέρρηξ'. Εἰκότως, ὦ φλήναφε·
σαπρὸς γὰρ ἦν· σὺ δὲ σμικρολόγος, οὐκ ἐθέλων
καινὰς πρίασθαι.

18 Οὕτως ἤδεσαν καὶ οἱ τὸν ἐν γέλωτι καὶ θεάτροις ἀσπασάμενοι βίον, ὡς τὰ τοιαῦτα δείγματα καὶ παρατηρήματα λίαν ἐστὶ καταγέλαστα. Καὶ 'Αντιφῶν δὲ, τινὸς δυσχεράναντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ὅτι ἡ ὗς τὰ οἰκεῖα κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινῶσα τὰ σὰ οὐ κατέφαγε
19 τέκνα. Ἔοικε δὲ τούτῳ καὶ τὸ παρὰ τοῦ Βίωνος εἰρημένον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ τοιάδε γελῶν, Τί θαυμαστὸν, ἔφη, εἰ καὶ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐκ ἔχων ὅ τι φάγῃ; τοῦτο δὲ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ 'Αρκεσίλαος
20 παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλακος κατέφαγεν. Καὶ ὁ Διογένης δὲ, ὄφεως ὑπέρῳ ἑαυτὸν ἐνειλήσαντος, καί

5. παραπλησίως om. Va. 7. τι μοι] μοι τι C. 13. δείγματα] δείματα C. 19. λέγων ut videtur Va. pro γελῶν. 20. διέτρωγεν] διέτραγεν C.

*nuit; Et non suis in civitate civibus. Sic namque quæque res fit ut natura fert.* Menander quoque in Comœdia cui titulus Disidæmon, id est Superstitiosus, hujusmodi observatores ita irridet [Clem. Al. VII. p. 842, 12.]: *Bene precor hoc vertat, dii sanctissimi: Dum calcior, lorum dextræ effregi crepidæ. At jure diffregisti fatue blactero. Longa vetustate illud namque putre erat. Tu vero nimium parcus, qui novas tibi Emere nolueris crepidas.* Hoc itaque pacto scisse se ostenderunt qui ludicram theatralemque vitam sectantur ejusmodi signa observationesque rerum valde esse ridiculas. Quin et Antipho cum videret quendam graviter ferre, sibique ominosum id fore suspicari, quod sus apud se fœtus quos enixa fuerat ambedisset, *Gaude,* inquit, *hoc signo, quoniam fame affecta filios tuos minime comedit.* Simile vero huic est quod Bion dixisse fertur. Nam is quoque hujusmodi superstitiones irridens, *Quid mirum est,* inquit, *si mus, cum non haberet quicquam quod esset, panarium saccum corrosit? Illud sane mirandum contigisset, si, ut Arcesilaus jocans dicere solebat, murem saccus comedisset.*

τινος τοῦτο θαυμάσαντος, καὶ τέρας εἶναι νομίσαντος, Μὴ θαύμαζε, εἶπεν· ἦν γὰρ παραδοξότερον, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημμένον τεθέασο. Οὕτω πάλιν οὗτος αὐτὸς ἐν οἰκίᾳ τινος μοχθηροῦ ἐπιγεγραμμένον εὑρὼν,

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.

21 Καὶ πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; Οὕτως ἐκωμῴδουν καὶ οἱ τῷ τῆς δεισιδαιμονίας πλάνῳ δεδουλευκότες τοὺς οἰωνοὺς, καὶ τὰς κληδόνας, καὶ τὰ παρὰ τῶν πολλῶν ἔτι καὶ νῦν νομιζόμενα τέρατα· καὶ πτάρνυσθαι μὲν τοὺς πτέροντας ἔλεγον οὐκ ἄλλοις τι προσημαίνοντας, ἀλλὰ τὸ ξύνηθες ὑπομένοντας πάθος· καὶ τοὺς διαλεγομένους οὐκ ἄλλοις τισι προδηλοῦν, ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτοῖς προκειμένων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· καὶ τὸν μῦν ὑπὸ τῆς πείνης ὠθούμενον διατρῆσαι τὸν θύλακον, οὐ χρησμόν τινα τῷ τοῦ θυλάκου δεσπότῃ προλέγοντα· καὶ τοῦ ὑποδήματος τοὺς δεσμοὺς ὡς παλαιοὺς διαρραγῆναι, οὐχ ὡς χρησμολόγους χαλεπόν τι

25. εἶναι] τοῦτο εἶναι C. Mox ἐθεάσω Sirm. 31. οὕτως] καὶ οὕτως C. 38. τισι] τι C.

Diogenes autem, cum forte pistillo serpens se obvolvisset, factumque id valde quidam admiratus portentum esse opinaretur; *Ne quæso*, inquit, *mirare. Magis enim præter opinionem accideret, si pistillum recto serpenti se obvolvisset.* Rursus hic idem cum reperisset apud quendam ita domestico parieti inscriptum; *Jovis gnatus victoriosus Hercules Has habitat ædes: ne quid huc intret mali. Et quomodo*, inquit, *dominus intrabit domus?* Ita sane vel ii quoque, qui tunc in sæculo vixerunt superstitionibus multis addicto, scommatis ac dicteriis incessebant et auguria, et sortes, et quæ hodie quoque a nonnullis prodigia et portenta existimantur. Ergo et sibi sternuere sternutantes dicebant, non qui cuiquam inde quicquam portenderent, sed qui solitum sibi id accidens paterentur: item et mutuo colloquentes nihil significare aliud, quam ut de propositis sibi rebus verba inter se facerent: Murem quoque illum fame compulsum ut saccum panarium perforaret, non ut domino sacci futuri quicquam prædiceret: pari modo et crepidæ religacula, ut quæ vetustate computruissent, facile esse dirupta;

22 προαγορεῦσαι. Ταῦτα σαφῶς ἐπιστάμενος καὶ Ἐπί- 45
χαρμος ὁ Πυθαγόρειος τούτων μὲν ἁπάντων κελεύει καταφρονεῖν, τὸν δὲ τῶν ὅλων ὀπτῆρα δεδιέναι παρεγγυᾷ. Λέγει δὲ οὕτως,

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ.
αὐτὸς ἔσθ' ἁμῶν ἐπόπτης, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεῷ. 50

23 Καὶ Δίφιλος δὲ ὁ κωμικὸς, ἀληθῆ φιλοσοφίαν τῇ κωμῳδίᾳ προσμίξας, τάδε φησὶν,

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
πεφευγέναι τὸ θεῖον, ὡς λελῃθότας;
ἔστι Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ δὴ καθ' ἅδην δύο τρίβους νομίζομεν· 89
μίαν μὲν, δικαίων· ἑτέραν δὲ, ἀσεβῶν.

Καὶ μετ' ὀλίγα,

Μηδὲν πλανηθῇς· ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις,
ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης. 5

24 Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἅπαντες οἱ πλημμελοῦντες τῇδε τίνουσι δίκην, οὔτε μὴν οἱ ἀξιόνικοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα πάντες πρὸς ἀξίαν ἐνθάδε κομίζονται,

48. διαφεύγει] ἐκφεύγει Clem. Al. V. p. 708. Euseb. Præp. p. 674 B. 51. τάδε] τοιαδε C.Va.
89, 1. καὶ δὴ] καὶ δὴ καὶ C. Tum ᾅδου Sirm. 4. κἀν] ἐν C.

non ut gravia quædam oracula funditarent. Horum omnium probe conscius Epicharmus ille Pythagoreus jubet ea prorsus cuncta contemni. Hortatur autem, illum timeamus qui res omnis prospicit et tuetur. Inquit enim; *Nil effugit Dei manus: hoc nosse oportet firmiter. Ipse nostri inspector est: nihilque non potest Deus.* Diphilus etiam comœdus, veram philosophiam fabulis suis admiscens, ita scriptum reliquit [Clem. Al. V. p. 721.]: *Putasne vita functos, o Nicerate, Omni voluptate fruitos dum vivebant, Fugisse numen, ut latentes? protinus Est Juris oculus cuncta acute pervidens. Geminæque sub terra viæ ad manes agunt. Una est piorum, sed malorum est altera.* Pauloque mox idem sic ait; *Jus, ne quid erres, inferis quoque est suum: Quod ille dicet dominus omnium Deus.* Et quæ sequuntur. Quando enim non omnes, qui delinquunt, pœnas apud nos scelerum suorum persolvunt; neque virtutis pugiles dignissimi qui coronentur suorum hic certaminum præmia cuncti pro dignitate accipiunt: jure optimo inquit Diphi-

[καὶ] μάλα εἰκότως οὗτος τὸν πάντα ἐφορῶντα ἐπέδειξεν ὀφθαλμὸν, καὶ τὴν ἐσομένην προηγόρευσε κρίσιν· ἵνα κἀκεῖνα δειμαίνοντες, καὶ τοῦτον ὁρᾶν πιστεύοντες, ἅπαντες τοὺς ἀξιεράστους τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀσπάσωνται, καὶ μὴ δυσχεραίνωσι μὴ ὁρῶντες τῶν πόνων τἀπίχειρα. Καὶ Πίνδαρος δὲ ὁ Θηβαῖος, ἐρρῶσθαι φράσας εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ καὶ πεπρωμένῃ, τὴν παναλκῆ δύναμιν τοῦ Θεοῦ διδάσκει τοὺς ἀγνοοῦντας,

> Θεῷ γὰρ, φησὶ, δυνατὸν ἐκ μελαίνας
> νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος,
> κελαινεφεῖ δὲ σκότει καλύψαι
> καθαρὸν ἀμέρας σέλας.

'Ο δέ γε 'Αρίστωνος σαφέστερον ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν τῶν ὅλων τὸν πρύτανιν τῶν τοῦ παντὸς οἰάκων ἐπειλημμένον. Λέγει δὲ ταῦτα ἐν τοῖς Νόμοις· 'Ο μὲν δὴ Θεὸς, ὡς καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείᾳ περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν

9. [καὶ] om. C. 12. καὶ τοῦτον ὁρᾶν πιστεύοντες om. Va. 13. ἀσπάσωνται] ἀσπάσονται C. 18. ὄρσαι] ὁρίσαι C. 19. κελαινεφεῖ] κελαινεφέει C. 22. ἐπειλημμένον] ἐπιλημμένον C. De seqq. v. Suidas in Πλάτων p. 3003 et sq.

lus esse oculum rerum omnium inspectorem. Jure is quoque divini judicii mentionem fecit, ut mortales suppliciorum metu adducti amanda virtutis certamina ultro cuncti accederent, neque propterea turbarentur quod nulla hic suis officiosis laboribus rependi præmia cernerent. Thebanus etiam Pindarus, Fatum ac Fortunam valere jubens, ignaros docet omnipotentis Dei virtutem. Inquit enim: *Potis est Deus atræ noctis e tenebris purum jubar exserere; potis tetra caligine clarum diei lumen obruere.* Aristonis autem filius Plato manifestius nobis ostendit Deum rebus omnibus præsidentem gubernacula orbis totius manibus continere. Inquit enim suis in Legibus [p. 716 A.]: *Deus itaque, ut antiquus etiam sermo testatur, principium rerum omnium, finem, mediumque complexus, recta transigit secundum naturam, omnia circumlustrans. Juxta autem hunc comes Justitia semper sequitur, ultrix eorum qui a divina lege procul aberrant. Quisquis itaque beatus futurus est, justitiæ*

μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος. Εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ, φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς δή γε οὔτε ἄρχοντος οὔτε αὖ ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος Θεοῦ· καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν, σκιρτᾷ ταράττων ἅμα πάντα, καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτόν τε
27 καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε. Διὰ τούτων ὁ φιλόσοφος καὶ τὸν τοῦ παντὸς ἔδειξε κηδεμόνα, καὶ τὴν ἐπί τινων ἔσθ' ὅπῃ μακροθυμίαν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῖς ἀνοήτοις προσγιγνομένην λώβην, καὶ τὴν
28 εἰς ὕστερον αὐτοῖς ἐπιφερομένην πανωλεθρίαν. Ἐν δέ γε τῷ Γοργίᾳ καὶ τὰς τῆς τιμωρίας αἰτίας δηλοῖ, λέγων ὧδί· Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπὸ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, [ἢ] βελτίονι γίγνεσθαι [καὶ ὀνίνασθαι·] ἢ παράδειγμα ἄλλοις γίγνεσθαι· ἵν' ἐκεῖνοι ὁρῶντες [πάσχοντα] ἃ ἂν πάσχῃ, φοβούμενοι, βελτίους γίγνωνται.

31. ἀγνοία] ἀνοία C. 47. ἢ βελτ.] ἢ om. C. 49. πάσχοι] πάσχῃ C.

*inhærescens, humilis ac permodestus eam subsequitur. Si quis vero jactantia elatus, aut evectus pecuniis honoribusve ac pulchra valentis corporis habitudine, tum juventute ac dementia inflammatur animum, non absque contumelia, tamquam nec principe jam nec ductore ullo indigeat, sed qui potis sit ipse alios ducere, desertus a Deo relinquitur. Relictus vero, aliis ejusmodi sibi adjunctis exsultat, omnia simul conturbans: ac multis quidem videtur aliquid esse: post certum vero tempus non culpabilem justitiæ pœnam subiens, et seipsum et domum et civitatem penitus subvertit.* Hisce autem verbis Plato nos docet Deum totius mundi curam esse complexum. Tum et nobis ostendit ejus quandoque nonnullis in rebus longanimitatem ac tolerantiam; quodque inde insipientibus damnum proveniat, quæque illis demum pernicies in posterum afferatur. In ipso autem Gorgia hujus quoque supplicii causas nobis exponit. Sic enim inquit [p. 525 A.]: *Congruit autem ei qui in supplicio constitutus est, dum ab alio id supplicium recte patitur, ut vel ipse inde melior fiat, emolumentumque capiat; vel saltem sit ce-*

Εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι, οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνωσιν. Ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν ᾅδου· οὐδὲ γὰρ οἵόντε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι. Οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται· καὶ οὗτοι, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδέν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰς μεγίστας καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα [τὰ] πάθη πάσχοντας, καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους. Ταῦτα δ' ἔοικεν ὁ φιλόσοφος ἐκ τῶν θείων σεσυληκέναι λογίων. Ἤκουσε γὰρ πάντως τίνα Μωϋσῆς ὁ θεσπέσιος εἰρηκέναι ξυνέγραψε τῷ Φαραὼ τὸν Θεὸν, ὅτι, Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Παμπονήρῳ γάρ τοι γεγενημένῳ ἐκείνῳ παντοδαπὰς κολάσεις ἐπήνεγκεν ὁ Θεός· οὐχ ὥστε ἐκεῖ-

51. οἳ ἂν ἰάσιμα] οἳ δ' ἀνιάσιμα C. 52. ἁμαρτάνωσιν] ἁμαρτάνουσιν C.
90, 5. τὰς μεγίστας] τὰ μέγιστα Vb. 10. τινα] τι Vb. 13. ἐν σοὶ] εἰς σὲ Sirm.

*teris exemplo, ut videntes eum pati quæ patiatur, timore adducti, fiant meliores. Sunt vero qui dum pœnas exsolvunt, ita et ab ipsis diis et ab hominibus utilitatem profectus capiunt; ii videlicet qui sanabile aliquod peccatum expiabileque peccarint; quibus tamen non nisi per dolores et cruciatus et in hac vita et apud inferos utilitas illa contingit. Neque enim aliter possunt ab iniquitate expiari. Qui vero extrema quædam peccata admiserint, atque ob ea insanabiles facti sint, ex hisce hominibus exempla aliis fiunt. Atque hi quidem ex irrogatis suppliciis utilitatem nullam accipiunt, utpote insanabiles: alii tamen inde proficiunt, qui eos vident, ob ea quæ maxima admiserunt peccata, horribiles et acerbissimas pati pœnas, sempiternoque tempore ad manifesta omnibus exempla sublatos esse.* Videtur autem philosophus Plato hæc e sacris voluminibus suffuratus. Plane enim, puto, audivit quæ deiloquus Moses conscripsit. Ait enim Pharaoni Deum dixisse; *In hoc ipsum te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, et ut annuncietur nomen meum in universa terra.* Illi enim scelestissimo jam effecto varias Deus ac multiplices pœnas intulit; non ut illum quidem meliorem efficeret, (norat enim du-

νον ἀποφῆναι βελτίονα, (ᾔδει γὰρ αὐτοῦ καὶ τὸν νοῦν ἀντίτυπον, καὶ τὸ πάθος ἀνήκεστον,) ἀλλ' ὅπως τὰ περὶ ἐκείνου διηγήματα πᾶσιν ὠφελείας γένηται παραδείγματα. Καθάπερ γὰρ αἱ πόλεις τρέφουσι τοὺς δημίους, ὥστε τοὺς ἀνδροφόνους καὶ τοιχωρύχους καὶ τοὺς [τὰ] ἄλλα ἄττα παρανομοῦντας διὰ τούτων κολάζειν· οὐκ ἐπαινοῦσαι μὲν αὐτῶν ἀλλὰ καὶ λίαν μισοῦσαι τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, ἀνεχόμεναι δὲ τῆς τούτων ὑπηρεσίας διὰ τὴν χρείαν· οὕτως ὁ [τῆς μεγίστης πόλεως τοῦδε] τοῦ κόσμου πρύτανις, οἷα δημίους τινας γίνεσθαι ξυγχωρεῖ τοὺς τυράννους, ὥστε διὰ τούτων ποινὴν τοὺς ἀσεβοῦντας καὶ παρανομοῦντας εἰσπράττειν· ὕστερον δὲ καὶ τούτους αὐτοὺς παντελεῖ παραδίδωσι τιμωρίᾳ, ἐπειδήπερ οὐχ ὡς Θεῷ διακονοῦντες, ἀλλ' οἰκείᾳ πονηρίᾳ δουλεύοντες, τὰ δεινὰ ἐκεῖνα δεδράκασιν. Οὕτως ἡμαρτηκότα τὸν Ἰσραὴλ τῇ τῶν Ἀσσυρίων ὠμότητι παραδέδωκεν· ἐπειδὴ δὲ οὗτοι τῆς τιμωρίας οὐ διέγνωσαν τὸν σκοπὸν, τηνικαῦτα καὶ τούτων καταλύσας τὴν δυναστείαν, ἑτέροις δουλεύειν ἠνάγκασε. Καὶ ταῦτα Ἡσαΐας

18. ἀφέλιμα Va. pro ὠφελείας. ib. παραδείγματα] παράδειγμα C. παραδείγματος Va. παραδείγματι Vb. 21. [τὰ] om. C. 24. ἀνεχόμεναι] ἀναδεχόμεναι Sirm. 25. [τῆς—τοῦδε] om. Va. 26. γίνεσθαι ξυνεχώρει] γενέσθαι ξυγχωρεῖ C. 32. δεδράκασιν] δεδράχασιν C. 33. παραδέδωκεν] παρέδωκεν C.

rissimam ejus mentem, labemque insanabilem) sed ut ea, quæ olim de ipso prædicanda erant, perutilia cunctis exempla fierent. Sicut enim civitates justitiæ ministros et carnifices alunt, per quos et parricidas et latrones et aliis sceleribus delinquentes pœna afficiunt; non laudantes quidem quæ sibi carnifices peragenda munia desumpserunt, sed ad necessarios tamen usus eorum ministeria tolerantes: ita et mundi hujus præsul ac gubernator patitur tyrannos esse ceu quosdam carnifices, ut per eos ab impiis et iniquis hominibus pœnas exigat, mox tamen et eosdem tyrannos exactissimo traditurus supplicio: quandoquidem non ut Dei ministri, sed suæ ipsi malignitati servientes, ea damna hominibus intulerunt. Ita Deus peccantem Israel Assyriorum sævitiæ tradidit puniendum: quia vero et Assyrii causam pœnæ illius non cognoverunt, illorum denique ditionem dissolvens, aliis eos servire co-

καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ πάντες οἱ προφῆται διαρρήδην διδάσκουσι· παρ' ὧν, οἶμαι, ὁ Πλάτων τὰς ἀφορμὰς κεκλοφὼς ἔφη τοὺς ἀνιάτως διακειμένους εἰς ὠφέλειαν ἑτέρων παιδεύεσθαι. Κἀν τῷ Φιλήβῳ δὲ πάλιν τὸν περὶ τῆς προνοίας ἐκράτυνε λόγον· Πάντες γάρ, φησι, ξυμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ὄντως ἑαυτοὺς σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. Καὶ ἴσως εὖ λέγουσι. Διὰ σμικροτέρων δὲ, εἰ βούλει, τὴν ἐπίσκεψιν αὐτοῦ τοῦ γένους ποιησώμεθα. Εἶτα ξυλλογισμοῖς παμπόλλοις χρησάμενος, ἐπήγαγε ταῦτα· Βούλει δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις ξυμφήσωμεν, ὡς ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ μὴ μόνον οἰώμεθα δεῖν τὰ ἀλλότρια ἄνευ κινδύνου λέγειν, ἀλλὰ καὶ ξυγκινδυνεύσωμεν καὶ μετασχῶμεν τοῦ ψόγου, ὅταν ἀνὴρ δεινὸς φῇ ταῦτα μὴ οὕτως, ἀλλ' ἀτάκτως ἔχειν; Καὶ ἑτέροις δὲ πλείστοις λόγοις χρησάμενος, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ' ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν ἑπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν, ὡς ἔστιν, ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἄπειρόν τε ἐν τῷ παντὶ πολὺ, καὶ πέρας ἱκανόν· καί τις ἐπ'

45. βούλει] βούλῃ C. 49. ξυμφήσωμεν] ξυμφήσομεν C. ξυμφωνήσωμεν Sirm.

91, 1. ὃ πολλάκις] ὡς πολλάκις B.

egit. Esaias enim et Ezechiel, omnesque prophetæ, apertissime hæc nos docent; a quibus, ut opinor, Plato scribendi occasionem surripiens, ait eos, qui jam insanabiles facti sunt, erudiri ad aliorum utilitatem. Iterum vero et in Philebo idem Plato rationem providentiæ confirmavit [p. 28 C.]: *Omnes enim*, inquit, *sapientes consentiunt, vere hac in re sese ipsos honestantes, intellectum esse regem cæli ac terræ: ac fortasse bene aiunt. Minutius autem, si vis, ipsum genus inspiciamus.* Tum quamplurimis syllogismis usus, hæc addidit: *Visne ut et nos ratis jam positionibus et comprobatis assentiamur, quod videlicet hæc ita se habent. Neque solum putemus, quæ diversa sint, sine periculo a nobis dici non posse; verum esse nobis commune periculum subeundum; consortesque infamiæ nos futuros, quotiescumque acer homo ac vehemens dicat non ita hæc esse, verum potius tumultuarie se habere.* Plurimis vero aliis rationibus et hæc addidit; *Itaque nisi hoc est, illam sequentes rationem melius utique diceremus; esse videlicet, quod sæpe jam diximus, infinitum in universo, multum sane, et finem maximum;*

αὐτοῖς αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ ξυνάπτουσα ἐνιαυτούς τε καὶ μῆνας καὶ ὥρας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη. Καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν ναμάτων ἀρυσάμενος ἔχει. Ἐκεῖνα γὰρ διδάσκει σαφῶς, ὡς ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσε τῇ σοφίᾳ τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρο-
34 νήσει, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων ἀκόλουθα. Ἐν δέ γε τοῖς Νόμοις οὗτος αὐτὸς ὁ φιλόσοφος καὶ διαιρεῖ τῶν ἀγαθῶν τὴν φύσιν, καὶ δείκνυσι τὰ μὲν, ἀνθρώπινα· τὰ δὲ, θεῖα. Λέγει δὲ οὕτως· Διττὰ δὲ ἀγαθά ἐστι· τὰ μὲν, ἀνθρώπινα· τὰ δὲ, θεῖα. ἥρτηται δὲ ἐκ τῶν θείων θάτερα· κἂν μὲν δέξηταί τις τὰ μείζονα, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα· εἰ δὲ μὴ, στέρεται ἀμφοῖν. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται ὑγεία· κάλλος δὲ, δεύτερον· τὸ δὲ τρίτον, ἰσχὺς εἴς τε δρόμον εἴς τε τὰς ἄλλας ἁπάσας κινήσεις τῷ σώματι· τὸ δὲ τέταρτον, πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄν περ ἕπηται φρονήσει. Ὁ δὲ πρῶτον τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ, μετὰ νοῦ

3. ξυνάπτουσα ἐν. τε καὶ B. in marg. 7. ἐθεμελίωσε τῇ σοφίᾳ] τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε B. 15. ἐλάττονα] ἐλάσσονα B. Mox στερεῖται C. 17. εἴτε B. 19. τέταρτον δὲ] τὸ δὲ τέταρτον B. 20. ἅνπερ ἕπηται] ἂν παρέπηται C. ἅνπερ ἅμ' ἕπ. Vb. 21. ἀγαθῶν] ἀγαθὸν C.

*quandamque ipsis incubare non contemnendam causam, quæ ornat connectitque annos, menses, et horas, quæque sapientia et intellectus nuncupatur.* Hæc autem, sicut pleraque alia, de fluentis Hebraicis Plato hausit. Illa siquidem manifeste nos docent Deum sapientia terram fundasse, ac præparasse cælos in intellectu. In suis quoque Legibus idem Plato dividit naturam bonorum, ostenditque alia quidem esse divina, alia vero humana. Sic enim inquit [p. 631 B]: *Duplex est bonorum natura. Sunt enim alia quidem divina, alia vero humana. Pendent autem humana e divinis. Si quis igitur ea possideat bona quæ majora sunt, possidet continuo et minora: sin vero non, privatur utrisque. Sunt autem minora bona, quorum primo loco ponenda est sanitas: secundo, est pulchritudo: tertio autem, corporis robur atque agilitas ad cursum motusque alios corpori congruentes. Quarto autem loco ponendus est Pluto; non ille quem nonnulli cæcum depingunt, sed oculatissimus atque acutissimum videns, modo ducem prudentiam subsequatur. Divinorum autem bonorum jure primum est ac ceteris ducem se exhibens, ipsa Prudentia. Secundum vero locum sibi vindicat, una cum intellectu,*

σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετὰ ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη· τέταρτον δὲ, ἀνδρεία. Ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει· καὶ δὴ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτως. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὰς ἄλλας προστάξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευστέον. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα, εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν ξύμπαντα βλέπει. Εἶτα διδάσκει διὰ πλειόνων, ὡς φύσει μὲν ἀγαθὸν ἀρετὴ μόνη· τὰ δὲ ἄλλα ὁμωνύμως καλεῖται, ὀνόματος μόνου μετέχοντα· Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν, φησὶ, λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται. Λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον μὲν, ὑγιαίνειν· δεύτερον δὲ, κάλλος· τρίτον δὲ, πλοῦτος. Καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἀγαθὰ λέγεται. Καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων εὐαισθήτως ἔχειν, ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα ὅτι ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ τὸ μὲν τέλος πάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅτι τάχιστα. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγώ πῃ τάδε λέγομεν, ὡς ταὐτά ἐστι ξύμπαντα

24. ἀνδρεία] ἀνδρία B. et supra ἀνδρίας. 26. ταῦτα om. C. 27. ταῦτα] ταύτας B.Va. 32. ὁμονυμῶς B. Mox μόνον C. 40. εἶναι] εἰς B. εἰ C.

*animæ temperatus habitus. Ex hisce autem cum fortitudine admixtis, tertium bonum erit Justitia: quartum autem, fortitudo. Hæc autem omnia natura sunt priora illis: atque legumlatori ita disponendum est. Post hæc autem alia civibus præcepta, quæ in hæc tendant, præcipienda esse censeo. Horum itaque bonorum quæ humana sunt spectant in divina: quæ vero sunt divina, in principem ducemque intellectum omnia respiciunt.* Tum pluribus verbis Plato nos docet natura bonum solam esse virtutem; alia vero bona æquivoce bona dici, solo nomine participia. Inquit enim [p. 661.]: *Quæ multi bona appellant, nequaquam recte vocantur bona. Vulgo enim fertur optimum bonorum esse bonam valitudinem; secundo loco, pulchritudinem in bonis esse: tertio autem loco, divitias. Alia quoque innumera vocantur bona. Nam acuto visu acutoque auditu præditum esse, aliisque sensibus uti sine impedimento posse; præterea in dominatione exercenda compotem esse quempiam faciendi quæcumque appetat; bona hæc multi appellant. Finem denique omnis beatitudinis esse aiunt, ut, qui hæc omnia possidet, fiat quam ocissime possit immortalis. Vos autem, atque ipse adeo vobiscum, ita ferme sentien-*

δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. Καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ παράπαν ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα, κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης· ἔλαττον δὲ, ὡς
36 ἂν ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῴη. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς δικαίοις εἶναι, τοῖς δὲ ἀδίκοις [εἶναι] κακά· 92 τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακά. Κἀγὼ δὲ κομιδῇ τήνδε ἄγαμαι τὴν διαίρεσιν. Μέγιστον γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν τό γε εἰδέναι τί μὲν κυρίως ἀγαθὸν, τί δὲ τοῦτο λέγεται μὲν, γίγνεται δὲ πῇ μὲν τοιοῦτο, πῇ δὲ τοὐναντίον, ὑπὸ τῶν ἢ εὖ καὶ καλῶς
37 μετιόντων, ἢ τὴν ἐναντίαν γνώμην ἀσπαζομένων. Καὶ γὰρ ὑγίεια, καὶ κάλλος, καὶ ῥώμη σώματος, καὶ μέντοι καὶ πλοῦτος, τοὺς μὲν ὤνησέ τε καὶ ἔδειξε τῶν κτημάτων ἀξίους, τοῖς δὲ ὄργανα πονηρίας καὶ ἀκρασίας ἐγένετο.

46. δὴ καὶ] καὶ om. C. 48. κεκτημένον] τεκτηνάμενον C. 49. τε καὶ] τε om. B.

92, 1. [εἶναι] om. B. 7. τοιοῦτο] τοιοῦτον Sirm. 9. ῥώμη καὶ κάλλος] κάλλος καὶ ῥώμη B.C.

*dum dico; esse videlicet harum omnium rerum usum justis sanctisque hominibus multo optimum; injustis vero esse quam pessimum; ut a bona valitudine incipientes cetera prosequamur. Nam videre, audire, ceterisque uti sensibus, ac longissimum vivere, maximum quidem malum est ei qui per omne tempus sit immortalis, exceptaque justitia, omnique demum virtute, cuncta ea quæ vocantur bona possideat. Minus autem mali ei contingit, si quamminimum tempus in vita fuerit.* Pauloque mox idem Plato hæc addit: *Ego quidem dico, quæ vocantur mala, justis quidem hominibus bona esse, injustis autem mala: quæ vero bona dicuntur, justis quidem bona contingere, malis autem hominibus mala esse.* Ego quoque, ut verum fatear, hanc bonorum divisionem valde laudo, plurimumque admiror. Maximum est enim profecto bonum, scire quidnam proprie vereque sit bonum; quid item bonum quidem dicatur, fiat autem alicubi quidem bonum, alicubi vero malum, apud eos qui bene pulchreque utuntur, vel qui abutendi mentem consiliumque sectantur. Sanitas enim, robur corporis, pulchritudo, divitiæ, aliis quidem profuere, quos et dignissimos earum rerum possessione

Σωφροσύνη δὲ καὶ δικαιοσύνη, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια, τῆς ψυχῆς ἐστι κτήματα, ἃ πᾶσίν ἐστι τοῖς ἔχουσιν ὀνησιφόρα, καὶ οὐδένα σίνεται τῶν κεκτημένων. Τοῖς δὲ τοιούτοις καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ ξύμφορα κτήματα· δικαίων γὰρ καὶ σωφρόνων οἰκονόμων τυγχάνει. Τὰ δέ γε διὰ τούτων ἄριστα γιγνόμενα κάκιστα φαίνεται, πονηροῖς περιπεσόντα καὶ παρανόμοις· καὶ γὰρ ὁρῶσιν ἃ μὴ δεῖ, καὶ ἀκούουσιν ὧν οὐ δεῖ, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις εἰς ἀκολασίαν παιδεύουσι.

38 Μὴ τοίνυν, ὦ φίλοι ἄνδρες, συγχέωμεν τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, ἀλλὰ διαγνῶμεν τί μὲν ἀληθῶς ἀγαθὸν, τί δὲ κακὸν, τί δέ γε τὴν μέσην τούτων κἀκείνων εἴληχε τάξιν· καὶ μὴ καλῶμεν εὐδαίμονας τοὺς πλουτοῦντας καὶ ῥωμαλέους καὶ δυναστείαν περιβεβλημένους τινα· κακοδαίμονας γὰρ ἀληθῶς καὶ τρισαθλίους προσαγορεύειν προσήκει τοὺς τούτων μὲν μετειληχότας, ὕλην 39 δὲ ἀποφήναντας αὐτὰ κακίας καὶ πονηρίας. Ὅταν οὖν ἴδωμεν παμπόνηρον ἄνθρωπον πλούτῳ περιρρεόμενον,

14. καὶ ἅπασιν] ἃ πᾶσιν B.Va. 29. τοιούτων] τούτων B.Va. 31. ἐπερειδόμενον] περιρρεόμενον B. ἐπερειδόμενον C. cum γρ. περιρεόμενον in marg. et mox ὀνομάζομεν. περιρρεόμενον Va. ἐπερειδόμενον Vb.

ostenderunt: aliis vero malitiæ instrumenta incontinentiæque fuerunt. Temperantia vero ac justitia, ceteraque his similia, pertinent ad animæ solius possessionem, suntque habentibus cunctis valde utilia, nihilque damni possidentibus afferunt. Talibus itaque hominibus etiam illa quæ vulgo appellantur bona, perquam utilia esse contingit. Justi enim temperatique homines illis utuntur. Quæ igitur ex talium virorum bono usu fiunt quam optima, videntur esse tunc pessima cum injustis malisque possessoribus ea contingunt. Etenim ea visu atque auditu percipiunt, quæ videnda prorsus atque audienda non sunt; sensusque item ceteros in omni lascivia incontinentiaque erudiunt.

Ne itaque, amici homines, confundamus rerum naturam; sed dispiciamus quid vere quidem bonum, quid autem sit malum, quidque illud sit quod medio inter utrumque loco positum est: neque beatos vocemus divites, nec robustos, neque eos qui potestate aliqua circummuniti sunt. Infelices enim profecto ac miserrimos appellari eos decet, qui ejusmodi naturæ muneribus prædíti utuntur eis tamquam materia scelerum. Quotiescumque igitur pessimum hominem viderimus undi-

μὴ τρισόλβιον ὀνομάζωμεν, ἀλλὰ δείλαιον, ὅτι τοῦ παρανόμως βιοῦν ἔχει πολλὰς ἀφορμάς· καὶ ὅταν ἕτερον ἐπιεικῆ εἶναι δοκοῦντα θεασώμεθα δυσκληρίᾳ τινὶ καὶ πενίᾳ ξυνεζευγμένον, μήτε ἄθλιον ὑπολάβωμεν, μήτε ἄδικον τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν νομίσωμεν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πάντως τῷ ὄντι δίκαιος ὁ δοκῶν εἶναι δίκαιος· ἑτέρως γὰρ καὶ ταῦτα ὁρᾷ καὶ διακρίνει ὁ πάντα γε ὁρῶν ὀφθαλμός. Καὶ τοῦτο Σαμουὴλ τὸν προφήτην αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ τῶν πάντων ὀπτήρ· Οὐχ ὡς ἄνθρωπος γάρ, φησιν, ὁρᾷ, οὕτως ὁρᾷ ὁ Θεός· ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν. Ἵνα δὲ καὶ θῶμεν ἀληθῶς εἶναι δίκαιον τὸν δυσποτμίᾳ τινὶ κατεχόμενον, ἐκεῖνό γε πᾶσιν ἐπίδηλον ὡς οὐδεμίαν ἐκ τῆς δυσημερίας εἰσδέξεται βλάβην, φέρειν ὡς ἀρετῆς ἀθλητὴς πεπαιδευμένος τὰ δυσχερῆ. Ὥσπερ γὰρ οἱ πονηρίᾳ συζῶντες καὶ τὰ καλούμενα ἀγαθὰ πονηρίας ἀποφαίνουσιν ὄργανα, οὕτως οἱ τῆς ἀρετῆς ἐρῶντες καὶ τὰ κακὰ νομιζόμενα φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς κατασκευά-

41. ὅλων] πάντων B. ib. ὀπτήρ] πατήρ C. 43. θεὸς δὲ] ὁ δὲ θεὸς B. 46. φέρων—παιδευόμενος] φέρειν—πεπαιδευμένος B.C. πεπαιδευμένος Va. παιδευόμενος Vb.

que affluentem divitiis opibusque suffultum, ne quæso hunc beatissimum nuncupemus, sed infelicem censeamus, quod ei multæ sint ad inique vivendum occasiones oblatæ. Contra vero, si quem videamus qui probus homo existimetur, sed qui tamen inopia rerumque difficultate circumventus sit, ne propterea hunc esse miserum opinemur, neque injustam Dei providentiam censeamus. Primo enim non utique vere justus est, quicumque justus existimatur. Aliter enim ac nos hæc etiam videt oculus ille qui omnia contuetur: ipsumque hoc est quod Samuelem prophetam universorum docuit Deus inspector: *Non sicut videt homo, ita videt et Deus: homo enim faciem videt, Deus autem cor.* Ut autem ponamus vere justum hominem gravi aliquo infortunio detineri; illud tamen omnibus plane constabit, nullum ei insigne detrimentum ex eo infortunio adventurum. Docte enim ac perprudenter adversas res feret, tamquam sit virtutis athleta fortissimus. Sicut enim ii qui perdite vitam ducunt etiam illa quæ vocantur bona instrumenta sibi ad nequitiam esse ostendunt; ita et amatores virtutis ea quæ vulgo putantur mala instituunt sibi materiam esse ad veram philosophiam.

42 ζουσιν ὕλας. Οὕτω δὴ τούτων ἕκαστον διακρίνοντες, 93
οὔποτε τὸν Θεὸν ἄδικον ὀνομάσομεν, ἀλλὰ ξυνομολογήσομεν ὀρθῶς ἔχειν ἅπερ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Θεαιτήτῳ ξυνέγραψεν· Ὅτι ὁ Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν γένηται ὅτι δικαιότατος περὶ τοῦτο. Πάλιν δὲ κἀν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων ἰᾶσθαι πειρᾶται τοὺς τῆς θείας προνοίας οὐ προσιεμένους τὸν λόγον. Λέγει δὲ ταῦτα·
43 Τὸν δὲ ἡγούμενον θεοὺς μὲν εἶναι, μὴ φροντίζειν δὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παραμυθητέον ὧδε· ὦ ἄριστε, δὴ φῶμεν, ὅτι μὲν ἡγῇ θεοὺς εἶναι, ξυγγενειά τις θεία πρὸς τὸ ξύμφυτόν σε ἄγει τιμᾶν καὶ νομίζειν εἶναι· κακῶν δ' ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων τύχαι, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, ἀληθείᾳ μὲν οὐκ εὐδαίμονες, δόξῃ δὲ εὐδαιμονιζόμεναι σφόδρα, ἀλλ'
44 οὐκ ἐμμελῶς ἄγουσί σε πρὸς ἀσέβειαν. Εἶτα διεξελθὼν τὴν νομιζομένην τῶν ἀδίκων εὐκληρίαν, ἐπιφέρει καὶ ταῦτα· Ἀλλ' οὐδὲν τάχα ἂν εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσιν οἱ θεοὶ οὐκ ἧττον, μᾶλλον

93, 9. τὸν δὲ ἡγούμενον] τὸν διηγούμενον B. omisso mox μέν. 10. ἀνθρωπίνων] ἀνθρωπείων B. 11. Δημοφῶν] δὴ φῶμεν C. cum Plat. et Euseb. 14. τε καὶ] τε om. B. 20. ἐπιμελεῖς] ἐπιμελήσει B. qui mox om. οἱ.

Hoc itaque pacto singula discernentes, numquam profecto injustum esse Deum dicemus, sed recte potius se habere quæ Platoni in Theæteto conscripta sunt [p. 176 B.]: *Deum videlicet nullo modo injustum esse, sed, quam maxime possit, esse justissimum, nihilque illi esse similius, quam qui nostrum fiat multo justissimus.* Plato etiam in decimo Legum libro sanare illos aggreditur qui rationem divinæ providentiæ non admittunt. Sic enim ait [p. 899 E.]: *Qui vero deos quidem esse existimet, curam vero humanarum rerum nullam habere, hac consolatione curandus est, o optime Demophon. Quod deos esse existimes, divina te quædam agit cognatio, ut tibi insitum colas, atque esse opineris. Malorum vero hominum injustorumque fortunæ, tum privatæ tum publicæ, quæ reipsa beatæ non sunt, opinione autem beatæ admodum habentur, quamquam indecenter ac fatue, ducunt te ad impietatem.* Tum vero percurrens apparentem existimatamque injustorum hominum prosperitatem, hæc ita superioribus addidit: *Nequaquam vero fortasse hoc difficile*

δὲ ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. Ἤκουε γάρ που καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἁπάντων ἐπιμέλειαν, οἰκειοτάτην αὐτῶν οὖσαν, κέκτηνται. Εἶτα ξυλλογισμοῖς κρατύνας τὸν λόγον, ἐπήγαγε· Μὴ τοίνυν τὸν θεὸν ἀξιῶμέν ποτε θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, οἳ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔργα, ὅσῳπερ ἂν ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ θεὸν, ὄντα τε σοφὸν, βουλόμενόν τε ἐπιμελεῖσθαι, δυνατὸν εἶναι· καὶ δυνάμενον μὲν, ῥᾷον ἐπιμεληθῆναι· σμικρῶν δὲ ὄντων μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι δυνατὸν εἶναι, καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλόν τινα διὰ πόνους ῥαθυμοῦντα. Ἔπειτα ἐπιφέρει· Μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ θεοῦ, ὦ ξένε, ἀποδεχώμεθα· οὐδαμῇ γὰρ οὔτε ὅσιον οὔτε ἀληθὲς τὸ διανόημα διανοοῖτ' ἄν. Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· Πᾶς γὰρ ἰατρὸς, καὶ πᾶς ἔντεχνος δημιουργὸς, παντὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται πρὸς τὸ κοινῇ ξυντεῖνον βέλτιον·

22. ἤκουσι γὰρ καὶ πάρεισι τοῖς νῦν διαλεγομένοις] ἤκουε γάρ που καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγ. B. γρ. ἤκουεν γάρ που καὶ παρῆν δὴ λεγομένοις C. in marg. a p. m. 23. ἀγαθοὶ] ἀγαθὸν B. 35. ἔπειτα] ἔπειτα δὲ B. 36. περὶ] ἐπὶ B. 37. δεχώμεθα] δεχόμεθα C. 39. πᾶς γὰρ] πᾶς μὲν C.

*ostensu erit, curare deos videlicet etiam quæ pusilla sunt: neque minus hæc curare, immo autem magis, quam quæ egregie magna sunt. Huc enim veniunt atque hic intersunt nunc mutuo colloquentibus, affirmantibusque quod cum boni sint omni genere virtutis, rerum omnium curam velut maxime propriam sibi vindicant.* Tum et syllogismis hanc rationem confirmans, ita subjungit [p. 902 E.]: *Ne itaque opinemur Deum esse opificem mortalibus inferiorem, qui convenientia sibi opera, quanto ipsi sunt meliores, tanto exactius perfectiusque, una eademque arte, tum magna, tum pusilla, conficiunt. Deum vero quis putet, cum sit idem sapiens, velitque ac possit curare omnia, posse quidem facilius ea curare quæ magna sunt; quæ vero sunt exigua, ullo modo curare non posse? quasi nobis inertem quendam ac desidem proponamus, qui propter nimiam vim laborum timide subsidat, reficique per otium velit.* Tum et hæc amplius ita addit: *Nullo pacto, amice, hanc de Deo admittamus opinionem. Neque enim sanctam, neque veram, nostro animo sententiam versaremus.* Pauloque mox; *Omnis enim medicus, omnisque peritus artifex, universi gratia cuncta operatur, ad id respiciens quod commune sit bonum. Partem itaque totius gratia peragit, nequa-*

μέρος μὲν εἵνεκεν ὅλου, καὶ οὐχ ὅλον εἵνεκεν μέρους ἀπεργάζεται· σὺ δ' ἀγανακτεῖς ἀγνοῶν ὅπῃ τὸ περὶ σὲ ἄριστον τῷ παντὶ ξυμβαίνει. Καὶ μετὰ πλείστους λόγων ἐλιγμοὺς 45
47 ἐπήγαγεν· Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οὓς σὺ κατιδὼν ἐκ σμικρῶν μεγάλους γεγονότας ἀνοσιουργήσαντας, ἤ τι τοιοῦτον πράξαντας, ᾠήθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι, καὶ ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς 50 πράξεσιν ἡγήσω καθεορακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν, οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ξυντέλειαν, ὅπῃ ποτε τῷ παντὶ ξυμ-
48 βάλλεται. Διὰ δὴ τούτων ἁπάντων καὶ τῆς προνοίας τὸ δίκαιον ἔδειξε, καὶ ὡς ἕκαστον τῶν γιγνομένων τῷ 94 παντὶ καθέστηκε ξύμφορον. Οὐ γὰρ τοῦ σμικροτάτου γε μορίου χάριν τὸ ὅλον γεγένηται, ἀλλὰ τὰ μόρια ξυμπληροῖ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν· οὐδὲ διὰ μίαν δακτύ- 5 λου ἑνὸς σκυταλίδα ὅλον διεπλάσθη τὸ σῶμα, ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα καὶ οἱ δάκτυλοι καὶ αἱ τούτων ξυνηρμόσθησαν σκυταλίδες.

45. ἑλιγμοὺς] ἑλεγμοὺς C.Va. 46. σοι καὶ] σοι om. C. 48. τοιοῦτον] τοιοῦτο B. 49. ἐξ] τἐξ B. 50. καθεωρακέναι] καθεορακέναι B. 52. ὅπη ποτε] ὅπη πώποτε B.C.Va. 53. δὴ] δὲ B.

94, 2. ξυμφέρον] ξύμφορον B.C. 5. δακτύλου ἑνὸς] ἑνὸς δακτύλου B. ib. διεπλάσθη] διεσπάσθη B. 6. ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα om. C.Va. In Vb. ἀλλὰ διὰ τὸ ὅλον σῶμα.

*quam vero totum partis ergo. Tu vero indignaris, cum minime scias quonam pacto id quod est circa te optimum toti conveniat.* Rursusque post multa rationum verborumque involucra ita subsequitur [p. 905.]: *Eadem vero tibi ratio et de illis erit quos cum videas e pusillis auctos nunc esse amplissimosque effectos, quamvis et impietatis et aliorum scelerum sibi conscii sint, tamen eos putasti ex infelicibus ac miseris beatos evasisse, atque in illorum fortunis atque successibus existimasti te veluti quibusdam in speculis deorum securitatem ac negligentiam perspexisse: cum tamen nescias earum rerum finem, absolutamque perfectionem, hoc est, quænam inde universo sit perventura utilitas.* Hisce autem omnibus suis dictis et providentiæ jus Plato nobis ostendit, et quonam pacto singula quæ fiunt universo conducant. Neque enim totum est exiguæ portionis causa, sed particulæ potius universi complent harmoniam. Neque ob unius digiti particulam corpus universum plas-

49 Ἐπειδὴ τοίνυν θνητὴ μὲν γέγονε τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, θνητὴ δὲ οὖσα πολλῶν ἐστιν ἐνδεὴς, καὶ γεωργίας καὶ φυτουργίας καὶ ναυτιλίας, καὶ μέντοι καὶ οἰκοδομικῆς καὶ χαλκευτικῆς καὶ ὑφαντικῆς καὶ σκυτοτομικῆς καὶ ναυπηγικῆς τέχνης καὶ τῶν ἄλλων ὅσαι ξυνεργοῦσι πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τοῦ σώματος θεραπείαν· μάλα γε εἰκότως ὁ τοῦ παντὸς κηδεμὼν τοῖς μὲν πενίαν, τοῖς δὲ ξυνεκλήρωσε πλοῦτον, ἵνα οἱ μὲν τὰς ὕλας παρέχωσιν, οἱ δὲ τὰς χεῖρας ἠσκημένας πρὸς τὰς τέχνας. 50 Ἐξήρτησε δὲ τῆς πενίας διὰ τῆς χρείας τοὺς ἐπὶ πλούτῳ βρενθυομένους τῶν ὅλων ὁ πρύτανις. Δέονται γὰρ οὐκ ἀρτοποιῶν οὐδὲ ὀψοποιῶν μόνον καὶ οἰνοχόων, ἀλλὰ καὶ οἰκοδόμων καὶ γεωργῶν καὶ ταλασιουργῶν καὶ σκυτέων, οἱ δέ γε φιλότιμοι καὶ ζωγράφων καὶ πλαστουργῶν καὶ τῶν ἄλλων οἳ περιφανεστέρας ἀποφαίνουσι τῶν πλουτούντων τὰς οἰκίας. Δέονται δὲ αὖ πάλιν καὶ οἱ χειρώνακτες τῶν εὐπόρων καὶ χρήματα χορηγούντων 51 καὶ ὠνουμένων τὰ παρ' ἐκείνων δημιουργούμενα. Οἱ δὲ τήνδε τὴν διαφορὰν δυσχεραίνοντες, καὶ χαλεπαίνοντες

11. καὶ ὑφαντικῆς om. Va.

matum est, sed ipsius corporis causa digiti suis cum portionibus facti sunt.

Quando igitur hominum natura mortalis est, proptereaque multarum rerum est indiga, videlicet agriculturæ, consitionis, architecturæ, fabrilis ac navicularіæ artis, textoriæ insuper ac sutoriæ, ceterarumque omnium quæcumque artes ad necessariam corporis curam pertinent, merito ac decenter orbis totius gubernator et custos, aliis quidem paupertatem, aliis vero divitias sortito distribuit, ut qui opibus pollent materiam subministrent, qui vero sunt inopes exercitatas artibus manus admoveant. Quin et eos qui divitiis gloriantur, quasi necessitatis fune implicitos, a paupertate suspendit rerum omnium gubernator. Indigent enim non pistoribus solum et cocis propinatoribusque, sed architectis, et agricolis, et lanificibus, et sutoribus. Ampli vero homines ac magnifici plastis ac pictoribus indigent artificibusque aliis, quorum opera magnatum virorum ædes fiunt ornatiores. Contra vero manuales artifices indigent locupletibus viris, qui pecunias erogent, emantque opera quæ ipsi suo artificio confecerunt.

ὅτι μὴ πάντες τῶν αὐτῶν μετεσχήκαμεν, ἐγκαλείτωσαν καὶ τοῖς ζωγράφοις, ὅτι μὴ ἐνὶ χρώματι γράφουσιν, ἀλλ' ἐκ διαφόρων τὰς εἰκόνας δαιδάλλουσι· κατηγορείτωσαν δὲ καὶ τῶν λυροποιῶν, καὶ μέντοι καὶ αὐτῶν γε τῶν μουσικῶν, ὅτι μὴ ἴσην ἀφιᾶσιν ἅπασαι ἠχὴν αἱ χορδαὶ, ἀλλ' ἄλλην μὲν ἡ νήτη, ἄλλην δὲ ἡ ὑπάτη· καὶ ἡ μὲν ὀξεῖαν, ἡ δὲ βαρεῖαν, ἡ δὲ μέσον ἔχει τὸν φθόγγον. 52 Νεμεσᾶν δὲ αὐτοὺς προσῆκε καὶ τοῖς γεωμέτραις, ὅτι οὐχ ἓν τοῖς τὴν γραμμικὴν μανθάνουσιν ἐπιστήμην ἐπιδεικνύουσι σχῆμα, ἀλλὰ τρίγωνα καὶ τετράγωνα καὶ μηνοειδῆ καὶ κύκλους καὶ τραπέζια καὶ ἄλλα ἄττα τῶν εἰρημένων πολλαπλάσια. Ἐπιμεμφέσθωσαν δὲ καὶ τοῖς τὴν ἀριθμητικὴν διδάσκουσιν ἐπιστήμην, ὅτι τῶν ἀριθμῶν οἱ μέν εἰσιν ἄρτιοι, οἱ δὲ περιττοὶ, οἱ δὲ ἀρτιοπέριττοι, οἱ δὲ περισσάρτιοι· καὶ οἱ μὲν κύβοι, [οἱ δ' ἐπί- 53 κυβοι,] οἱ δὲ κυβεπίκυβοι. Εἰ δὲ ἀναγκαῖαι καὶ τῶν ἀριθμῶν αἱ ἰδέαι, καὶ τῶν σχημάτων τὸ ποικίλον, καὶ τῶν χορδῶν τὸ διάφορον, καὶ τὰ παντοδαπὰ τῶν χρω-

29. μετεσχήκαμεν] μετεσχήκασιν Va. 30. μὴ suprasc. B. 32. αὐτῶν γε] γε om. B. 35. μέσον] μέσην B. 36. νεμεσᾶν] νεμεσσᾶν C. et mox προσήκει. 37. οὐχ ἓν] οὐχὶ ἐν C. 45. οἱ δ' ἐπίκυβοι om. B.C.

Qui vero hanc rerum varietatem graviter ferunt, indignanturque quod non omnes homines in eisdem bonis officiisque versentur, hi, si fas est, pictores quoque accusent, quod non uno tantum colore utantur, sed variis imagines suas excolant. Item eos accusent, qui lyras faciunt; ipsosque adeo fidicines reprehendant, quod non eundem sonum chordæ omnes remittunt, sed alium quæ ima est, alium quæ est summa: hæc enim acutam sonat, illa autem gravem, alia vero mediam vocem. Indignari eosdem par erit et geometris, quod non eandem figuram omnibus demonstrent qui ab eis linearum scientiam edocentur; sed triangulas, quadrangulas, lunares, circulares, mensales, aliasque complures. Accusent eos præterea, qui numerariam tradunt; propterea quod numerorum alii quidem pares sunt, alii vero impares, alii paridispares, alii disparipares; alii cubi, alii supercubi. Quod si necesse est varias esse numerorum species, varias imagines, multiplicemque fidium differentiam, multa colorum genera; quid ita, quæso, ægre fertis quod non

μάτων γένη, τί δήποτε δυσχεραίνετε, ὅτι μὴ πάντες Κροῖσοι καὶ Μίδαι καὶ Δαρεῖοι γεγένησθε; Οὐδὲν γὰρ ἕτερον βούλεσθε, τήνδε τὴν ἰσότητα ποθοῦντες, ἢ λιμῷ καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἅρδην ἅπαν ἀφανισθῆναι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Τίς γὰρ ἠνέσχετο ἂν, ἰσοτιμίας πάντων μετειληχότων, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ πέλας θεραπείας ἀναδέξασθαι πόνον, ἢ ἀρόσαι γῆν καὶ σπεῖραι, καὶ τοὺς ἀστάχυας ἀμῆσαι, ἢ φυτεῦσαι καὶ τρυγῆσαι καὶ ἀποθλίψαι οἴνου καὶ ἐλαίας καρπόν; Ἄλλῳ δὲ διακονεῖν ἄλλον τῆς ὁμοτιμίας οὐ ξυγχωρούσης, πῶς ἂν ἤρκεσεν ἕκαστος, βουκόλος ὁμοῦ καὶ αἰπόλος καὶ προβατεὺς καὶ συβώτης γιγνόμενος, καὶ μέντοι καὶ ὑφάντης καὶ σκυτοτόμος καὶ οἰκοδόμος καὶ χαλκοτύπος καὶ ἀρτοποιὸς καὶ ὀψοποιὸς καὶ γεωργὸς καὶ φυτουργὸς καὶ ναυπηγὸς καὶ ναύτης καὶ κυβερνήτης; τούτων γὰρ ἁπάντων καὶ ἑτέρων γε πολλαπλασιόνων ἕκαστος ἐνδεής. Τί δήποτε τοίνυν οὐχ ὑμνεῖτε τὴν ἀρίστην διανομὴν, ἀλλ' ὑμεῖς μάλιστα χαλεπαίνετε, οἱ θεραπαινῶν καὶ οἰκετῶν καὶ μέντοι καὶ γεωργῶν ἀπολαύοντες ὅτι

ult. πόλεμον] πόνον B.Va.

95, 1. στάχυας] ἀστάχυας B. 2. καὶ οἶνον] οἴνου B.C.Va. καὶ οἴνου Vb.

omnes Crœsi, Midæ, Darii, facti estis? Neque enim aliud vultis qui istam rerum æqualitatem appetitis, quam fame ac egestate earum rerum quæ necessariæ nobis sunt humanum genus penitus aboleri. Quis enim velit, si omnes homines æquali sint dignitate, pro commodo proximi cujusquam laborem curamque subire? quis aratro terram sulcare? quis semente agros aspergere? quis messem facere? quis plantas conserere? quis uvas legere? quis vinum oleumque exprimere? Quod cum ea dignitatis æqualitas alium alii subservire non sineret, quinam, quæso, simul omnia esse possent, bubulci, caprarii, pastores ovium, subulci, textores, sutores, fabri ferrarii, pistores, opsonarii, agricolæ, consitores, nautæ, navium fabri, gubernatores? harum siquidem cunctarum artium, multoque his plurium, mortales singuli indigemus. Quid itaque non laudatis optimam rerum distributionem, sed ipsi hanc maxime ægre fertis, qui ex ancillis, famulis, agricolisque quam plurimis, usum vobis commodaque percipitis? Agricola enim

μάλιστα πλείστων ; Ὁ μὲν γὰρ γεωργὸς στέργει τὴν τάξιν ἣν ἔλαχε, καὶ ὁ οἰκέτης ὡσαύτως, καὶ μέντοι καὶ ὁ χειροτέχνης ἀγαπᾷ τὴν τέχνην καὶ τοὺς πόνους οἷς συγκεκλήρωται· ὑμεῖς δὲ τρυφῶντες καὶ ὑπερμαζῶντες καὶ διὰ τῆς ἑτέρων διακονίας παντοδαπῆς χλιδῆς ἀπολαύοντες λόγοις βλασφήμοις τὸν τούτων κατατοξεύετε
56 χορηγόν. Τούτους δὲ τοὺς λόγους ὠδίνετε, ἀκρασίᾳ μὲν δουλεύειν αἱρούμενοι, πρόφασιν δὲ ἀπολογίας εὑρίσκειν ἡγούμενοι, πρῶτον μὲν τὸ μὴ τῇ θείᾳ προνοίᾳ κινεῖσθαι τῶν ὅλων τοὺς οἴακας, ἔπειτα δὲ τὸ νομίζειν ὑπὸ τὴν τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκην οὐ μόνον τὸ σῶμα καὶ τὰ περὶ τοῦτο τελεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἵρεσιν τῆς
57 ψυχῆς. Ἀλλ' ὁ Πλάτων τἀναντία διδάσκει, ὡς ἀρετὴ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν τις καὶ ἀτιμάζων πλέον ἢ ἔλαττον ἕξει. Καὶ πάλιν· Αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος. Κακῶν γὰρ ὁ Θεὸς οὔ ποτε αἴτιος. Καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χαλεποῖς κινδύνοις τὸν Σωκράτην δείκνυσιν ὁ Πλάτων φιλοσοφοῦντα καὶ προνοίας πέρι καὶ τοῦ μὴ δεδιέναι θάνατον. Καὶ ταῦτα γὰρ ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τέθεικεν·

sorte sua contentus vivit ; sua item et famulus. Manualis artifex artem suam non odit, muniaque libens exercet quibus sese ipsum semel addixit. Vos autem qui deliciarum copia nauseatis, qui aliis ministrantibus omni luxu ac voluptate diffluitis, calumniis ac maledictis auctorem tot bonorum incessitis, ejusque modi verba profunditis, cum instituerit incontinentiæ servi esse. Hanc vero existimatis purgandi vestri occasionem vos invenissse : primum quidem, quod nulla Dei providentia mundi gubernacula moveantur : tum vero, quod sub una fati necessitate non modo corpus et ea quæ corporis sunt, sed ipsa quoque voluntas atque electio sita sit. Atqui Plato [Rep. X. p. 617 E.] contraria prorsus docet. Ait enim *virtutem nulli domino esse subjectam ; quam ut quisque vel coluerit vel contempserit, ita plus virtutis minusve habiturus est.* Rursusque idem Plato [ibid.] : *Culpa est eligentis ; Deus culpæ immunis.* Deus enim malorum causa non est. Socratem præterea ostendit Plato, vel in gravissimis periculis constitutum, de providentia deque metu mortis excutiendo philosophantem. Hæc enim verba suæ Defensioni inseruit [p. 41 C.] : *Sed enim, viri judices, et vos oportet bonam spem de morte*

Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς θάνατον, καὶ ἔν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὔτε ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. 40

58 Οὐκ οὖν τῷ ὄντι κακὰ πενία καὶ νόσος καὶ δουλεία καὶ θάνατος, ἀλλὰ καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν ἀνοήτων κακὰ, ἀγαθὰ δὲ γίγνεται τοῖς εὖ καὶ καλῶς κεχρημένοις. Ὅτι δὲ αὔξει τῶν ἀνθρώπων τὴν πονηρίαν τὸ μὴ πιστεύειν ἰθύνεσθαι προνοίᾳ τὰ ξύμπαντα Ἀττικὸς ὁ Πλατωνικὸς 45 βοᾷ, Ὥστε ἕτοιμόν τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας

59 ἀπόγνωσις. Καὶ Πλωτῖνος δὲ, (περιφανὴς δὲ καὶ οὗτος ἐν φιλοσόφοις ξυγγράμμασι,) τόδε τὸ προοίμιον [ἐν] τοῖς περὶ προνοίας ἐντέθεικε λόγοις· Τὸ μὲν τῷ αὐτο- 50 μάτῳ καὶ τύχῃ διδόναι τοῦδε τοῦ παντὸς τὴν οὐσίαν καὶ ξύστασιν, ὡς ἄλογον καὶ ἀνδρὸς οὔτε νοῦν οὔτε αἴσθησιν κεκτημένου δῆλον που καὶ πρὸ λόγου, καὶ πολλοὶ καὶ ἱκανοὶ πρὸ τούτου καταβέβληνται δεικνύντες λόγοι. Εἶτα 55 πολλοὺς τοιούτους ἀνελίξας λόγους ἐπήγαγεν, Οὕτω δὴ 96

38. οὔτε—οὔτε—οὔτε] οὐδὲ— οὐδὲ—οὐδὲ B. 39. θεοῦ] θεῶν B. 40. οὐκοῦν οὐ] οὔκουν B. 49. [ἐν] om. B. 51. οὐσίαν] αἰτίαν B.Va. οὐσίαν Plotinus. 53. λόγου] ἔργου γρ. λόγου B. προέργου C. πρὸ ἔργου Va. πρὸ λόγου Vb. ult. ἀνελίξας] ἀναδείξας B.
96, 1. οὕτω] οὕτως B.

*concipere, unumque hoc cogitare verum esse; bono videlicet viro, seu vivat ille, seu moriatur, nihil posse mali contingere, neque Deum non curare hujus negotia.* Itaque vere mala non sunt, mors, pauperies, servitus, ægritudo; sed vocantur quidem a stultis mala, bene autem utentibus bona fiunt. Augeri autem hominum iniquitatem eo quod non omnia credant providentia gubernari Atticus ille Platonicus plane testatur [Eusеb. P. E. p. 799 B.]; *Est itaque res ad iniquitatem paratissima providentiæ desperatio.* Plotinus [Enn. III. 2, 1. p. 254 A.] quoque (est autem et hic clarissimus inter eos qui in philosophia scripserunt) proœmium hoc suis de providentia libris præposuit: *Casui quidem ac fortunæ hujus universi substantiam compositionemque ascribere, quam sit procul ab ratione, quamque hominis qui nec intellectu nec sensu præditus sit, manifestum plane est vel si a me verbum non fiat: multique ante hunc ipsum copiosique sermones allati jam sunt, qui hoc ita*

ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου ἀνέστη τόδε τὸ πᾶν
60 καὶ διέστη. Ταῦτα δὲ καὶ οὗτος ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων
σεσύληκεν. Ἤκουσε γὰρ πάντως τῆς τῶν θείων εὐαγ-
γελίων διδασκούσης θεολογίας, ὡς διὰ τοῦ λόγου πάντα 5
ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· παμπόλλοις γὰρ
ἔτεσιν οὗτός γε τῶν ἀποστόλων νεώτερος. Ἐκεῖνοι μὲν
γὰρ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος τῶν σωτηρίων ἥψαντο κη-
ρυγμάτων, Τιβέριον δὲ διεδέξατο Γάϊος, ἐκεῖνον δὲ
Κλαύδιος, εἶτα Νέρων, καὶ Οὐεσπασιανὸς, καὶ Τίτος, 10
καὶ Δομετιανὸς, καὶ Νέρβας, καὶ Τραϊανὸς, καὶ Ἀδριανὸς,
καὶ Ἀντωνῖνος ὁ πρῶτος, καὶ Βῆρος, καὶ Κόμοδος.
Ἐπὶ τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ἐπίκλην Σακκᾶς, [ὃς] τοὺς
σάκκους καταλιπὼν οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φι- 15
λόσοφον ἠσπάσατο βίον. Τούτῳ φοιτῆσαί φασι [καὶ]
61 Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον, καὶ Πλωτῖνον τουτονί· τῆς δὲ
Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος. Τὸν δὲ
χρόνον οὐ τηνάλλως ἀδολεσχῶν ἐπεσημηνάμην, ἀλλὰ

4. εὐαγγελίων] λογίων B. 6. ἀποστόλων] ἀποστολικῶν B. 11. Νέρβας] νερούας B.Va. 12. Βῆρος] Οὔηρος B. ib. Κόμμοδος] Κόμοδος B.C. 13. [ὃς] om. B.C. σάκκας τοὺς σάκκας Va. σάκκος τοὺς σάκκους Vb. 16. καὶ Ὠριγ.] καὶ om. B.C. ib. καὶ Πλωτῖνον] τῷ δὲ Πλ. B.Va. Vide Creuzer. ad Porphyr. Vit. Plotin. p. xcii. col. 2. 19. ἀλλὰ] ἀλλὰ καὶ C.Vb.

*esse ostenderent*. Tum multis hujusmodi explicatis rationibus, hæc subjunxit [p. 256 B.] : *Ita igitur ex una mente atque ex verbo quod ab ea prodiit omne hoc emersit secretumque est*. Hæc vero et Plotinus de sacrarum litterarum adytis compilavit. Nempe enim audivit docentem nos evangeliorum sacram doctrinam, quod per verbum omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Plotinus enim longo post apostolos tempore natus est. Illi enim Tiberio regnante salutarem prædicationem aggressi sunt : Tiberio autem successit Caius Caligula ; cui Claudius, cui Nero. Tum hac serie imperatores aliquot numerantur, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerva, Trajanus, Hadrianus, Antoninus primus, Verus, Commodus. Hoc autem Romanum imperium moderante, Ammonius cognomento Saccas, relictis saccis in quibus frumenta circumferebat, philosophicæ vitæ se tradidit. Hujus auditorem fuisse aiunt nostrum Origenem : Plotinum vero hunc, de quo nobis est sermo, fuisse aiunt Origenis auditorem. Plotini autem doctrinam Porphy-

δεικνὺς ὡς οὐ μόνον τὰ τῶν Ἑβραίων οὗτος, καθάπερ ὁ Πλάτων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἁλιέων καὶ τὰ τοῦ σκυτοτόμου παιδευθεὶς, μεμάθηκεν ἐκεῖθεν ὡς ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου τὰ πάντα καὶ ξυνέστη καὶ διέστη καὶ τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἁρμονίας· εἶτα τῶν διαβάλλειν τινα τῆς κτίσεως μόρια πειρωμένων διελέγχει τὴν ἄνοιαν, λέγων ὧδί· Ὅλον γάρ τι ἐποίησε πάγκαλον, καὶ αὔταρκες, καὶ φίλον αὐτῷ, καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὐτοῦ, τοῖς τε κυριωτέροις καὶ τοῖς ἐλάττοσιν, ὡσαύτως προσφόροις. Ὁ τοίνυν ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον αἰτιώμενος ἄτοπος ἂν εἴη τῆς αἰτίας. Τά τε γὰρ μέρη πρὸς αὐτὸ τὸ ὅλον δεῖ σκοπεῖν εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ, τό τε ὅλον σκοπούμενον μὴ πρὸς μέρη ἄττα σμικρὰ βλέπειν· τοῦτο γὰρ οὐ τὸν κόσμον αἰτιωμένου, ἀλλά τινα τῶν αὐτοῦ χωρὶς λαβόντος, οἷον εἰ παντὸς ζώου τρίχα, ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων, ἀμελήσας τὸν πάντα ἄνθρωπον δαιμονίαν τινα ὄψιν βλέπειν· ἢ, νὴ Δία, τὰ ἄλλα ζῶα ἀφεὶς τὸ εὐτελέστατον

21. μεμάθηκεν ἐκεῖνος om. B. 22. ὡς ἐκ] ὡς καὶ B. mox καὶ om. C. post πάντα. 26. πάγκαλον] πάγκαλλον B. supra γὰρ ἄρτι C. 27. τοῖς αὐτοῦ] τοῖς ἑαυτοῦ B. 28. ὡς αὐτῷ] ὡσαύτως B.C. ὡσαύτως πρόσφορον Plotinus. 29. ὅλων] ὅλον B.C. 32. μὴ] καὶ μὴ C. 34. λαβόντα] λαβόντος Sirm. λαβόντα Plotini libri, ubi λαμβάνοντος ed. Creuzer.

rius quoque hausit. Hujus vero temporis rationem non temere verbosus numerando subduxi, sed qui ostendam Plotinum non modo Hebræorum patrum, (quod Plato fecit,) sed piscatorum quoque ac sutoris nostri perdoctum traditiones inde nimirum scisse quod ex mente verboque, quod verbum ex mente gignitur et emanat, omnia et constituta et discreta sunt, congruentemque harmoniam consecuta. Plotinus vero præterea nonnullorum refellit insaniam, qui quasdam mundi particulas dare vitio conabantur. Inquit enim [p. 256 F.] : *Universum hoc fecit perpulchrum sibique sufficiens, amicum sibi suisque portionibus, tum principalioribus, tum minoribus, ipsi quam maxime congruentibus. Qui ergo a partibus totum accuset, hujus suæ accusationis causa, insulsissimus est habendus. Oportet enim inspicere, sintne partes ipsi toti consonæ ac conformes. Qui vero ad totum respectet non ad quasdam minutiores partes respicere oportet. Hoc enim nequaquam sit mundum ipsum reprehendentis, sed quædam illius seorsum capientis : ut si quis ex toto animali crinem inspiciens, imosve pedum ungues, nequaquam totum hominem, egregiamve ipsius ac prope divinam faciem curet in-*

λαμβάνοι, ἢ ὅλον τὸ γένος παρεὶς, οἷον ἀνθρώπου, Θερσίτην εἰς μέσον ἄγοι. Ἐπεὶ οὖν τὸ γενόμενον ὁ κόσμος ἐστιν ὁ ξύμπας, ὁ τοῦτον θεωρῶν τάχα ἂν ἀκούσαι παρ' αὐτοῦ, ὡς ἐμὲ πεποιήκει ὁ θεός· κἀγὼ ἐκεῖθεν ἐγενόμην τέλειος ἐκ πάντων ζώων, καὶ ἱκανὸς ἐμαυτῷ καὶ αὐτάρκης, οὐδενὸς δεόμενος· ὅτι πάντα ἐν ἐμοὶ, καὶ [τὰ] φυτὰ καὶ [τὰ] ζῶα, καὶ ξυμπάντων τῶν γεννητῶν ἡ φύσις. Διὰ δὲ τούτων δεδήλωκε [τὴν] ἑτέραν κλοπὴν ἣν σεσύληκεν. Ἀκηκοέναι γάρ μοι δοκεῖ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ λέγοντος, Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ δείκνυσι τὸ τῶν γεγενημένων διάφορον, καί φησι, Τὰ μὲν τοῦ εἶναι μετέχειν δοκεῖ μόνον· τὰ δὲ, τοῦ ζῆν· τὰ δὲ, μᾶλλον ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι· τὰ δὲ, ἤδη λόγον ἔχει· τὰ δὲ, πᾶσαν ζωήν· οὐδὲ γὰρ τὰ ἴσα ἀπαιτεῖν δεῖ τοῖς μὴ ἴσοις· οὐδὲ γὰρ δακτύλων

38. λαβόντα] λαμβάνοι B.Va. ib. ὅλον] τὸ ὅλον B.Va. ib. ἀνθρώπου] τοῦ ἀνθ. B. τὸ ἀνθ. Plotinus. 40. θεωρῶν] δὲ ὁρῶν Vb. 41. ἀκούσαις Plotinus. Tum πεποίηκεν Va. 42. ζώων] τῶν ζ. B. 43. καὶ ἱκανὸς] καὶ om. C. 45. γεννητῶν] γενῶν Va. 46. τὴν ἑτέραν] τὴν om. B. ib. ἣν] ὧν B.

*spicere; vel, si Deo placet, omissis ceteris egregiis animantibus, quod tenuissimum sit vilissimumque accipiat; vel tota specie, ut hominum puta, posthabita, Thersiten ignavissimum hominum turpissimumque in medium adducat. Quando igitur hoc quod factum est universus est mundus, quisquis hunc contemplandum insumat forte ipsum dicentem hujusmodi verba audiet; Deus me fecit: ego inde sum factus animantibus cunctis præfectus, meipso potens, mihi sufficiens, rei nullius indigus. Insita enim mihi omnia sunt et plantaria et animantia, inestque mihi natura omnium generabilium rerum.* Hisce autem suis verbis Plotinus aliud quoque furtum patefecit. Videtur enim mihi audisse Davidem ita concinentem, *Cæli enarrant gloriam Dei; et opera manuum ejus annunciat firmamentum.* Paulo autem mox idem Plotinus ostendit rerum quæ sunt genitæ differentiam. Sic enim ait [p. 257 D.]: *Alia quidem hoc tantummodo habere videntur quod sunt: alia vero, etiam hoc quod vivunt: alia, sunt sensibus prædita: alia, ratione utuntur: alia perfectissimam vitam habent. Neque enim sunt æqualiter omnia ab inæqualibus exigenda. Est enim oculorum videre, non digitorum. Itemque, quod ad digitum pertinet, aliud est digito esse, aliud habere*

τὸ βλέπειν, ἀλλ' ὀφθαλμῶν τοῦτο· δακτύλου δὲ τὸ εἶναι,
64 οἶμαι, δακτύλῳ, καὶ τὸ αὐτοῦ ἔχειν. Μετέχειν δὲ τοῦ 5
εἶναι μόνον τοὺς λίθους ἔφη, καὶ τὰ προσόμοια τούτοις,
τὰ δέ γε φυτὰ μεταλαχεῖν καὶ τοῦ ζῆν, αἴσθησιν δ'
ἔχειν μετὰ τοῦ ζῆν [καὶ] τὰ ἄλογα εἴρηκε, λόγου δὲ
μετειληχέναι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, τελείαν δὲ ζωὴν 10
ἔχειν τῶν ἀσωμάτων τὴν φύσιν· τούτοις δὲ ἐπήγαγε,
Πῦρ δὲ εἰ ὑπὸ ὕδατος σβέννυται, καὶ ἕτερον εἰ ὑπὸ πυρὸς
διαφθείρεται, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ εἰς τὸ εἶναι ἄλλος
65 αὐτὰ ἤγαγε. Καὶ ἀρετῆς δὲ πέρι καὶ κακίας ἐν τῇ αὐτῇ
διαλέξει τοιαῦτα διέξεισι· Πολλὰ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων 15
πάσχει, καὶ ἀκόντων τῶν ποιούντων καὶ πρὸς ἄλλο ἰεμέ-
νων. Τὰ δὲ δι' αὐτὰ ἔχοντα κίνησιν αὐτεξούσιον ζῶα ῥέποι
ἂν ὁτὲ μὲν πρὸς τὰ βελτίω, ὁτὲ δὲ πρὸς τὰ χείρω· τὴν δὲ
πρὸς τὰ χείρω τροπὴν παρ' αὐτοῦ ζητεῖν ἴσως οὐκ ἄξιον. 20
Ὀλίγη γὰρ [καὶ] κατ' ἀρχὰς τροπὴ γενομένη, προϊοῦσα

97, 4. δακτύλου δὲ ἄλλο οἶμαι τὸ εἶναι δακτύλῳ] δακτύλου δὲ τὸ εἶναι οἶμαι δακτύλῳ B.Va. δάκτυλον δὲ ἄλλων etc. C. 8. ἔχειν] ἔχει B. Mox om. καὶ B.C. ib. λόγου] λόγον C. 12. πυρὸς διαφθείρεται] τοῦ πυρὸς φθείρεται C.Vb. 13. αὐτὰ] αὐτὸ C.Vb. 15. ἀλλήλων] ἄλλων Va. 16. τῶν ποιούντων om. B. τῶν τοιούτων C. 17. αὐτεξούσια] αὐτεξούσιον B. 20. παρ' αὐτοῦ] παραυτίκα Sirm. Mox [καὶ] om. B.C.

*per digitum.* Quæ Plotini verba si enarranda sint, participes solius Esse lapides ipsos inquit, et ea quæ lapidibus sunt similia: plantas vero non modo in ipsius Esse participatum venire, sed etiam vitæ: brutas vero animantes et vitæ simul et sensus esse participes: ratione autem præditum esse, genus humanum: perfectissima autem esse vita eos spiritus qui corporibus cassi sunt. Post hæc autem Plotinus ita adjungit [p. 258 C.]: *Nulla te admiratio teneat, si aqua ignem exstinguit, aqueusve humor ab igne corrumpitur. In aliam enim aqua naturam, in aliam vero ignis est editus.* De virtute quoque ac vitio in eadem disputatione sic Plotinus commemorat: *Multa vero ab aliis patiuntur, invitis quidem illis, in aliumque finem tendentibus. Liberæ autem potestatis animalia quæ moventur ex sese ipsis, modo in meliorem, modo in deteriorem partem inclinare possunt. Quemquam vero a seipso motum ad pejora exigere fortasse indignum est: exiguus enim motus cum subinde processerit majus semper ac numerosius peccatum parit: corpus vero ita constitutum est, ut ei necessario indita sit concupiscendi*

αὕτη πλέον καὶ μεῖζον τὸ ἁμαρτανόμενον ἀεὶ ποιεῖ· καὶ σῶμα δὲ σύνεστι, καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐπιθυμία. Καὶ παροφθὲν τὸ πρῶτον καὶ τὸ ἐξαίφνης, καὶ μὴ ἀναληφθὲν, αὐτίκα καὶ αἵρεσιν εἰς ὅ τις ἐξέπεσεν εἰργάσατο. Ἕπεταί γε μὴν δίκη· καὶ οὐκ ἄδικον τοιόνδε γενόμενον ἀκόλουθα πάσχειν τῇ διαθέσει. Οὐδὲ ἀπαιτητέον τούτοις τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχειν, οἷς μὴ εἴργασται εὐδαιμονίας ἄξια. Οἱ δὲ ἀγαθοὶ μόνοι εὐδαίμονες· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ θεοὶ εὐδαίμονες. Εἰ τοίνυν καὶ ψυχαῖς ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἔξεστιν εὐδαιμονεῖν, εἴ τινες οὐκ εὐδαίμονες οὐκ αἰτιατέον τὸ πᾶν, ἀλλὰ τὰς ἐκείνων ἀδυναμίας μὴ δυνηθείσας καλῶς ἐναγωνίσασθαι οὗ δὴ ἆθλα ἀρετῆς πρόκειται. Καὶ μὴ θείους δὲ γενομένους θεῖον
66 βίον μὴ ἔχειν, τί δεινόν; Εἶτα καὶ τὰς δυσκληρίας ἀπαριθμεῖται, καὶ λέγει ταύτας ἀναγκαίας εἶναι τοῖς ἁμαρτάνουσι· Πενία γάρ, φησι, καὶ νόσοι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδέν, τοῖς δὲ κακοῖς ξυμφορά· καὶ ἀνάγκη νοσεῖν σώματα ἔχουσι. Καὶ οὐκ ἀχρεῖα δὲ οὐδὲ ταῦτα παντάπασιν εἰς

21. πλέον] πλεῖον B. 22. συνέστη] σύνεστι B. Plotin. 24. αὐτίκα καὶ διαίρεσιν] αὐτίκα αἵρεσιν B. αὐτίκα, καὶ αἵρεσιν Plotin. αὐτίκα αἵρεσις Va. αὐτίκα καὶ διαίρεσιν Vb. 25. εἰργάσατο] ἐνειργάσατο B.Va. 29. Θεοὶ] θεοὶ μόνοι C. 36. λέγει] λέγειν C.

*vis. Quod si ab initio negligenter habeatur, neque a casu illico revocetur, continuo fit ut electionem faciat quis ejus rei in quam præceps defertur. Justitia tamen eum comes subsequitur. Neque injustum est ut qui talis evaserit ea patiatur supplicia quæ suæ qualitati sint congruentia. Neque expetendum est ut iis beatitudo contingat qui nihil beatitudine dignum gesserunt. Soli autem boni felices ac beati sunt: ob hoc enim Dii quoque beati esse censentur. Si hoc itaque est, licetque animis in universo hoc orbe esse felicibus, non est utique universum hoc accusandum si quæ ipsarum minime felicitatem consequuntur: sed in illarum imbecillitatem culpa est conferenda, quæ nequiverunt fortiter depugnare eoque pervenire ubi virtutis præmia sunt proposita. Illis autem qui divini effecti non sunt, quidnam grave contigisse videri debet, si deorum vita non perfruantur?* Subinde autem Plotinus infortunia multa dinumerat, aitque peccantibus necessaria esse. Inquit enim [p. 258 G.]: *Paupertas atque ægritudines bonis quidem hominibus nihil esse censentur, malis autem prosunt. Ac necesse quidem est eos ægrotare qui corpus habent. Neque sunt hujusmodi infortunia ad ordinem*

σύνταξιν καὶ συμπλήρωσιν τοῦ ὅλου. Ἔπειτα διδάσκει
ὡς ἐκ τῶνδε τῶν παραδειγμάτων πλεῖστοι τῶν ἄλλων
67 ὀνίνανται, καί φησιν, Ἡ δέ [γε] κακία εἰργάσατό τι
χρήσιμον εἰς τὸ ὅλον, παράδειγμα δίκης γενομένη, καὶ
πολλὰ ἐξ αὐτῆς χρήσιμα παρασχομένη. Καὶ γὰρ ἐγρη-
γορότας ἐποίησε, [καὶ νοῦν] καὶ σύνεσιν ἐγείρει, πονηρίας
ὁδοῖς ἀντιταττόμενον· καὶ μανθάνειν δὲ ποιεῖ, οἷον ἀγαθὸν
ἀρετὴ, παραθέσει κακῶν ὧν οἱ πονηροὶ ἔχουσι. Καὶ οὐ
γέγονε τὰ κακὰ διὰ ταῦτα· ἀλλ' ὅτι χρῆται καὶ αὐ-
τοῖς εἰς δέον, ἐπείπερ ἐγένετο, εἴρηται. Τοῦτο δὲ δυνά-
μεως μεγίστης, καλῶς καὶ τοῖς κακοῖς χρήσασθαι
δύνασθαι, καὶ τοῖς ἀμόρφοις γενομένοις εἰς ἑτέρας μορφὰς 98
χρήσασθαι ἱκανὴν εἶναι. Ὅλως δὲ τὸ κακὸν ἔλλειψιν τοῦ
68 ἀγαθοῦ θετέον. Καὶ μετὰ πολλοὺς δὲ τοιούτους λόγους
παραινεῖ μὴ ἀκριβῶς ἐν τῷ μικτῷ ζώῳ μηδὲ ἀκραιφνῶς
τὸ ἀγαθὸν ἀπαιτεῖν, καί φησι, Πρῶτον τοίνυν λεκτέον, ὡς
τὸ καλὸν ἐν τῷ μικτῷ ζητοῦντας χρὴ μὴ πάντῃ ἀπαιτεῖν,

42. ὀνίνανται] ὀνήνανται C. 43. [γε] om. B.C. 44. γενομένη] γενομένης B. 46. καὶ νοῦν om. Va. 47. ἀντιταττόμενον] ἀντιτάττεται B. ἀντιταττομένους Plotin.

98, 3. τοῦ ἀγαθοῦ] τοῦ om. B.C. 6. μικτῷ] μικρῷ B.Va. 7. πάντη] πάντα C.

*perfectionemque universi prorsus inutilia.* Præterea vero docet Plotinus ab hisce rerum exemplis quamplurimos alios mortales utilitatem percipere. Ait igitur [p. 259 B.]: *Ipsa vero malitia nonnihil utilitatis ad universum attulit, in exemplum justitiæ ac judicii posita, multaque seorsum ex se ipsa commoda nobis exhibens. Vigiles enim homines reddidit, mentemque ac prudentiam eorum hominum excitavit qui scelerum progressibus se opponunt. Malorum præterea comparatione proposita quæ scelesti homines patiuntur, ipsa nos docet malitia quale bonum quantumque sit virtus. Dictum est autem non propter has causas mala esse producta; sed, quandocumque fieri ea contingat, uti Deum illis ad bonum aliquod. Est autem maximæ cujusdam potentiæ ac virtutis bene uti posse quæ mala sunt, informiaque effecta posse in usum vertere aliarum formarum. Denique sic statuendum est, malum nihil esse aliud quam boni defectum.* Post multas vero hujusmodi rationes hortatur nos ne exactum ac sincerum bonum postulemus inesse animali quod mixtum est. Sic autem inquit [p. 260 A.]: *Primum itaque di-*

ἀλλ' ὅσον τὸ καλῶς ἐν τῷ μικτῷ ἔχει, μηδὲ ἐν δευτέροις ζητεῖν τὰ πρῶτα, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ σῶμα ἔχει συγχωρεῖν καὶ παρὰ τούτου ἰέναι εἰς τὸ πᾶν, ἀπαιτεῖν δὲ παρὰ τοῦ λόγου ὅσον ἠδύνατο δέξασθαι τὸ μίγμα, εἰ μηδὲν τούτῳ 69 ἐλλείπει. Εἶτα νεμεσᾷ τοῖς ἀγωνίζεσθαι μὲν ὑπὲρ ἀρετῆς μὴ βουλομένοις, σώζεσθαι δὲ ἀξιοῦσι παρὰ Θεοῦ, καί φησι· Νῦν δὲ οἱ μὲν ἄοπλοι· οἱ δὲ ὁπλισθέντες κρατοῦσιν, ἔνθα οὐ θεὸν ἔδει ὑπὲρ τῶν ἀπολέμων αὐτὸν μάχεσθαι· σώζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομένους, ἀλλ' οὐκ εὐχομένους· οὐδὲ γὰρ κομίζεσθαι καρποὺς εὐχομένους, ἀλλὰ γῆς ἐπιμελουμένους, οὐδὲ ὑγιαίνειν μὴ ὑγιείας ἐπιμελουμένους, μηδ' ἀγανακτεῖν δὲ, εἰ τοῖς φαύλοις πλείους γίγνοιντο οἱ καρποὶ, ἢ ὅλως αὐτοῖς γεωργοῦσιν, ἢ ἄμεινον. Ἔπειτα γελοῖον τὰ μὲν ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον γνώμῃ τῇ ἑαυτῶν πράττειν, κἂν

8. ζητεῖν ex em. sed p. m. B. 10. ἠδύνατο] ᾗ δύνατον B. 11. τούτων] τούτῳ B. μηδὲ τούτῳ ἐλλείπειν C. εἰ δὲ μηδὲν τούτων Va. εἰ μηδὲν τούτων Vb. 12. μὴ βουλ.] μὴ om. B.Va. 16. τῶν πολέμων] τῶν om. B.C. Mox οὐδὲ—εὐχομένους om. C. ib. ἄνδρας] ἀνδριζομένους B.Va. 18. ὑγιείας] ὑγείας B. 19. ἐπιμελουμένους μηδ'] ἐπιμελομένους οὐδὲ B.

*cendum est, non oportere eos qui in commixto bonum quærunt, undique perfectum bonum postulare, sed quantum inesse mixto conveniat: neque ab iis quæ secundum locum tenent, prima quædam postulanda esse; sed, quando corpus habent, esse illis aliquid veniæ concedendum: atque hinc oportere ad universi contemplationem transire. Ab ratione autem exigendum est, quantum mixtio et compositum queat admittere, scrutandumque diligenter numquid ejusmodi rerum deficiat.* Indignatur vero illis Plotinus qui nullum pro capessenda virtute subire certamen volunt, et tamen æquum censent ut a Deo serventur. Inquit ergo [p. 261 G]: *Nunc vero alii quidem hominum sunt inermes; alii vero qui armati sunt, ipsi denique rerum potiuntur; ubi fas non est pro imbellibus Deum ipsum pugnare. Lege siquidem cautum est, eos e bello salvos fieri oportere, qui fortiter pugnando viros se gerunt, non qui precibus se commendent. Neque enim illi referunt agrorum fructus qui vota concipiunt, sed qui agriculturæ dant operam: neque item bene valenti sunt corpore, qui valitudinis rationem non habent. Haud itaque continuo indignari oportet si forte infimis ac malis hominibus agrorum fructus largi proveniant, modo ii vel quam optime vel melius quam ceteri agros colant. Præterea vero perquam ridiculum est, homines ex animi sui sententia*

μὴ ταύτῃ πράττωσιν ἢ θεοῖς φίλα, σώζεσθαι δὲ μόνον παρὰ θεῶν, οὐδὲ ταῦτα ποιήσαντας δι' ὧν κελεύουσι τούτους οἱ θεοὶ σώζεσθαι. Καὶ τοίνυν οἱ θάνατοι αὐτοῖς βελτίους ἢ τὸ οὕτω ζῶντας εἶναι, ὅπως ζῇν αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσιν οἱ ἐν τῷ παντὶ νόμοι. Ὥστε τῶν ἐναντίων γιγνομένων, εἰρήνης ἐν ἀνοίαις καὶ κακίαις πάσαις φυλαττομένης, ἀτόπως ἂν ἔσχε τὰ [τῆς] προνοίας, ἐώσης κρατεῖν οὕτω τὰ χείρω. Ἄρχουσι δὲ οἱ κακοὶ, ἀρχομένων ἀνανδρίᾳ· τοῦτο γὰρ δίκαιον, καὶ οὐκ ἐκεῖνο. Οὐ γὰρ δὴ οὕτω τὴν πρόνοιαν εἶναι [δεῖ,] ὥστε μηδὲν ἡμᾶς εἶναι. Πάντα δὲ οὔσης προνοίας, καὶ μόνης αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴη· τίνος γὰρ ἂν ἔτι εἴη; ἀλλὰ μόνον ἂν εἴη τὸ θεῖον. Καὶ μετ' ὀλίγα δὲ δείκνυσι τῶν ἀγαθῶν τὰ ἆθλα· Τοῖς μὲν γὰρ ἀγαθοῖς, φησὶ, γενομένοις ἀγαθὸν βίον ἔσεσθαι, καὶ κεῖσθαι καὶ εἰς ὕστερον· τοῖς δὲ κακοῖς, τἀναντία. Κακοὺς δὲ γενομένους ἀξιοῦν ἄλλους

23. ἢ θεοῖς φίλια] θεοῖς φίλα B.Va. ἢ θ. φίλα C. ἢ θ. φίλα Vb. 24. δὲ μόνον] δὲ om. C. 25. οἱ θάνατοι] εἰ θάνατος C. qui om. αὐτοῖς. 26. βελτίων] βελτίους Va. 27. οἱ] οἷον C. 28. ἀγνοίαις] ἀνοίαις B. 29. πάσης] πάσαις B. et mox om. [τῆς]; hoc item C. 30. ἐώσης] ἕως ἦν B.Va. ib. οὕτω τὰ] ὄντα C.Vb. 32. [δεῖ] om. B. δεῖν Vb. 35. ὀλίγα δὲ] δὲ om. B.Va. 36. γὰρ om. Va. 37. εἰσύστερον] εἰς ὕστερον B. κἀκεῖθεν Sirm. pro καὶ κεῖσθαι.

*cetera quidem omnia per vitam exsequi, tametsi ea quæ faciunt diis grata non sint; a solis autem diis servari eos debere, quamquam ea non fecerint per quæ salvos eos fieri dei jubent. Est itaque illis interitus longe melior quam ut eo sint modo superstites quo vivere eos nolunt quæ in universo sunt leges. Itaque si contraria evenirent, esseltque perpetua quædam pax in stultis malisque hominibus stabilita, perperam atque insulse se haberet providentiæ status, cum permitteret tantum habere virium quæ pejora sunt. Imperant autem mali ac regnant, subditorum ignavia. Ita enim multo est æquius, quam si contra contingat. Neque vero statuendum est, ita providentiam esse solam, quasi nihil nos ipsi simus. Nam si omnia sit providentia, solaque ipsa sit; at ea ita tolletur ut ne sit quidem. Cujus enim rei providentia esse poterit? Solus itaque erit Deus.* Paulo vero mox ostendit bonorum præmia. Inquit enim [p. 262 D.]: *Illis quidem qui viri boni evaserint, bonam fore vitam, in posterumque repositam illis esse: malis autem, contraria fore omnia.* Præterea vero inquit: *Iniqua esse malorum hominum vota, qui æquum putent sese ab aliis salvos fieri, cum tamen ipsi omnem pro-*

αὐτῶν σωτῆρας εἶναι ἑαυτοὺς προεμένους οὐ θεμιτὸν εὐχὴν
71 ποιουμένων. Εἶτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων ὧδέ φησιν·
Ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ἐλάττω ζῶα αὐτοῦ κόσμον πῃ
φέροντα, μέμφεται οὐδεὶς νοῦν ἔχων. Γελοῖον γὰρ εἴ τις
μέμφοιτο ὅτι τοὺς ἀνθρώπους δάκνοι, ὡς δέον αὐτοὺς ζῆν
κοιμωμένους. Ἀνάγκη δὲ καὶ ταῦτα εἶναι. Καὶ αἱ μὲν
πρόδηλοι παρ' αὐτῶν ὠφέλειαι, τὰς δὲ οὐ φανερὰς ἀνεῦρε
πολλὰς ὁ χρόνος, ὥστε μηδὲν αὐτῶν μάτην μηδὲ ἀνθρώποις
εἶναι. Γελοῖον δὲ ὅτι καὶ ἄγρια πολλὰ αὐτῶν μέμφεσθαι,
72 γιγνομένων καὶ ἀνθρώπων ἀγρίων. Καὶ μεθ' ἕτερα δὲ
πλεῖστα καὶ ταῦτα ἔφη· Ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ οἱ ἄπειροι
γραφικῆς τέχνης αἰτιῶνται ὡς οὐ καλὰ χρώματα παν-
ταχοῦ, ὁ δὲ ἄρα τὰ προσήκοντα ἀπέδωκεν ἑκάστῳ
τόπῳ· ἢ εἴ τις δρᾶμα μέμφοιτο, ὅτι μὴ πάντες ἥρωες
ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ οἰκέτης καί τις ἄγροικος καὶ φαύ-
λως φθεγγόμενος· τὸ δὲ οὐ καλόν ἐστιν, εἴ τις τοὺς

39. προϊεμένους] προεμένους B.C. 42. κόσμόν πῃ] κόσμον γῇ B. 44. ὡς δέον] ὡς οὐ δέον Va. ib. δὲ καὶ] δὲ om. C. 47. γελοῖον δὲ ὅτι καὶ ἄγρια πολλὰ] ἴσως. γελοῖον δὲ τὸ καὶ ὡς ἄγρια πολλὰ Vb. 50. ἡμεῖς δὲ] δὲ om. C. 52. οὐδὲ] ὁ δὲ B.Va.

99, 2. φαύλως] φαῦλος C.

*priæ salutis curam abjecerint.* Tum et de ceteris animantibus ita inquit [p. 263 A.]: *Quandoquidem nullus homo prudens queritur de ceteris animantibus, quæcunque minora homine orbem quoquomodo exornant. Ridiculum namque sit, si quis forte expostulet quod ea homines quandoque summordeant; quasi pediculos aut culices oporteat tantummodo dormientes vivere. Necesse est enim et hæc esse animalia, manifestasque afferunt nobis commoditates. Multas vero quæ nos olim latebant, ipsa dies invenit; ita ut hominibus frustra sit nihil. Ridiculum vero etiam sit, incusare quod animalium quamplurima sint agrestia et ferocia; cum et agrestes atque immites homines esse contingat.* Post alia vero multa et hæc inquit [p. 263 G.]: *Nos vero similes illis videmur esse, qui picturæ ignari id accusant quod pictor renidentes colores ubique non adhibuerit; cum tamen ille congruos singulis distribuerit locis: neque aliter facimus, ac si quis propterea tragœdiam accuset, quod heroes cuncti non sint qui in ea loqui inducuntur, sed quod aliquis in ea vel familitii ordinis, vel agrorum colonus, vel ineruditus infimæque notæ homo loquatur. Atqui tragicum illud drama pulchrum non erit, si quis inde inferioris fortunæ homines tollat, cum illius pulchritudo per eos quoque am-*

χείρους ἐξέλοι, καὶ ἐκ τούτων συμπληρούμενον. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ διάλεξις, καὶ ἡ προτέρα καὶ ἡ δευτέρα, τούτων τῶν λόγων ἀνάπλεως. Ἐγὼ δὲ [καὶ] τὸ μῆκος φεύγων τὰ πλείονα παραλείψω· καὶ Ξενοφῶντι τῷ Σωκρατικῷ καὶ Ἐπικτήτῳ τῷ Στωϊκῷ καὶ ἄλλοις πλείοσι μάρτυσι δυνάμενος χρήσασθαι, καὶ φυσικαῖς ἀποδείξεσιν οἷός τε ὢν διελέγξαι τῶν ἀπιστούντων τῷδε τῷ λόγῳ τὴν ἄγνοιαν, ἀποχρῆν οἶμαι τὰ συνειλεγμένα εἴς γε τὴν τῆς ἀληθείας βεβαίωσιν. Ἐκεῖνο δὲ μόνον τοῖς εἰρημένοις προύργου προσθεῖναι νενόμικα, ὡς δήλου γε ὄντος ὅτι προνοεῖ τῶν ὅλων ὁ ποιητὴς, ἄμαχος δήπουθεν καὶ ἀναμφισβήτητος δέδεικται τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας ὁ λόγος. Ἔπρεπε γὰρ τῷ τὰ πάντα κεκτημένῳ, καὶ τοῖς μὴ οὖσι τὸ εἶναι δωρησαμένῳ, μὴ παριδεῖν διολλυμένην τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ἧς ἕνεκεν τὰ ὁρώμενα κατεσκεύασε πάντα. Ἥ τε γὰρ γῆ τούτων ἐστιν [εἰς] ἐνδιαίτημα, καὶ τὸν οὐρανὸν ὄροφον ἔχουσι· καὶ ἀὴρ καὶ θάλασσα καὶ ποταμοὶ [καὶ πηγαὶ,]

6. [καὶ] om. B.C. 11. ἄγνοιαν] ἄνοιαν B. 12. εἴς γε] εἴς τε Va. 17. τὰ πάντα] τὰ om. Vb. qui κτίσαντι pro κεκτημένῳ. τεκτηναμένῳ Sirm. 20. πάντα] ἅπαντα B. 21. [εἰς] om. B.Va. 23. [καὶ πηγαὶ] om. B.Va.

*plius compleatur.* Omnis itaque Plotini disputatio, seu priorem seu secundam assumas, hujusmodi rationibus plena est. Ego autem, ne sim longior, plurimas prætermittam ; quamvis et Xenophonte Socratico, et Stoico Epicteto, aliisque permultis testibus uti possim, queamque physicis demonstrationibus refellere inscitiam eorum qui sermoni nostro non credunt. Tamen ad confirmandam veritatem satis puto hæc esse, quæ a me collecta jam sunt. Solum vero id operæ pretium esse duxi, jam dictis rebus adjungi, quod, ubi semel hoc constitutum sit, Deum videlicet curare cuncta quæ fecit, pacatissime citraque omnem controversiam demonstrata est ratio dispensationis vindicis nostri. Haud enim decebat rerum omnium possessorem, quique rebus quæ prius nullæ erant ipsum Esse contribuit, contemnere destructam generis humani naturam, cujus gratia fecerat omnia quæ videntur. Terra enim est hominum sedes, iidemque cælum pro tecto habent. Aër præterea, mare, flumina, et quicquid pariunt nubes, rores quoque ac venti, fœcundæ insuper sterilesque plantæ ; quin et terrestres

καὶ νεφῶν ὠδῖνες, καὶ δρόσοι, καὶ αὖραι, καὶ μέντοι καὶ φυτὰ κάρπιμά τε καὶ ἄκαρπα, καὶ ζῶα χερσαῖά τε καὶ πτηνὰ καὶ νηκτὰ καὶ ἀμφίβια, καὶ βοτανῶν γένη μυρία, καὶ ὕλαι μετάλλικαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὴν 76 χρείαν προσφέρουσι. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ τῶν ἀστέρων τὸ πλῆθος, διχῇ τὸν χρόνον διελόντες, ἴσως αὐτὸν διενείμαντο· καὶ ὁ μὲν φωτίζει τὴν ἡμέραν, καὶ πρὸς ἐργασίαν καλεῖ· ἡ δὲ μετὰ τῶν ἄστρων τὴν 77 νυκτερινὴν ἔλαχε δᾳδουχίαν. Οὐ τοίνυν παριδεῖν ὁ τοῦ παντὸς κύριος ὑπέλαβε δίκαιον αὐτὸν, οὗ χάριν ταῦτα πάντα ἐγένετο, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πολιορκούμενον, καὶ ὡς δορίληπτον τῷ θανάτῳ παραδιδόμενον. Διὰ δὴ τοῦτο τὴν ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφὴν, καὶ τὴν ἀόρατον τῇ ὁρωμένῃ κατεκάλυψε φύσιν, καὶ τήν τε ὁρωμένην ἀναμάρτητον διεφύλαξε, καὶ τὴν κεκρυμμένην ἀκήρατον διετή- 78 ρησεν. Οὔτε γὰρ αὕτη τῶν τῆς σαρκὸς μετέλαχε παθημάτων, οὔτε ἡ σὰρξ τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλίδων μετέσχηκε. Ῥᾷστον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ δίχα τοῦ τῆς

27. μεγάλαι καὶ] μεταλλικαὶ B. 28. σελήνη] ἡ σελήνη C. 34. τὸν οὗ] αὐτὸν οὗ B.Va. 35. δορίληπτον] δορύληπτον C.Vb. δορύνηπτον Va. 36. διὰ δὴ] καὶ διὰ B.Va. 40. διετήρησεν] διετέλεσεν B.Va. mox αὐτή B. 42. μὲν γὰρ] μὲν om. Vb.

animantes, volucresque, ac natrices, quæque in alterutro vivunt elemento; herbarumque infinitæ species, metallorumque materiæ, non parvam humano generi utilitatem apportant. Sol quoque ac luna, infinitaque stellarum multitudo, quæ bifariam tempus discriminat, æqualiter illud animantibus partiuntur. Ac sol quidem ipsum diem illustrat, animantesque ad sua quamque munia excitat: luna vero una cum stellis nocturnæ facis officium sortita est. Deus itaque, dominus rerum omnium, non putavit eum contemnendum esse a peccatis obsessum, cujus gratia cuncta hæc facta fuerant. Ideoque humanam ipse induit speciem, spectabilique natura obduxit alteram quæ videri non potest. Tunc et spectabilem hanc immunem peccati conservavit, occultamque illam in sua puritate continuit. Neque enim hæc passa est ullum corporeæ infirmitatis consortium; sed ne assumpta quidem caro ullas peccati sordes accepit. Erat illi quidem facillimum, vel citra hoc humanæ carnis involucrum, humani generis salutem perficere, solaque voluntate mortis potestatem dissolvere, ac penitus aboli-

σαρκὸς προκαλύμματος πραγματεύσασθαι τῶν ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν, καὶ βουλήσει μόνῃ καταλῦσαι τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν, καὶ τὴν τούτου μητέρα τὴν ἁμαρτίαν φροῦδον παντελῶς ἀποφήνασθαι, καὶ τὸν παμπόνηρον δαίμονα, τὸν ταύτην ὠδίναντα, ἐξελάσαι τῆς γῆς καὶ παραπέμψαι τῷ ζόφῳ, ᾧ γε μικρὸν ὕστερον αὐτὸν παραδώσειν ἠπείλησεν· ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη τὴν ἐξουσίαν ἀλλὰ τῆς προνοίας ἐπιδεῖξαι τὸ δίκαιον. 79 Ὥσπερ γὰρ οὐρανόθεν τοῖς ἀνθρώποις διαλεχθῆναι δυνάμενος, καὶ τοὺς ῥαστώνῃ ξυζῶντας δεδίξασθαι, τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκεν, εἰδὼς οὐ χωροῦσαν τοῦτο τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν· ἀλλ' ὀλιγάκις μὲν ἐπεφάνη, ξυμμέτρους τοῖς ὁρῶσι τὰς ἐπιφανείας ποιούμενος, ἀεὶ δὲ δι' ἀνθρώπων ἀνθρώποις καὶ νομοθετῶν καὶ παραινῶν διετέλεσεν, ὑπουργοῖς τῶν λόγων καὶ διακόνοις χρώμενος τοῖς προφήταις· οὕτω δὴ ὕστερον πᾶσιν ἀνθρώποις προσενεγκεῖν ἐθελήσας τὰ σωτήρια φάρμακα, οὐκ ἀγγέλοις ὑπη-

43. προκαλύμματος] προβλήματος B. 46. φροῦδον] φρούδην B.Vb. 47. ἀποφήνασθαι] ἀποφῆναι B.Va. 52. τοῖς ἀνθρώποις διαλεχθῆναι] διαλεχθεῖναι τοῖς ἀνοῖς B. 53. ξυζῶντας δεδείξασθαι] συζῶντας δεδίξασθαι B.

tam reddere matrem mortis iniquitatem, patremque illius diabolum de terræ facie profligatum ad inferni tenebras relegare; quibus et paulo post exortum peccatum interminatus est se illum traditurum esse: ceterum ostendere noluit, quid potestati suæ liceret; sed potius quid æquitas providentiæ postularet. Sicut enim qui poterat, si modo ei collibuisset, homines de cælo affari, desidesque ac inertes ita perterrendo ad officium excitare; neque tamen idipsum fecit; quia nimirum noverat imbecillem hominum naturam suæ vocis sonum capere ac sustinere non posse; sed raro ac parce illis apparuit, commensas comparesque infirmis illorum oculis apparitiones dispensans; cum tamen hominibus internuntiis modo leges ferendo, modo adhortando ac monendo assidue homines emendaret, usus prophetis edictorum sermonumque suorum ministris: ita et insequutis temporibus, cum vellet universo generi humano salutarem medelam afferre, non angelorum quidem ministerio archangelorumve usus est; neque cælitus vocalissimam vocem effudit, cunctisque semel hominibus auditu perfacilem; sed ipse sibi in utero Virginis tabernaculum fecit; indeque progres-

ρέταις οὐδ' ἀρχαγγέλοις ἐχρήσατο, οὐδ' οὐρανόθεν γεγωνοτάτην καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σύμμετρον ἀφῆκε φωνὴν, ἀλλ' ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ τὴν ἀνθρωπείαν ἑαυτῷ περιπήξας σκηνὴν, προῆλθεν ἐκεῖθεν [Χριστὸς] ἄνθρωπος ὁρώμενος, καὶ Θεὸς προσκυνούμενος· ἐκ μὲν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πρὸ τῶν αἰώνων γεγεννημένος, ἐκ δὲ τῆς παρθένου λαβὼν τὸ φαινόμενον, πρόσφατος ὁ αὐτὸς
80 καὶ αἰώνιος· οὐ γὰρ ξυνέχεε τὰς φύσεις ἡ ἕνωσις, οὐδὲ πεποίηκεν ὑπὸ χρόνον τῶν χρόνων τὸν ποιητὴν, οὐδέ γε τὸ ἐν χρόνῳ γενόμενον ἀπέφηνε προαιώνιον· ἀλλ' ἑκατέρα φύσις μεμένηκεν ἀκραιφνής· ἡ μὲν τῶν τῆς φύσεως παθημάτων ἀνεχομένη· πείνης λέγω καὶ δίψης, ὕπνου καὶ κόπου, καὶ σταυροῦ καὶ θανάτου· ἡ δὲ ἐνεργοῦσα τὰ θεῖα, καὶ ξυνήθως θαυματουργοῦσα· βαδίζειν ἐπὶ θαλάσσης σώματος πόδας παρασκευάζουσα, καὶ πέντε ἄρτους κόρῳ πολλῶν χιλιάδων ἐξαρκέσαι κελεύουσα, καὶ τὸν τότε πρῶτον γενόμενον οἶνον δωρουμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὰ πεπηρωμένα θεραπεύουσα σώματα· καὶ οὓς μὲν ἡ φύσις ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλάττουσα παρέλιπεν ὀφθαλμοὺς πηλῷ δημιουργοῦσα· λόγῳ δὲ τὰ

100, 8. οὐδ'] οὐκ C. 9. γεγωνοτάτην] γεγονωτάτην C. 12. [Χριστὸς] om. B.Va. 16. ἡ ἕνωσις om. B.Va. 17. τῶν χρόνων τὸν ποιητὴν] τὸν ποιητὴν τῶν χρόνων C. qui mox om. τό. ib. χρόνον τ. π. B. 21. καὶ σταυροῦ] καὶ om. B. 27. παρέλιπεν] παρέλειπεν C.

sus est homo visibilis Deusque adorabilis; e substantia quidem Patris ante sæcula genitus, e Virgine autem assumens quod apparebat; idem recens atque æternus. Neque enim naturas confudit: neque fecit ut esset sub tempore, per quem tempora facta fuerant. Neque quod in tempore natum est, antesæculare ac prætemporeum declaravit; sed utraque natura sincera permansit. Altera quidem infirmitates quæ ad eam pertinebant perpessa; famem videlicet, sitim, somnum, fatigationem, crucem, interitum: altera vero quæ sunt divinitatis efficiens, sibique consuetis illustrata miraculis, demum pedes perambulando mari habiles fecit, ac panes quinque satis esse jussit multis hominum millibus ad saturitatem pascendis; vinum præterea tunc primo factum nuptiis dedit; mutilosque ac defectos artus curavit: quosque oculos natura opifex nostri corporis in alvo matris non fecerat e luto

παρειμένα μέλη σφίγγουσα, καὶ τοὺς τάφους ἀνοιγνῦσα, καὶ τοὺς κειμένους καλοῦσα καὶ τρέχειν παρασκευάζουσα, καὶ τὰ ἄλλα ποιοῦσα ὅσα αἱ τῶν θείων εὐαγγελίων ἱστορίαι διδάσκουσιν.

81 Εἰ δὲ ταῦτα μὲν θαυμάζετε, καὶ Θεῷ γε πρόσφορά φατε εἶναι, ἀνάρμοστον δὲ τῆς οἰκονομίας καλεῖτε τὸν τρόπον, πρῶτον μὲν πάντολμόν τε καὶ μανικὸν [τὸ] τῆς τὰ πάντα τεκτηναμένης σοφίας σοφωτέρους ἑαυτοὺς ἀποφαίνειν, καὶ μὴ στέργειν τὰ ὑπ' ἐκείνης γινόμενα, ἀλλ' ὑπολαμβάνειν ἄμεινον ἐκείνης τὸ πρακτέον εὑρίσκειν. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο εὖ οἶδα, ὡς εἰ καὶ ἕτερον ἐμηχανήσατο θεραπείας τρόπον, κἀκείνῳ ἐνεμεσᾶτε ἂν δήπουθεν· δυσάρεστοι γὰρ ὑμεῖς, καὶ σκώπτειν μόνον
82 εἰδότες τὰ τῆς θείας οἰκονομίας μυστήρια. Ἐπειδὴ δὲ τῆς σοφίας τὴν ἄβυσσον νικᾶν ταῖς ἐπινοίαις νεανιεύεσθε, δείξατε δὴ ὑμεῖς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἀμείνονα μηχανήν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐπιδεῖξαι δυνήσεσθε. Τοσαύτῃ γὰρ ἐχρήσατο φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ, ὡς ἀπιστεῖσθαι

29. ἀνοιγνῦσα] ἀνοίγουσα B. 35. τὰ πάντα om. B.Va. πάντα κεκτημένης Vb. 40. κἀκείνῳ] κἀκεῖνον C.

mirabiliter finxit: solo item verbo dissoluta membra coercuit: somnoque jam mortis oppressos revocavit in vitam, moverique ad cursum disposuit: ceteraque effecit quæ sacra evangelii monumenta nos docent.

Quod si hæc miracula ita ut par est, admiramini, Deoque congruentia esse dicitis, et tamen dispensationis modum quo salvi facti sumus indecentem vocatis; primum quidem insignem esse audaciam atque insaniam dixerim, si ea sapientia quæ est opifex rerum omnium asseratis sapientiores vos esse, neque comprobetis quæ ab ea facta sunt, sed arbitremini vel ea melius quod agendum sit invenire vos posse. Ego vero non dubito, si ea vel aliam salutis nostræ rationem iniisset, vos nihilominus et ea indignaturos fuisse: fastidiosi enim estis, planeque implacabiles, solumque periti cavillis ac dicteriis incessere divinæ dispensationis mysteria. Quando igitur juvenili ac temerario quodam ausu, sapientiæ abyssum vestris consiliis superaturos vos creditis, meliorem nostræ salutis modum, quæso, nobis ostendite. At invenire profecto nullum poteritis. Tanto enim usus est Deus noster lenitatis excessu, ut incredibile hoc et vobis et vestri

παρ' ὑμῶν καὶ τῶν παραπλησίων ὑμῖν, ὅτι δὴ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὁ πρὸ [τῶν] αἰώνων Θεὸς Λόγος, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαβὼν ἐνηνθρώπησε, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτη-
83 ρίαν. Καίτοι καὶ τοὺς ἰατροὺς ἐκείνους θαυμάζετε, οἳ οὐκ ἄλλοις προσφέρειν τὴν θεραπείαν κελεύουσιν, ἀλλ' 101 αὐτοὶ τῆς ἀμπεχόνης γυμνούμενοι καὶ τὸν χιτωνίσκον διαζωσάμενοι τὸν σίδηρον μεταχειρίζουσι, καὶ τὴν τομὴν ἐπιφέρουσι, καὶ δυσοσμίας ἀνέχονται, καὶ [τοῦ] ἰχῶρος δέχονται τὰς ῥανίδας, καὶ καταιονῶσι τῇ σπογγιᾷ, καὶ 5 τὰ φάρμακα ἐπιπάττουσι, καὶ τὰ ἄλλα δρῶσιν ὅσα τῆς
84 ἰατρικῆς τέχνης ὁ νόμος διαγορεύει. Καὶ μέντοι καὶ τοὺς βασιλέας ἐκείνους θαυμάζειν τε καὶ εὐφημεῖν φίλον ὑμῖν, οὐ τοὺς ἐν τοῖς βασιλικοῖς τρεφομένους θαλάμοις, καὶ 10 χλιδῆς παντοίας ἀπολαύοντας, ἀλλὰ τοὺς προκινδυνεύειν τῶν ὑπηκόων ἀνεχομένους, καὶ στρατιωτικὴν περιβαλλομένους σκευὴν, καὶ πρὸ τῆς φάλαγγος ἀριστεύοντας.
85 Εἰ δέ φατε, Τί δήποτε μὴ πάλαι τοῦτο δέδρακεν ὁ τῶν

47. ὑμῖν] ὑμῶν C. 49. λαβὼν] ἀναλαβὼν B. 52. ἄλλοις] ἄλλους B. 101, 2. διαδησάμενοι] διαζωσάμενοι B. 5. ἐπιπάττουσι] ἐπιπλάττουσι B. Supra κατενεῶσι C. 12. περιβαλλομένους] περιβεβλημένους Vb. 14. δέδρακεν] δέδραχεν C.

similibus factu objiciatur; unigenitum videlicet Dei filium, qui est ante sæcula Deus Verbum, quique opifex est rerum omnium, humanitate nostra assumpta, hominem factum esse, nostramque hoc pacto salutem peregisse. Atque eos medicos maxime laudare soletis, non qui nos quidem suis ministris curandos ægros committunt, sed qui pallium deponunt, interulamque succincti, suis ipsi manibus ferrum accipiunt, ulcusque, si sit opus, incidunt; neque fetorem ulceris aversantur, immo autem profluentem saniem excipiunt, spongiaque inspergunt, et unguenta compingunt, aliaque remedia multa conficiunt quæ adhiberi medicinæ lex jubet. Neque vero illos etiam reges admirari laudibusque ornare soliti estis, qui regalibus in thalamis molliter enutriti, omni genere deliciarum perfrui solent; sed quibus grave non est pro subditis hominibus caput periculis objectare, quique armis obtecti in prima acie cum hoste fortiter pugnant. Quod si forte mirabundi inquiritis, cur non olim multo prius humanitate assumpta opifex mundi nobis consuluit, agedum et medicos accusate quod in postremum curatio-

ὅλων ποιητής; ἐπιμέμψασθε καὶ τοῖς ἰατροῖς, ὅτι ἔσχατα φυλάττουσι τῶν φαρμάκων τὰ ἰσχυρότερα· τοῖς γὰρ ἠπίοις πρότερον κεχρημένοι, τὰ δυνατώτατα προσφέρουσιν ὕστατα. Τοῦτο δὴ καὶ ὁ πάνσοφος πεποίηκε τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἰατρός. Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ διάφορα προσενεγκὼν φάρμακα διὰ μὲν τῆς κτίσεως καὶ τῆς φύσεως πᾶσιν ἀνθρώποις, διὰ δὲ νόμου καὶ προφητῶν Ἑβραίοις, ὕστερον τὸ παναλκὲς τοῦτο καὶ σωτήριον προσενήνοχε φάρμακον, καὶ τὴν νόσον ἐξήλασε. Καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ τὰ πράγματα, γῆ καὶ θάλαττα τῆς προτέρας ἀγνοίας ἀπηλλαγμέναι, πεπαυμένος τῶν εἰδώλων ὁ πλάνος, τῆς ἀγνοίας ὁ ζόφος ἐληλαμένος, τοῦ τῆς γνώσεως φωτὸς αἱ ἀκτῖνες τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσασαι, Ἕλληνες καὶ Ῥωμαῖοι καὶ βάρβαροι τὸν ἐσταυρωμένον θεολογοῦντες, καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον γεραίροντες, καὶ ἀντὶ τῶν πολλῶν καὶ ψευδωνύμων θεῶν τῇ Τριάδι λατρεύοντες, τὰ τῶν δαιμόνων τεμένη φροῦδα γεγενημένα, οἱ βωμοὶ τῶν εἰδώλων ἐκ βάθρων ἀνεσπασμένοι, ἐκκλησίαι περιφανεῖς πανταχῇ δεδομημέναι, ἐν πόλεσιν,

17. δυνατώτερα] δυνατώτατα B.
18. ὕστερον] ὕστατα B.Va.
29. ἐμπλήσασαι] ἐμπιπλάσαι C.Vb.
36. δεδομημέναι] δεδωμημέναι C.

nis tempus differunt acriora remedia: lenioribus siquidem prius usi, quæ potentiora sunt ultimo loco adhibent. Idem itaque fecisse invenitur creator ac medicus animarum nostrarum. Nam cum prius olim multa et varia remedia attulisset, cunctis quidem hominibus ad pietatem alliciendis ea inspectanda proponens quæ in mundi fabrica et natura rerum ab eo facta cernuntur; Hebræis autem prophetas mittens, et scriptam legem contribuens; postremo et hoc undique potens pharmacum ac saluberrimum nobis attulit, quo omnis ægritudo funditus tollere-

tur. Verbis autem nostris fidem conciliant, orbis universus terra marique a priore ignorantia liberatus, idolorum sedata fallacia, impietatis pulsa caligo, radii lumine cognitionis divinæ mundum complentes; Græci, Romani, barbari de crucifixo theologice proloquentes, ipsumque signum crucis prosequentes honore maximo, proque multis ac mendacibus diis Trinitati cultum latriæ exhibentes; abolita idolorum templa, idolorum aræ ad fundamenta subversæ, illustres vero ecclesiæ ubique exstructæ; in civitatibus, in pagis, in agris, in extremis pro-

ἐν κώμαις, ἐν ἀγροῖς, ἐν ἐσχατιαῖς σηκοὶ μαρτύρων εἰς κάλλος ἐξειργασμένοι, ἀσκητῶν καταγωγαὶ τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἀγιάζουσαι, καὶ τὰς ἀοικήτους ἐρήμους οἰκίζουσαι.

88 Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις προσόμοια τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας τὸ θεοπρεπὲς ἐπιδείκνυσι, μαρτυροῦσι δὲ καὶ αἱ πάλαι προφητεῖαι τοῖς εὐαγγελίοις ἀλήθειαν. Αἱ μὲν γὰρ τὴν τούτων ἔχουσι πρόρρησιν, τὰ δὲ τῆς προρρήσεως ἐπιδεικνύει τὸ τέλος. Καὶ οἱ μὲν προεῖπον τῆς παρθένου τὴν γέννησιν, οἱ δὲ διδάσκουσι τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. Οἱ μὲν προεθέσπισαν τὸν σταυρὸν, οἱ δὲ δεικνύουσι τὸν σταυρόν· οἱ μὲν προεῖπον τὰ
89 παθήματα, οἱ δὲ ἱστοροῦσι τὰ θαύματα. Οἱ μὲν ἐχρησμῴδησαν τῆς οἰκουμένης τὴν σωτηρίαν, ἡμεῖς δὲ τῶν χρησμῶν ἐκείνων θεωροῦμεν τὸ τέλος. Ἐκεῖνοι τὴν Ἰουδαίων καὶ ἀπιστίαν καὶ πανωλεθρίαν προαπήγγειλαν, ἡμεῖς δὲ αὐτῶν καὶ τὴν ἀπιστίαν καὶ τὴν διασποράν καὶ
90 τὴν δουλείαν ὁρῶμεν. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ τῷ μήκει τοῦ λό- 102

40. προσόμοια] ὅμοια B.Va. 42. πάλαι] παλαιαὶ B. 46. γέννησιν] γένεσιν C. Tum ἀληθείας προφητείαν Va. 48. δεικνύουσι] δείκνυσι C. 49. παθήματα] θαύματα B. 53. προαπήγγειλαν] προήγγειλαν B.

vinciarum finibus martyrum templa pulcherrime fabrefacta; monachorum habitacula quibus sancti fiunt montium vertices, vastæque solitudines incoluntur.

Hæc igitur, et quæ sunt his persimilia, dignam Deo congruentemque dispensationem vindicis nostri ostendunt. Evangelicam præterea veritatem et antiquæ prophetiæ confirmant. Hæ namque prædicunt quæ in evangeliis continentur: evangelia vero propheticæ prædictionis finem ostendunt. Ac prophetæ quidem prædixerunt Virginis partum; hæc vero nos docent propheticam veritatem. Illi prædixerunt crucis mysterium; sed evangelia ostenderunt. Illi prædixerunt Christi tormenta; hæc vero narrant facta miracula. Illi cecinerunt mundi salutem; nos autem videmus oraculorum finem. Illi Judæorum perfidiam perditionemque prædixerunt; nos permanentem adhuc eorum perfidiam, dispersionem, servitutemque videmus. Ego autem, ni conjicerem nimis longo sermone et vos et eos qui in post-

γου καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς ὕστερον ἐντευξομένους ἀποκναίσειν ἐτόπαζον, καὶ αὐτὰς ἂν ὑμῖν τῶν θεσπεσίων προφητῶν τὰς προρρήσεις παρέθηκα, ἵνα ἀκριβέστερον διὰ τῶν πραγμάτων ἐμάθετε τὴν τῶν ῥημάτων ἀλήθειαν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτό με [ποιεῖν] οὐκ ἐᾷ τῶν εἰρημένων τὸ πλῆθος, ἀξιῶ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, καὶ ταῖς προφητείαις πιστεῦσαι, καὶ τῶν πραγμάτων ἐπακοῦσαι βοώντων, καὶ πεισθῆναι δέ γε Εὐριπίδῃ τῷ τραγῳδοποιῷ ἐν Οἰνομάῳ λέγοντι,

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανές.

καὶ πάλιν ἐν Φοίνικι,

τἀφανὲς
τεκμηρίοισιν ἐοικότως ἁλίσκεται.

91 Εἰ δὲ οὐκ ἀξιόχρεως ὑμῖν εἰς μαρτυρίαν τῆς τραγῳδίας ὁ ποιητὴς, Ὑπερίδου τοῦ ῥήτορος ἐπακούσατε λέγοντος, Ἃ δ' ἔστιν ἀφανῆ ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. Καὶ Ἰσοκράτης δὲ, (τῶν ἐνδόξων δὲ καὶ οὗτος ὁ ῥήτωρ,) ξύμφωνα περὶ τούτου γέγραφε· Δεῖ γὰρ, φησι, τὰ μέλλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμαί-

posse animam, cum seorsum ad se seipsam receperit, veram consequi sapientiam, majoremque humana virtutem ac facultatem; quandocumque videlicet amor hinc eam subvolare fecerit per philosophicam vitam ad terminum suæ spei profectam, ubi alterius vitæ sempiternum principium capiat. Rursusque in eodem Dialogo ita inquit [v. Clem. Alex. Str. IV. p. 629, ult. Pott. Platon. Phæd. p. 67. C. Rep. I. p. 330 E.]; *Optima quidem cum spe bonas hinc animas proficisci: at qui mali sunt homines, pessima*, inquit, *cum spe vivunt.* Idem Plato philosophiam mortis meditationem esse dixit [p. 64 A.]: *Qui recte*, inquit, *philosophiam attingunt, in eo sunt discrimine, ne videlicet homines alios lateant: quandoquidem nihil aliud curant studentque, nisi ut moriantur, mortuive jam sint.* Hæc itaque omnia in Phædone Plato conscripsit; in decimo autem Reipublicæ suæ libro sic inquit [p. 468 E.]: *Ex iis autem qui in expeditionibus perierunt, quicumque laudatus interiit, nonne aurei generis esse primum dicemus?* Paulo que mox [p. 469 A.]: *Quid autem? an non in posterum, perinde ac dæmones illi fuerint, eorum colere sepulcra atque adorare debemus? Idem vero nobis faciendum*

δὲ νομιοῦμεν [καὶ] ὅταν τις γήρᾳ ἤ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσι. 40

47 Κἀν τῷ Κρατύλῳ δὲ [τόνδε] τὸν λόγον διηύρυνεν· ἐπαινεῖ γὰρ τὸν Ἡσίοδον καὶ τοὺς ἄλλους γε ποιητὰς εἰρηκότας, ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς [ὢν] τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἐκεῖ ἔχει, καὶ γίγνεται δαίμων κατὰ 45 τὴν τῆς φρονήσεως ἐπωνυμίαν. Ταύτῃ οὖν τίθεμαι κἀγὼ τὸν δαήμονα ἄνδρα. Ὁ δέ γε Ἡσίοδος περὶ τοῦ χρυσοῦ γένους ταῦτα ἔφη,

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν,
οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται, 50
ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

48 Εἰ τοίνυν καὶ ὁ ποιητὴς καὶ ἐσθλοὺς καὶ ἀλεξικάκους καὶ φύλακας θνητῶν ἀνθρώπων τοὺς ἄριστα βεβιωκότας, εἶτα τελευτήσαντας, προσηγόρευσεν, ἐκράτυνε δὲ τοῦ ποιητοῦ τὸν λόγον τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, καὶ χρῆναι ἔφη καὶ θεραπεύειν τούτων καὶ προσκυνεῖν 119

39. [καὶ] om. B.C. Tum ὅτι πάν τις C. 40. τελευτήσῃ] τελευτήσει B. 41. [τόνδε] om. C. 42. ηὔρυνεν] διεύρυνεν B. διηύρυνεν C. 44. τελευτήσει C. 49. τοῦτο] τοῦτο τὸ C. 50. οἱ μὲν—καλέονται] τοὶ μὲν δαίμονες εἰσὶν διὸς μεγάλου διαβουλάς C. 51. ἐσθλοὶ] ἐσθλοὶ δ' B. 52. καὶ ἐσθλοὺς] καὶ om. C. καὶ ante ὁ ποιητὴς om. Va. ult. δὲ τόνδε τὸν] δὲ τοῦ ποιητοῦ τὸν B.

*esse existimabimus, quotiens vel senio confectus, vel alio mortis genere obierit, qui, dum viveret, egregiæ bonitatis homo habitus sit.* Sed et in Cratylo [p. 397 E.] sententiam hanc Plato latius explicuit. Laudat enim Hesiodum poëtasque alios, qui dicunt bonum hominem vita perfunctum, eximiæ sortis gradum, maximosque honores apud immortales deos accipere, fierique dæmonem, hoc est scientem; a prudentia videlicet orto cognomine. Hoc eodem in loco et ipse scientem hominem colloco. Hesiodus vero de aurei generis hominibus ita cecinit:

*At postquam genus hoc terra mors obruit alta,*
*Dæmones hi sancti terrestres rite vocantur,*
*Custodes hominum, nostra hæc quibus omnia curæ.*

Quod si poëta Hesiodus auxiliares custodesque mortalium eos vocat qui sancte olim beneque vixerunt, eamque poëtæ hujus sententiam philosophorum optimus adeo confirmavit ut eorum hominum sepulcra colenda esse atque adoranda censuerit; quid

τὰς θήκας, τί δήποτε μέμφεσθε τοῖς παρ' ἡμῶν γιγνομένοις, ὦ βέλτιστοι; Τοὺς γὰρ ἐν εὐσεβείᾳ λάμψαντας, καὶ ὑπὲρ ταύτης τὴν σφαγὴν δεξαμένους, ἀλεξικάκους ἡμεῖς καὶ ἰατροὺς ὀνομάζομεν, οὐ δαίμονας καλοῦντες, (μὴ οὕτω λυττήσαιμεν,) ἀλλὰ Θεῷ φίλους καὶ εὔνους θεράποντας, παρρησίᾳ χρωμένους, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν ἐπαγγέλλοντας τὴν φοράν. Τοῦτο γὰρ δὴ καὶ τῶν φιλοσόφων [ἡμῖν] ὁ κορυφαῖος ἐν τῇ Ἐπινομίδι δεδήλω-
49 κεν. Ἔφη γάρ· Οὔ φημι εἶναι δυνατὸν ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων· μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομαι· καλὴ δὲ ἐλπὶς τελευτήσαντι τυχεῖν ἁπάντων. Ἀτεχνῶς δέ γε τοῦτο ἔοικε τοῖς ὑπὸ τῆς θείας εἰρημένοις γραφῆς· Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ· καὶ, Φῶς δικαίοις διαπαντός· καὶ, Ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ· καὶ τὰ τούτοις προσόμοια.

50 Ὅτι δὲ καὶ τοῖς δικαίοις ὕβρεις καὶ λοιδορίας καὶ αἰκίας καὶ μάστιγας κατὰ τὸν παρόντα βίον ξυνεκλήρωσε τῶν ὅλων ὁ πρύτανις, καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῇ Πολιτείᾳ ξυγγέγραφεν· Οὕτω γάρ, φησι, διακείμενος ὁ δίκαιος,

119, 2. δῆτα] δήποτε B. Mox μέμφεσθαι C. 7. θεοῦ] θεῷ B. 9. γὰρ δὴ] δὴ om. B. 10. [ἡμῖν] om. C. 17. καὶ om. B. et sic 19. 20. αἰκίας] ἀδικίας B. ib. τόνδε τὸν] τὸν παρόντα B.

ita, quæso, boni viri, quæ ipsi facimus, accusatis? Nos enim pari modo eos qui illustri pietate viguerunt, proque ea jugulati ac cæsi sunt, et auxiliares, et medicos nominamus: at non dæmonas tamen: absit a nobis absit hic furor: sed amicos Dei fidelesque servos fuisse dicimus, dicendi libertate maxima usos, dum certissimum bonorum proventum nobis prænuntiarent. Id quod etiam vobis philosophorum princeps in sua Epinomide ita significat [p. 973 C.]: *Haud sane dixerim posse homines beatos ac felices evadere, paucis exceptis. Donec vivimus, ita decerno. Bona est autem spes morienti omnia consequi.* Hæc autem perquam similia sunt iis quæ in sacris monumentis leguntur: *Ne beatum quemquam feceris ante obitus sui diem:* et, *Usquequaque lumen est justis:* et, *Justorum animæ in manu Dei sunt;* et quæ sunt his similia.

Solere autem mundi rectorem Deum justos homines, dum sunt in vita, injuriis, conviciis, verberibusque subjicere, idem Plato in Republica sua testatur [p. 361 E.]: *Justus enim* (inquit) *ita præpara-*

αἰκισθήσεται, στρεβλωθήσεται, δεθήσεται, ἐκκοπήσεται τὼ ὀφθαλμὼ, τελευτῶν πάντα κακὰ παθὼν ἀνασκινδαλευθήσεται. Οὐκ οὖν τρισάθλιοι μὲν οἱ ταῦτα ποιοῦντες, τρισόλβιοι δὲ οἱ πάσχοντες; Ὅτι δὲ καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπείων δύνανται πραγμάτων αἱ τῶν ὁσίων ψυχαὶ, καὶ τοῦ σώματος ἐκτὸς γενόμεναι, ὁ Πλάτων καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ τῶν Νόμων ἐδίδαξε· λέγει δὲ οὕτως· Εἴς τινα γὰρ οὖν μοι καιρὸν φαινόμεθα τοὺς ἔμπροσθεν λόγους διεξελθεῖν, ὡς ἄρα αἱ τῶν τελευτησάντων ψυχαὶ δύναμιν ἔχουσί τινα τελευτήσασαι, καὶ τῶν κατ' ἀνθρώπους πραγμάτων ἐπιμελοῦνται. Ταῦτα δὲ ἀληθεῖς μὲν, μακροὶ δέ εἰσι περιέχοντες λόγοι· πιστεύειν δὲ ταῖς [τε] ἄλλαις φήμαις χρεὼν περὶ τὰ τοιαῦτα, οὕτω πολλαῖς καὶ σφόδρα γε παλαιαῖς οὔσαις· πιστεύειν δὲ αὐτοῖς νομοθετοῦσι ταῦθ' οὕτως ἔχειν. Ἀλλ' ὁ μὲν φιλόσοφος κελεύει καὶ ταῖς φήμαις πιστεύειν· ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον ἡμῖν ἀπιστεῖτε, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων βοώσης ἀληθείας ἐπαΐειν οὐ

24. τελευταῖον] τελευτῶν B.C. Tum τὰ post πάντα om. B. 25. ἀνασκινδαλ.] ἀνασκινδυλ. C. 27. οἱ πάσχοντες] οἱ ταῦτα π. Vb. 28. ἀνθρωπίνων] ἀνθρωπείων B. 29. τοῦ σώματος] τοῦ om. B. 30. ἑνδεκάτῳ] δεκάτῳ B.C. 31. τινα om. B. 36. πιστεύειν—οὔσαις om. B. 37. [τε] om. C. 42. φωνῆς om. B. post πραγμάτων, qui mox βοώσης ἀληθείας ἐπ.

*tus, cædetur, torquebitur, colligabitur, oculos eruetur; cuncta denique perpessus, postremo etiam suspendetur.* Sunt itaque miserrimi, qui ceteros mortales talibus damnis afficiunt: felicissimi vero, qui ea perpetiuntur. Posse autem sanctorum animas, vel cum extra corpus hoc fuerint, hominum curare negotia, Plato etiam in undecimo Legum libro hisce verbis affirmat [p. 926 E.]: *Opportune itaque admodum ea quæ superius tractata sunt loquuti videmur; animas videlicet defunctorum, vel postquam ex hac vita excesserint, quæ inter homines fiant, curare posse. Sermones ergo qui de hisce rebus habentur veri ac beati sunt. Credendum vero est et aliis quoque narrationibus quæ eadem nobis tradunt; ita illæ quidem et antiquæ et multæ sunt. Credendum præterea et iis qui leges tulerunt, ita hæc se habere.* Cum itaque philosophus credendum esse rumoribus censeat, vos tamen non solum nobis fidei nil habetis, clamantemque eventorum vocem audire non vultis. Sed ne vestro quidem philosopho credendum esse existimatis; cum tamen is plane affirmet sanctorum animas, etiam corporibus exsolutas, humanarum re-

βούλεσθε, ἀλλ' οὐδὲ τῷ ὑμετέρῳ φιλοσόφῳ πιστεύειν ἐθέλετε ἄντικρυς λέγοντι, ὡς αἱ τῶν ὁσίων ψυχαὶ τῶν σωμάτων ἀπαλλαγεῖσαι τῶν κατ' ἀνθρώπους ἐπιμελοῦνται πραγμάτων. Τοῖς δὲ οὕτως ἁρμόττει τοῦδε τοῦ γέρως τυχεῖν, ὡς τοῖς ἠγαπηκόσι μὲν ἐκθύμως τὰ θεῖα, μεμενηκόσι δὲ μέχρι τέλους οἷς ἐξ ἀρχῆς προείλοντο, καὶ τὴν τάξιν ἐν ᾗ σφᾶς ἔταξαν οὐκ ἀνασχομένοις κα-
53 ταλιπεῖν. Τοῦτον δέ γε καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ κρατύνει τὸν λόγον. Φησὶ δὲ οὕτως· Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ· οὗ ἄν τις ἑαυτὸν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ.
54 Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι, μὴ ὄντα. Καὶ αὖθις μετὰ βραχέα· Πρὸ γοῦν τῶν κακῶν, ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, ἃ μὴ οἶδα εἰ καὶ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει

44. πιστεύειν ἐθέλετε φιλοσόφῳ] φιλοσόφῳ πιστ. ἐθ. B. 47. τοῖς δὲ οὕτως] τῷ δὲ οὕτως B.C.V. Mox τούτου δὲ C. pro τοῦδε. 50. προείλοντο] προείλαντο C. 51. τοῦτον] τούτων C. 54. οὗ ἄν] οὗ ἐὰν B. οὗ δ' ἂν C. qui mox βέλτιον.

120, 1. δεῖ] δὴ B. 6. ὅτι] ὅτι καὶ C. 7. τυγχάνει] τυγχάνοι B.V. τυγχάνῃ C.

rum statum curare. Decet autem profecto, quantumcumque est hoc honoris ac præmii, eos adipisci qui res divinas totis præcordiis adamarunt, quique ad usque supremum vitæ diem in iis perstiterunt incœptis quæ olim ab initio præoptarunt, neque passi sunt eam, cui sese addixerant, stationem relinquere. Hunc Plato sermonem etiam in Apologia Socratis confirmat. Sic enim inquit [p. 28 D.]: *Ita enim profecto res habet, o viri Athenienses: quo se loco quispiam collocarit, arbitratus optimum illum esse, aut in quo sit ab ipso principe constitutus, in eo, quantum equidem sentio, permanere illum oportet; identidem animo reputantem, nullum sibi majus aliunde discrimen, ne a morte quidem ipsa, quam a turpitudine imminere.* Pauloque post; *Mortem enim timere, o viri Athenienses, aliud nihil est quam videri quemquam sapientem qui re ipsa non sit.* Rursusque paulo post; *Præ illis autem malis quæ scio penitus mala esse, non timebo ea nec fugiam quæ haud satis scio an et bona esse contingat.* Iterum et hæc amplius; *Quod ad cetera*

οὐ φοβηθήσομαι, οὐδὲ φεύξομαι. Καὶ πάλιν· Τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε· καὶ ἤδη καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν. Αὐτοῦ δὲ, ὦ φίλοι ἄνδρες, καὶ ταῦτα· Ἐμὲ γὰρ οὐδὲν βλάψειεν οὔτε Μέλητος οὔτε Ἄνυτος, οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο. Οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι βελτίονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. Ἀποκτείνειε μέν [τ'] ἂν ἴσως ἢ ἐξελάσειεν ἢ ἀτιμάσειεν· ἀλλὰ ταῦτα οὗτος μὲν ἴσως οἴεται [εἶναι,] καὶ ἄλλος τις που, μεγάλα κακά· ἐγὼ δὲ οὐκ οἶμαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ποιεῖν ἃ οὗτος νυνὶ ποιεῖ, ἄνδρα ἀδίκως ἐπιχειρῶν ἀποκτιννύναι.

56 Τοιαῦτα μὲν οὖν ὁ Σωκράτης καὶ ἐν αὐτῷ γε τῷ ἀγῶνι πεφιλοσόφηκεν, ὡς ὁ Πλάτων γε μεμαρτύρηκεν· ἀλλ' ὅμως τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς οὐ τετύχηκεν. Οὔτε γὰρ σηκὸν ἐκείνῳ ἐδείμαντο, οὔτε τέμενος ἀφιέρωσαν, οὔτε πανήγυριν ἀπεκλήρωσαν οἱ τῶν ἐκείνου λόγων μετειληχότες, ἀλλὰ καὶ σοφὸν γενόμενον καὶ ἀνδρεῖον ἀγέραστον εἴασαν, καίτοι ἄδικόν γε κἀκεῖνος

12. βλάψειαν] βλάψειεν B.Vb. 13. οὐδὲ γὰρ] οὔτε γὰρ B.Va. ἀμείνονι Vb. pro βελτίονι. 14. [τοῦ] om. B. et mox om. [τ']. 16. οὗτος μὲν ἴσως οἴεται εἶναι] οὗτος οὐκ οἶμαι μὲν ἴσως οἴεται καὶ B. 18. ποιεῖν] ποιεῖ C. 19. ἀποκτεῖναι] ἀποκτεινῦναι B.Vb. 21. Πλάτων γε] γε om. B.

*quidem pertinet, beatiores sunt qui illam, quam qui hanc, incolunt regionem. Reliquo enim tempore sunt immortales.* Platonis etiam sunt, o amici homines, ea quæ nunc vobis contemplanda proponam [p. 30]: *Mihi enim neque Melitus neque Anytus quicquam nocebunt. Neque enim nocere poterunt. Fas enim esse non puto, ut, qui melior homo est, a pejore detrimentum accipiat. Interficere me illi quidem fortasse poterunt, aut civitate exigere, aut in contemptum adducere; verum hæc ipsa alii atque alii fortasse mala esse existimant, ego autem mala non puto: sed multo majus esse malum opinor ea facere quæ hic nunc facit, qui videlicet hominem præter fas aggrediatur occidere.*

Hæc itaque Socrates, atque in ipsa maxime capitali causa philosophatus est, sicut et Plato commemorat: neque tamen est honores consequutus quos martyres Christi consequutos videmus. Nam nec illi templum aramve exstruxerunt, nec locum aliquem consecrarunt, nec solennem festivitatem dixerunt, qui illius interfuere sermonibus; sed inhonoratum passi sunt esse, quamquam sapientem scirent fortemque hominem. In-

ὑπομεμενήκει σφαγήν· ἀλλ' οὐκ ἀρίστην γε εἶχε καὶ ἀκραιφνῆ τὴν εὐσέβειαν· ἀναμέμικτο γὰρ ταύτῃ τοῦ
57 τηνικάδε κατεσχηκότος πλάνου πολλά. Ὅθεν δὴ οὐδὲ τῆς μετὰ τὴν τελευτὴν ἠξιώθη τιμῆς· οὐδέ γε Ἀνάξαρ- 30
χος ἐκεῖνος, ὃς ὑπέροις πτισσόμενος σιδηροῖς ἔλεγεν, ὥς φασιν, Πτίσσε πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον [γὰρ] οὐ πτίσσεις, τοῦδε τοῦ γέρως τετύχηκεν, οὐδὲ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, ὃς ἀναγκαζόμενος κατειπεῖν τι τῶν 35
ἀπορρήτων ἀντέσχε πρὸς τὰς βασάνους, οὐδὲν ἐξομολογούμενος· ὡς δέ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, δείσας οὗτος μὴ τῇ τῶν παθῶν ὑπερβολῇ βιασθεὶς ἐξείπῃ τι τῶν συγκειμένων, καὶ τοὺς στασιώτας μηνύσῃ, τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι τεμὼν 40
58 προσέπτυσε τῷ τυράννῳ. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ Θεόδοτόν φασι ποιῆσαι τὸν Πυθαγόρειον, καὶ Παῦλον τὸν Λακύδου γνώριμον, ὡς ὁ Περγαμηνὸς Τιμόθεος ἐν τῷ Περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων ἀνδρείας ξυνέγραψε· ξυμμαρτυρεῖ

24. ὑπομεμενήκει] ὑπομεμένηκε Vb. 28. ταύτῃ] αὐτῇ B. αὕτη C. Mox οὐδὲ B. pro οὔτε. 31. ὃς] ὁ C. 33. τοῦδε τοῦ] τοῦδε τ. γ. τ. om. B. τοῦ δὲ τοῦ μέρους Va. 34. οὐδέ] ὁ δὲ C. 36. φησὶν] λέγει B. 37. ἐν τῷ] ἐν τοῖς B. 38. παθῶν] πολλῶν B. Mox ἐξείπει C. et infra μηνύσει. 39. στασιώτας] στασιάσαντας Vb. 40. ταυτὸ] ταυτὸν B. 43. ἀνδρείας] ἀνδρίας B. ἀνδρείως C.

justa ille quidem nece sublatus est; haud tamen vera nec pura pietate præditus fuit: plurima enim huic quoque ex eo errore commixta erant, qui tunc terrarum orbem occupabat. Unde factum puto, ut vita perfunctus nullo dignus honore habitus sit. Sed neque Anaxarchus ille, qui, cum pistillis ferreis tunderetur, *Tunde*, inquit, *Anaxarchi saccum, neque enim Anaxarchum contundis*, hoc honoris est consequutus. Non Zeno etiam Eleates; ille inquam Zeno, qui, cum cogeretur proferre conjurationis secreta, constantissime tormentis omnibus restitit, nihil effatus; utque ait Eratosthenes [Clem. Al. Str. I. p. 589. Pott.] in iis libris quos de Malis bonisque conscripsit, timens ne victus excessu tormentorum proderet aliquid ex compositis rebus consciosque conjurationis nominatim efferret, linguam dentibus abscissam in tyranni faciem conspuit. Quod ipsum et Theodotum Pythagoricum fecisse aiunt, Paulumque præterea Lacydæ familiarem, ut testis est Pergamenus Timotheus in libro De philosophorum fortitudine. Idemque

δὲ τούτῳ καὶ Ἀχαϊκὸς ἐν τοῖς Ἠθικοῖς. Ἀλλ' ὅμως 45
59 τούτων οὐδεὶς τῆς τῶν μαρτύρων ἠξιώθη τιμῆς. Οὔτε μὴν ἐκεῖνοι οἱ τὰ λαμπρὰ καὶ πολυθρύλητα στήσαντες τρόπαια, οὐ Μιλτιάδης, οὐ Κίμων, οὐ Περικλῆς, οὐ Θεμιστοκλῆς, οὐκ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου· καίτοι οὗτος οὐκ ἀνδρεῖος μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιος ἐνενόμιστο· ἀλλ' 50
ὅμως οὔτε οὗτος, οὔτε Βρασίδας ὁ Σπαρτιάτης, οὐκ Ἀγησίλαος, οὐ Λύσανδρος ὁ τὴν δυναστείαν καταλύσας τὴν Ἀθηναίων, οὐ Πελοπίδας ὁ Βοιωτάρχης, οὐκ Ἐπαμεινώνδας ὁ τὴν Λακωνικὴν λῃϊσάμενος καὶ τῇ Σπάρτῃ 121
προσενεγκεῖν τὴν στρατιὰν τολμήσας, οὐχ οἱ Ῥωμαίων περιφανέστατοι στρατηγοὶ, οὐ Σκιπίων ὁ πρῶτος, οὐχ ὁ ἐκείνου ὁμώνυμος, οὐ Κάτων, οὐ Σύλλας, οὐ Μάριος, 5
60 οὐ Πομπήϊος, οὐ Καίσαρ αὐτός. Τούτων γὰρ ἕκαστος ἐν μὲν ταῖς στρατηγίαις καὶ ταῖς ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίαις διέπρεψε, τοῦ δὲ τῶν μαρτύρων οὐ μετέλαχε γέρως. Καὶ τί λέγω τοὺς στρατηγούς; οὔτε γὰρ οἱ τῆς οἰκου-

50. καὶ om. B. et mox νενόμιστο. 51. Βρασίδας] βραδίσας B. 52. τῶν Ἀθην.] τὴν Ἀθην. C. qui mox οὔτε Πελ. cum Vb.

121, 3. ὁ Σκιπίων] οὐ Σκιπίων B.V. 2. στρατιὰν] στρατηγείαν C. 4. ὁ Βροῦτος ὁ ἐκείνου] ὁ Βροῦτος om. B. ὁ πρῶτος οὐ Βροῦτος ὁ ἐκ. Va. οὐ Βροῦτος ὁ πρῶτος, οὐκ ὁ ἐκείνου. ἴσως. Vb. ib. ὁ Κάτων] οὐ Κάτων B. et sic in seqq. 7. διέπρεψε] ἐπέτρεψεν C.

Achaicus in Ethicis libris affirmat. Nullus tamen eorum, quo martyres, honore digni sunt habiti. Neque item illi, quibus illustria et celeberrima excitata sunt virtutis tropæa, Miltiades, Cimon, Pericles, Themistocles, Aristides Lysimacho natus patre; qui tamen non modo fortis patriæ propugnator, sed justissimus quoque homo est habitus. Verum neque hic neque Spartanus Brasidas, non denique Agesilaus, non Lysander qui dissolvit Atheniensium potentatum, non Pelopides Bœotorum princeps; non Epaminondas, qui Laconicam devastavit, ausus ad usque Spartana mœnia hostilem exercitum admovere; non Romanorum præclarissimi imperatores, non Scipionum major, non Brutus illum nomine Brutum referens qui Tarquinios Roma exegit; non Cato, non Sylla, non Marius, non Pompeius, non ipse Cæsar. Hi enim ductandis exercitibus egregiaque in gerendis bellis fortitudine viguerunt: neque sic tamen, quali martyres, honore affecti sunt. Quid ego autem bellicos duces commemoro, cum ne ipsi quidem reges habita-

μένης βεβασιλευκότες ταύτης ἀπέλαυσαν τῆς τιμῆς, οὐ Κῦρος, οὐ Δαρεῖος, οὐ Ξέρξης, οὐκ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου· τοὺς γὰρ ἐπισήμους καταλέγω μόνους· οὐκ Αὔγουστος, οὐκ Οὐεσπασιανὸς, οὐ Τραϊανὸς, οὐκ Ἀδριανὸς, οὐκ Ἀντωνῖνος· ἀλλ' οὗτοι πάντες ζῶντες μὲν ἦσαν περίβλεπτοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐνίκων, καὶ μετὰ τὰς νίκας πομπὰς ἐπετέλουν καὶ ἑορτάς· ἐπειδὴ δὲ ἐτε-
61 λεύτησαν, οὐδὲν τῶν πολλῶν διαφέρουσιν. Οὔτε γὰρ τάφους ἔχουσιν ἐπισήμους, οὔτε δημοθοινίαις ἐτησίοις γεραίρονται. Τίς γὰρ [δὴ] οἶδε τὸν Ξέρξου [γε] τάφον, ἢ τὸν Δαρείου; Τίς δὲ τὸν Ἀλεξάνδρου, τοῦ τοσούτων ἐθνῶν ἐν ὀλιγίστῳ [γε] χρόνῳ κρατήσαντος; Καὶ τί λέγω τοὺς παλαιούς; οὐδὲ γὰρ τὸ Αὐγούστου σῆμα δῆλόν ἐστιν, ἢ τῶν ἄλλων ὅσοι μετὰ τοῦτον τὴν Ῥωμαίων ἰθύναντες βασιλείαν ἠγνόησαν τὸν ταύτης δοτῆρα καὶ χορηγὸν, μόνων δὲ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων οἱ τάφοι δῆλοι καὶ γνώριμοι, οἱ δὲ τῶν μεταξὺ δυσσεβῶς βεβασιλευκότων φαίνονται μὲν, τιμῆς δὲ οὐδὲ σμικρᾶς ἀπο-

10. ἀπήλαυσαν] ἀπέλαυσαν B. 12. Οὐεσπεσιανὸς] Οὐεσπασιανὸς B.C. et sic infra 32. 15. νίκας suprasc. p.m. B. 19. δὴ om. B. 20. ὀλιγοστῷ] ὀλιγίστῳ B. Supra τῶν Ἀλεξ. C. qui om. [γε]. 22. τὸ] τοῦ C. 23. τὴν Ρωμ. ἰθ. βασ. B. om. τούτων—ἰθύνοντες C. 25. μόνον] μόνων B.C. Mox καὶ βασ. B.Va. 27. οὐδὲ] οὐ C.

bilis terræ, ita umquam honestati cultique fuerint? Non Cyrus, non Darius, non Xerxes, non Philippi filius Alexander. Insignes enim dumtaxat clarissimosque propono. Non itaque Augustus, non Vespasianus, non Trajanus, non Hadrianus, non Antoninus. Attamen hi omnes, cum viverent, illustres conspicuique fuerunt, victoresque devictis barbaris pompas miserunt, solennitatesque celebrarunt: mortui tamen nihil a multitudine differunt. Neque enim conditi sunt insignibus monumentis, neque publico epulo festivitatis annuæ honestantur. Quis est enim homo, qui sepulcrum Xerxis Dariive cognorit? Quis Alexandri illius qui exiguo tempore tot barbaras nationes bello perdomuit? Sed quid ego tam antiquos reges commemoro, cum ne Augusti quidem Cæsaris tumulus aliorumve supersit qui post eum Romanum imperium moderati nescierunt tantæ ditionis datorem Deum; soli vero adhuc exstare cernantur imperatorum eorum tumuli, qui pii cultores Dei fuerunt? Quod si qui tamen et illorum apparent qui prophani homines impiique reg-

λαύουσιν· οὐ μόνον γὰρ τῆς βασιλικῆς ἀπεστέρηνται,
62 ἀλλὰ καὶ ἧσσον τῶν ἰδιωτῶν μετεσχήκασιν. Καίτοι τινες τῶν ἀνοήτων καὶ θεοὺς σφᾶς ἀνηγόρευσαν, καὶ νεὼς ἑαυτοῖς ἐδομήσαντο. Καὶ γὰρ Ἀντίοχος ἐπεκλήθη θεὸς, καὶ Γάϊος ὁ Τιβερίου διάδοχος, καὶ Οὐεσπασιανὸς, καὶ Ἀδριανὸς, μεγίστους ἑαυτοῖς νεὼς ᾠκοδόμησαν, ἀλλὰ ξὺν τῇ ζωῇ καὶ τὴν δυσσεβῆ τιμὴν ἀφῃρέθησαν.
Οἱ δέ γε τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὶ, λαμπροὶ, καὶ περίβλεπτοι, καὶ μεγέθει διαπρεπεῖς, καὶ παντοδαπῶς
63 πεποικιλμένοι, καὶ κάλλους ἀφιέντες μαρμαρυγάς. Εἰς δὲ τούτους οὐχ ἅπαξ ἢ δίς [γε] τοῦ ἔτους ἢ πεντάκις φοιτῶμεν, ἀλλὰ πολλάκις μὲν πανηγύρεις ἐπιτελοῦμεν, πολλάκις δὲ ἡμέρας ἑκάστης τῷ τούτων δεσπότῃ τοὺς ὕμνους προσφέρομεν. Καὶ οἱ μὲν ὑγιαίνοντες αἰτοῦσι τὴν τῆς ὑγείας φυλακήν· οἱ δέ τινι νόσῳ παλαίοντες, τὴν τῶν νοσημάτων ἀπαλλαγήν· αἰτοῦσι δὲ καὶ ἄγονοι παῖδας· καὶ στέριφαι παρακαλοῦσι γενέσθαι μητέρες· καὶ οἱ τῆσδε τῆς δωρεᾶς ἀπολαύσαντες ἀξιοῦ-

29. τιμῆς om. B. post βασιλικῆς. ib. καὶ ἧς οἱ] καὶ ἧσσον B. 31. ναοὺς] νεὼς B.Vb. Mox ἐδωμήσαντο B. ᾠκοδόμησαν Va.Vb. 35. δέ γε] γε om. B. 37. καὶ κάλλους] καὶ om. C. Supra ἀφιέντων Va. 39. [γε] om. C. 41. δὲ [καὶ] [καὶ] om. B.C. 43. τῆς ὑγείας τὴν] τὴν τῆς ὑγ. B. 44. παθημάτων] νοσημάτων B.Va. 45. στερίφαι] στεῖραι Vb. 46. ἀπολαύσαντες] ἀπολαύοντες Vb.

narunt, at nullo prorsus in honore habentur, neque solum carent imperiali, sed multo etiam minus quam privatorum hominum sepulcra honorantur; cum tamen eorum stultiores quidam deos sese declararint, sibique ipsis adhuc vivi templa construxerint. Nam et Antiochus deus vocatus est, et Caius qui Tiberio imperatori successit; Vespasianus quoque et Hadrianus sibi templa ingentia excitarunt: verum et vitali simul aura et impio honore privati sunt. Martyrum vero templa conspicua cernuntur, magnitudineque præstantia, omni præterea ornatus genere variata, splendoremque quodammodo pulchritudinis suæ late fundentia. Neque vero hæc per annum semel, aut bis, aut quinquies adventamus, sed in eis sæpenumero dies festos peragimus, sæpe diebus singulis eorum martyrum Domino laudes hymnosque cantamus. Quique homines prospera sunt valitudine, conservari eam sibi a martyribus petunt: qui vero ægritudinem aliquam patiuntur, sanitatem ex-

σιν ἄρτια σφίσι φυλαχθῆναι τὰ δῶρα· καὶ οἱ μὲν εἴς τινα ἀποδημίαν στελλόμενοι λιπαροῦσι τούτους ξυνοδοιπόρους γενέσθαι, καὶ τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνας· οἱ δὲ τῆς ἐπανόδου τετυχηκότες τὴν τῆς χάριτος ὁμολογίαν προσ- 50
φέρουσιν, οὐχ ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσιόντες, ἀλλ' ὡς θείους ἀνθρώπους ἀντιβολοῦντες, καὶ γενέσθαι πρεσβευ- 122
64 τὰς ὑπὲρ σφῶν παρακαλοῦντες. Ὅτι δὲ τυγχάνουσιν ὧνπερ αἰτοῦσιν οἱ πιστῶς ἐπαγγέλλοντες, ἀναφανδὸν μαρτυρεῖ τὰ τούτων ἀναθήματα τὴν ἰατρείαν δηλοῦντα. 5
Οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν, οἱ δὲ ποδῶν, ἄλλοι δὲ χειρῶν προσφέρουσιν ἐκτυπώματα· καὶ οἱ μὲν ἐκ χρυσοῦ, οἱ δὲ ἐξ ὕλης ἀργύρου πεποιημένα. Δέχεται γὰρ ὁ τούτων δεσπότης καὶ τὰ σμικρά τε καὶ εὔωνα, τῇ τοῦ προσ- 10
φέροντος δυνάμει τὸ δῶρον μετρῶν. Δηλοῖ δὲ ταῦτα προκείμενα τῶν παθημάτων τὴν λύσιν, ἧς ἀνετέθη μνη-
65 μεῖα παρὰ τῶν ἀρτίων γεγενημένων. Ταῦτα δὲ κηρύττει τῶν κειμένων τὴν δύναμιν· ἡ δὲ τούτων δύναμις τὸν

49. καὶ τῆς ὁδοῦ—γενέσθαι B. marg. p. m. 51. θεοῖς [αὐτοῖς]] αὐτοῖς om. Va.

122, 12. γεγενημένων] γεγενημένα B.Va. 3. πιστῶς] ἐκ πίστεως Vb. 5. δηλοῦντα] δεικνύντα Vb.

poscunt. Insuper et steriles viri et mulieres dari sibi filios petunt: qui vero parentes sunt, integra sibi et propria custodiri quæ consequuti sunt dona. Item qui peregre aliquo proficiscuntur, petunt martyres sibi comites esse in via, vel potius itineris duces: qui vero jam sospites redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentes: non qui se ad deos accedere arbitrentur; sed qui orent Dei martyres, tamquam divinos homines, intercessoresque sibi eos apud Deum advocent ac precentur. Pie vero fideliterque precatos ea maxime consequi quæ desiderant, testantur illa quæ votorum rei dona persolvunt; manifesta nimirum adeptæ sanitatis indicia. Nam alii quidem oculorum, alii vero pedum, alii porro manuum simulacra suspendunt, ex argento aurove confecta. Gratissime namque accipit eorum Dominus qualiacumque sint dona, nec exigua nec vilia dedignatur: quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium spectaculo exporrecta, testantur morborum depulsionem; cujus ipsa certissima signa sunt, a sanitatem consequutis allata. Hæc, inquam, sepultorum ibi martyrum quæ sit virtus ostendunt. Martyrum autem virtus, quem ipsi

τούτων Θεὸν ἀληθινὸν ἀποφαίνει Θεόν. Ἐξετάσωμεν γὰρ τίνες καὶ πόθεν οἱ ταύτης ἀξιωθέντες τῆς χάριτος. Ἆρά τινες ἐπίσημοι καὶ περιφανεῖς [ἢ] γένους αὐχοῦντες λαμπρότητα, ἢ τοῖς τοῦ πλούτου περιρρεόμενοι ῥεύμασιν, ἢ ἐκ δυναστείας τινος γενόμενοι γνώριμοι; Οὐδαμῶς, ὦ ἄνδρες. Τούτων γὰρ οὐδενὸς μετεσχήκασιν, ἀλλ' ἰδιῶται ἦσαν ἢ στρατιῶται, τίνες δὲ αὐτῶν καὶ οἰκέται γεγένηνται, καὶ θεραπαινίδες, ἐν ἀσθενέσι δ' ἄγαν σώμασι γενναίως ἀγωνισάμεναι· καὶ αἱ μὲν σωφρόνως ἕλκουσαι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, αἱ δὲ ἔτι γάμους οὐκ ἐπιστάμεναι. Ἀκούω δὲ ἔγωγέ τινας καὶ τῇ σκηνῇ ξυντραφέντας, καὶ ἐξαπίνης τοῖς ἀγωνισταῖς ξυνταχθέντας, καὶ ἀξιονίκους γεγενημένους, καὶ τῶν στεφάνων τετυχηκότας, καὶ μετὰ τὴν ἀνάρρησιν σφόδρα δεδιττομένους τοὺς δαίμονας, οἷς ἦσαν ὑποχείριοι πάλαι. Πολλοὶ δὲ καὶ ἱερεῖς καὶ νεωκόροι τὰ κατὰ τῆς ἀσεβείας ἀνέστησαν τρόπαια. Ἐκ τοιούτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ξυνέστησαν οἱ τῶν μαρτύρων χοροί. Καὶ φιλόσοφοι

14. γὰρ] δὲ Vb. 16. [ἢ] om. B.Va. 18. γενόμενοι] γενώμενοι B. 24. αἱ δὲ ἔτι γάμους] αἱ δὲ τί γάμ° B. αἱ δέ τοι γάμους Can. 25. ξυντραφέντας] ξυγγραφέντας B.

coluerunt Deum, verum esse Deum declarat. Age enim, quæso, animo reputemus quinam fuerint, quove orti loco, quos tanto munere, tantoque honore Deus dignatus est. Num forte illustres quidam clarique homines qui se generis nobilitate jactarint, an qui divitiarum copia circumfluxerint, potentatuve aliquo celebres facti sint? Minime quidem gentium. Nihil enim horum illi habuerunt; sed privati homines gregariique fuerunt. Nonnulli vero ipsorum tenuem servitutem famuli ancillæque servierunt; quæ tamen infirmis admodum corporibus generose certarunt: aliæ summa cum castitate matrimonii jugum trahentes, aliæ vero nuptias nondum expertæ. Audio ego vero nonnullos e scenico genere hominum, repente immutatos, in athletarum nostrorum ordinem transiisse; factosque tormentorum victores, ac jam coronam martyrii consequutos, post celebratam victoriam magno eos dæmonas concussisse terrore, quibus olim subditi ipsi fuerant. Ex quo factum est ut ex iis multi sacerdotes ædituique templorum egregia sibi contra impietatem tropæa sustulerint. Ex iis itaque viris ac mulieribus constituti sunt martyrum chori. Ac philosophi quidem præclarique oratores ob-

μὲν καὶ ῥήτορες παραδέδονται λήθῃ, καὶ βασιλέων καὶ στρατηγῶν οὐδὲ τὰς προσηγορίας γινώσκουσιν οἱ πολλοὶ, τὰς δὲ τῶν μαρτύρων προσηγορίας μᾶλλον ἴσασιν ἅπαντες ἢ τὰ τῶν φιλτάτων ὀνόματα· καὶ τοῖς παισὶ δὲ τὰς τούτων προσηγορίας ἐπιτιθέναι σπουδάζουσιν, ἀσφάλειαν αὐτοῖς ἐντεῦθεν καὶ φυλακὴν μηχανώμενοι. 68 Καὶ τί λέγω φιλοσόφους καὶ βασιλέας καὶ στρατηγούς; καὶ γὰρ αὐτῶν τῶν καλουμένων θεῶν τὴν μνήμην ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐξήλειψαν διανοίας. Τὰ μὲν γὰρ ἐκείνων οὕτω παντελῶς διελύθη τεμένη, ὡς μηδὲ τῶν σχημάτων διαμεῖναι τὸ εἶδος, μηδὲ τῶν βωμῶν τὸν τύπον τοὺς νῦν ἀνθρώπους ἐπίστασθαι, αἱ δὲ τούτων ὕλαι 69 καθωσιώθησαν τοῖς τῶν μαρτύρων σηκοῖς. Τοὺς γὰρ οἰκείους νεκροὺς ὁ δεσπότης ἀντεισῆξε τοῖς ὑμετέροις θεοῖς, καὶ τοὺς μὲν φρούδους ἀπέφηνε, τούτοις δὲ τὸ ἐκείνων ἀπένειμε γέρας. Ἀντὶ γὰρ δὴ τῶν Πανδίων καὶ Διασίων καὶ Διονυσίων καὶ τῶν ἄλλων ὑμῶν ἑορτῶν, Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ Σεργίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Λεοντίου [καὶ Παντελεήμονος] καὶ Ἀν-

33. παραδέδονται] παραδέδωνται C. 38. καὶ φυλακὴν ἐντεῦθεν] ἐντεῦθεν καὶ φυλακὴν B. 43. διελύθη] κατελύθη Vb. 47. ὑμετέρους] ἡμετέρους C. ἀντέταξε Vb. pro ἀντεισῆξε. 48. τὰ—γέρα] τὸ—γέρας B. 49. Πανδίων] παιδίων C. qui om. καὶ Διασίων. Supra δὴ om. Va. 52 [καὶ Παντελεήμονος] om. B.

livioni jam dati sunt; imperatorum vero ac magnorum ducum ne nomina quidem multi hodie norunt; cum tamen martyrum nomina, magis quam familiarium, cuncti mortales sciant. Quin etiam nascentibus filiis ea imponi curant; ita custodiam illis tutelamque certissimam comparantes. Sed quid ego philosophos, imperatores ducesque commemoro; cum eorum quoque qui passim dii ferebantur memoriam, e mente hominum martyres aboleverint? Eorum namque templa, una cum suis lucis sic destructa jam sunt, ut ne ulla quidem vestigia superent, nedum qua forma illorum aræ constiterint scire homines possint. Earum vero rerum materia templis arisque martyrum excitatis expiata est. Suos enim mortuos Dominus Deus noster in templa pro diis vestris induxit. Ac illos quidem cassos gloria vanosque reddidit, suis autem martyribus honorem illorum dedit. Pro Pandiis enim Diasiisque ac Dionysiis,

τωνίνου καὶ Μαυρικίου καὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων ἐπι- 123
τελοῦνται δημοθοινίαι· καὶ ἀντὶ τῆς πάλαι πομπείας
καὶ αἰσχρουργίας καὶ αἰσχρορρημοσύνης σώφρονες ἑορ-
τάζονται πανηγύρεις, οὐ μέθην ἔχουσαι καὶ κῶμον καὶ
γέλωτα, ἀλλ' ὕμνους θείους καὶ ἱερῶν λογίων ἀκρόα- 5
σιν, καὶ προσευχὴν ἀξιεπαίνοις κοσμουμένην δακρύοις.
70 Ὁρῶντες τοίνυν τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς τὸ ὠφέλιμον,
φεύγετε, ὦ φίλοι, τῶν δαιμόνων τὸν πλάνον· καὶ τού-
τοις φωστῆρσι καὶ ποδηγοῖς κεχρημένοι τὴν πρὸς [τὸν] 10
Θεὸν ἄγουσαν πορείαν ὁδεύσατε, ἵνα τῆς τούτων χορείας
ἐν τοῖς ἀνωλέθροις αἰῶσι μετάσχητε.

## ΠΕΡΙ ΝΟΜΩΝ. θ'.

ΥΜΕΙΣ μὲν, ὦ ἄνδρες, κεκαλλιεπημένων ποθεῖτε 15
λόγων ἀκούειν, καὶ τούτοις κατακηλεῖσθαι ζητεῖτε· οὗ
δ' ἂν τούτους μὴ εὕροιτε, γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε, καὶ τὰς
ἀκοὰς βύετε, καὶ τῶν λεγομένων ἐπαΐειν οὐ βούλεσθε.

123, 2. πάλαι] ἄλλης C. 10. [τὸν] om. B.

(hoc est, Jovis, Liberique Patris solennitatibus,) Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauricio aliisque sanctis martyribus solennitates populari epulo peraguntur. Proque illa veteri pompa, pro turpi obscænitate ac impudentia, fiunt modestæ, castæ ac temperantiæ plenæ festivitates; non illæ quidem mero delibutæ, non comissationibus leves, non cachinnis solutæ; sed divinis canticis personantes, sacrisque sermonibus audiendis intentæ: in quibus ad Deum preces non sine sanctis lacrymis ac suspiriis summittuntur. Cum itaque talem tantamque utilitatem ex martyribus honore collato provenire homines videatis, fugite, quæso, errorem dæmonum, prævioque ductu martyrum facibusque utentes, viam capessite quæ ad Deum perducit; ut immortali ævo illorum choris et præsentia perfruamini.

### IX. SERMO. DE LEGIBUS.

VOS quidem, viri Græci, elegantes, comptosque sermones audire percupitis, quærentes his quam maxime permulceri: ubi vero tales non inveniatis, risu effuso eos contemnitis ac maledictis

2 Ἔδει δὲ συνιδεῖν, ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἄγαν τιμιωτάτων ἐν ἐλύτροις εὐτελέσι καλύπτεται. Καὶ γὰρ τὸν πολυτελῆ μαργαρίτην, καὶ τοῖς πλουτοῦσι τριπόθητον, εὐκαταφρόνητον ὄστρεον καὶ τίκτει καὶ τρέφει, καὶ μέντοι καὶ κατακρύπτει· οἱ δὲ τοῦτον ὠνούμενοι χρυσίον διδόντες ὅτι μάλιστα πλεῖστον, χαίρειν ἐῶσι τὸ ὄστρεον. 3 Καὶ τοῖς διαυγέσι δὲ λιθιδίοις ἐκείνοις, ἃ τὴν βασιλικὴν διακοσμεῖ κεφαλήν, ἑτέρα λίθου φύσις ἔξωθεν περίκειται παντάπασιν ἄχρηστος· οἱ δὲ τοῦ τοιοῦδε κόσμου δημιουργοί, τούτου τὸ περιττόν τε καὶ ἄχρηστον περικόπτοντές τε καὶ ἀποξύοντες, τῶν διαφανῶν λίθων ἐκεί- 4 νων γυμνοῦσι τὸ κάλλος. Καὶ τὸν χρυσὸν δὲ τὸν τοῖς πολλοῖς ἀξιέραστον, καὶ μέντοι καὶ τὸν ἄργυρον καὶ τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον, ψάμμος καὶ γῆ συγκαλύπτουσιν· ἀλλ' οἱ τὰς χρυσίτιδας καὶ ἀργυρίτιδας διερευνώμενοι φλέβας διορύσσουσι μὲν τὰ μέταλλα, συλλέγουσι δὲ τὰ ψήγματα. Καὶ ἐπίσημον δὲ γενόμενον τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν βασιλικὸν δεξάμενον χα-

19. ἐλύτροις] ἐνελύτροις B. 20. καλύπτεται] κεκάλυπται B. 24. πλεῖστον] πλεῖον C. 29. λίθων ἐκείνων] ἐκείνων λίθων C. 34. διορύσσουσι] διορύττουσι B.

incessitis: quinetiam obstructis auribus, quæ dicuntur audire non vultis. Contra vero animadvertere vos oportuit, ita usu evenire, ut ea quæ sunt quam maxime pretiosa, cuncta fere vili materia integantur. Videre siquidem est pretiosum unionem, quales ampli ac magnifici viri apud se esse desiderant, aspernabili admodum testæ innasci, eademque nutriri, augescere, occultari. Qui vero eum sibi coëmunt, auri plurimum persolventes, missam faciunt testam. Præterea vero pellucentes gemmas, ornandisque regiis capitibus destinatas, aliud genus lapidis extrinsecus circumvestit; despicabilis ille quidem atque inutilis. Qui ergo eas gemmas expoliunt, ad ornatumque concinnant, superfluam illam testam nihilique pendendam circumamputantes abradentesque nitorem lucentium lapillorum detegunt et expediunt. Aurum quoque, quod passim a multitudine peramatur, ipsumque præterea argentum, æs, ferrum, terra atque harena obtegitur. Verum qui auri venas argentive rimantur, metalla quidem perfodiunt, ramenta vero sibi et minutias colligunt. Postquam vero impressis notis aurum jam signa-

ρακτῆρα, οὐ χρυσὸς ἔξωθεν, ἀλλ' ἢ σκύτιναι ἢ ξύλιναι
5 φυλάττουσι θῆκαι. Εἰκότως οὖν ἄρα καὶ τὴν ἀληθῆ
περὶ τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δόξαν, οὐ λαμπροί 40
τινες καὶ ὄγκον ἔχοντες, ἀλλ' ἁπλοῖ καὶ πεζοὶ καὶ πᾶσι
γνώριμοι κηρύττουσι λόγοι· καὶ τὸν μέγαν καὶ ἄρρητον
6 θησαυρὸν εὐτελεῖς ἄγαν φέρουσι θῆκαι. Ὅσην δέ γε
οὗτοι ῥώμην καὶ δύναμιν ἔχουσι, ῥᾷστα ἄν τις ξυνίδοι,
τοὺς Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων νομοθέτας παραγαγών, 45
καὶ τούτοις τοὺς ἡμετέρους ἁλιέας καὶ τελώνας παρεξε-
τάσας. Εὑρήσει γὰρ τοὺς μὲν οὐδὲ τοὺς ὁμόρους πεί-
σαντας κατὰ τοὺς σφῶν πολιτεύεσθαι νόμους, τοὺς δὲ
Γαλιλαίους οὐ μόνον Ῥωμαίους πεπεικότας καὶ Ἕλλη-
νας, ἀλλὰ καὶ ἅπαντα τῶν βαρβάρων τὰ φῦλα, τὴν 50
7 εὐαγγελικὴν νομοθεσίαν ἀσπάσασθαι. Καὶ Μίνως μέν,—
ὃς αὐχεῖ κατὰ τὸν μῦθον πατέρα τὸν Δία, καὶ παρὰ τὸ 124
ἐκείνου γε ἄντρον, ὡς μυθολογοῦσι, φοιτήσας, τὰς τῶν
νόμων ἔλαβεν ἀφορμὰς,—Κρητῶν μὲν νομοθέτης ἐγένετο,
οὐκ ἔπεισε δὲ οὔτε Σικελιώτας οὔτε Καρχηδονίους οὔτε

48. τοὺς δὲ] τοὺς δέ γε Va. 50. ἅπαντα] πάντα B.
124, 1. παρὰ τὸ] τὸ παρ' B. 4. Καρχηδονίους] Καλχηδονίους Va.

tum est, incussumque imperatoris characterem accepit, non illud aurei loculi, sed thecæ vel ex corio vel ex marmore confectæ inditum servant. Jure igitur factum est ut verissimas de divinis humanisque rebus traditiones, non illustres eloquentia tumidique sermones, sed simplices humilesque ac omnibus mortalibus noti, prædicent, magnumque adeo ineffabilemque thesaurum viles admodum thecæ despicabilesque circumferant. Quantum autem roboris, quantumque virtutis insitum habeant, facile is inspiciet qui Græcorum legislatores ac Romanorum in medium proferat, iisque nostros piscatores ac publicanos in comparationem adducat. Inveniet enim illos ne finitimis quidem persuasisse, ut ad suas leges vitam instituerent: contra autem, Galilæos non solum Romanos Græcosque, verum etiam cunctas barbaras nationes ad amorem legis evangelicæ traduxisse. Ac Minos quidem, qui, ut est in fabulis, Iove genitum sese jactat, ejusque antrum sæpius frequentando (sic enim fabulantur) hoc prætextu acceptas a patre leges mentitus est, ipsis Cretensibus leges tulit: tamen nec Siculos, nec Carthaginenses, nec Græcos induxit, ut a se latis legibus rempublicam gu-

μὴν τοὺς Ἕλληνας κατὰ τοὺς αὐτοῦ πολιτεύεσθαι νόμους, ἀλλὰ μόνην τὴν νῆσον ἐκείνην, ἧς ἐβασίλευε, στέρξαι τοὺς νόμους ἠνάγκασε, καὶ οὐδὲ τούτους τὸν ἀεὶ χρόνον· ἐπειδὴ γὰρ Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης ἐκράτησαν, κατὰ τοὺς τούτων καὶ οὗτοι πολιτεύονται νόμους. 8 Πάλιν, τὸν Χαρώνδαν πρῶτον Ἰταλίας καὶ Σικελίας νομοθέτην γενέσθαι φασιν· ἀλλὰ οὐδὲ οὗτος Τυρρηνοὺς ἔπεισεν ἢ Κελτοὺς ἢ Ἴβηρας ἢ Κελτίβηρας, καὶ ταῦτα ὁμόρους γε ὄντας καὶ ἀγχιτέρμονας, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τεθέντας καταδέξασθαι νόμους. Καὶ τί λέγω τοὺς ὁμόρους; Οὐδὲ γὰρ οἱ τηνικάδε τούτους θαυμάσαντες καὶ στέρξαντες κατὰ τούτους νῦν πολιτεύονται· τὸν γάρ τοι τῶν Ῥωμαϊκῶν νόμων ὑπῆλθον καὶ οὗτοι ζυγόν. 9 Ζάλευκος δὲ Λοκροῖς τέθεικε νόμους, παρά γε τῆς Ἀθηνᾶς τὴν τούτων ἐπιστήμην δεξάμενος, ἣν φασιν οἱ τοὺς μύθους διαπλάττειν φιλοῦντες· ἀλλ' οὔτε Ἀκαρνᾶνες, οὔτε Φωκεῖς, οὔτε μὴν οἱ ἄλλοι Λοκροὶ τῆς τούτου νομοθεσίας ἠνέσχοντο· καὶ ταῦτα οὐ μακρὰν οἰκοῦντες, ἀλλ' ἀστυγείτονες ὄντες. 10 Τὸν δὲ Λυκοῦργον

7. τούτους] τούτοις C. qui infra καὶ κατὰ τούς. 10. γενέσθαι] γεγενῆσθαι B. 12. ὁμόρους γε] γε ὁμόρους B. ταῦτα ὁμ. γε ὄντας C. 15. τούτους] τοὺς C. ib. πολιτεύονται] βιοτεύουσι B. 16. τὸν γὰρ] τὸ γὰρ B. qui mox Ῥωμαϊκόν. 21. τούτου] τούτων Va.

bernarent: solam vero Cretam, cujus ipse rex erat, ad eas leges accipiendas coëgit. Neque tamen hoc ad perenne tempus impetravit. Ex quo enim Romani rerum potiti sunt, Cretes quoque Romanis legibus sese regunt. Fertur præterea Charondas quidam primus Italis Siculisque civitatibus leges tulisse. Verum is, nec Tyrrhenis, nec Celtis, nec Iberis, nec Celtiberis, quamquam contermini confinesque essent, persuadere potuit latas a se leges accipere. Quid ego autem confines dico, cum ne illi quidem qui tunc eas leges coluerunt admiratique sunt, eis nunc legibus vivant? Romanorum enim jugum hi quoque jam subierunt. Zaleucus vero Locrensibus leges tulit, docente Minerva juris scientiam consequutus, ut illi aiunt qui comminisci fabulas consuerunt. Sed neque Acarnanes, neque Phocenses, neque Locrenses alii, sese iis legibus subdiderunt; tametsi haud procul remotam regionem incolerent, sed

λέγουσιν οἱ σεμνολογεῖν τοὺς τοῦδε νόμους ἐσπουδακότες εἰς Δελφοὺς μὲν ἀφικέσθαι παρὰ τὸν Πύθιον, ἐμπνευσθῆναι δὲ παρ' ἐκείνου, καὶ θεῖναι Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους. Λέγουσι δὲ καὶ τὸν χρησμὸν, ὃν τοῦδε πέρι ὁ Πύθιος ἔχρησεν. Ἔστι δὲ οὗτος·

Ἥκεις, ὦ Λυκόεργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω ἦ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον·
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.
Ἥκεις εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
δώσω.

11 Τοιοῦτος μὲν δὴ οὗτος καὶ ὁ περὶ τούτου χρησμός. Ἀλλ' οὔτε τὸ πολὺ τοῦ νομοθέτου κλέος, οὔτε τῆς Σπάρτης ἡ περιφάνεια, οὔτε ὁ τοῦ Πυθίου χρησμὸς, ἠνάγκασεν Ἀργείους ἢ Τεγεάτας ἢ Μαντινέας ἢ Κορινθίους, μάλα πλησίον οἰκοῦντας, τὴν Λακεδαιμονίων καταδέξασθαι πολιτείαν. Καὶ τί λέγω τοὺς ἄλλους; Φλιάσιοι γὰρ πόλισμα μὲν οἰκοῦσι σμικρὸν, ἀεὶ δὲ τὴν Λακεδαιμονίων ἡγεμονίαν ἠγάπησαν, καὶ τούτων

23. ἐσπουδακότες] σπουδάζοντες B. 27. περὶ om. C. 30. δίζεο—ἠὲ καὶ ἄνδρα] δήζω—ἢ ἄνον B. 31. καὶ om. C. 32. διζήμενος] διζόμενος B.Va. 33. μὲν δὴ οὗτος] ὁ μὲν δὴ ὁ Vb. 36. Μαντινέας] Μαντινεῖς B. 39. πτόλισμα] πόλισμα B. 40. σμικρὸν] μικρὸν B. ib. ἡγεμονίαν] πολιτείαν B.

propinqui admodum essent. Lycurgum porro aiunt, qui auctoritatem conciliare suis legibus student, sese Delphos ad Apollinem Pythium contulisse; cujus spiritu afflatus leges Lacedæmoniis tulerit. Oraculum præterea hujusmodi adducunt, quod de Lycurgo protulisse Apollo Pythius dicitur: *Qui mea nuper adis hæc pinguia templa Lycurge, Care Iovi et superas cunctis habitantibus arces, Sis uter inquiro, deus an mortalis habendus; Sed magis esse deum credo, qui limina nostra Advenias, legum cupidus, justique tuendi. Protinus ipse tibi leges dabo.* Tale itaque de Lycurgo oraculum protulit Pythius. Nec tamen illustris hujus latoris gloria, nec Spartanus splendor, nec Pythii responsum, coëgit vel Argivos vel Tegeatas, vel Mantineos vel Corinthios, valde illis propinquos, ad Lacedæmonum leges suam quemque rempublicam moderari. Atque ut de aliis taceam, Phliasii quidem oppidum perexiguum habitant, semperque fuere Lacedæmonum amicissimi, cum quibus in eandem

ἦσαν ὑπόσπονδοι, ἀλλ' ἤγοντο μὲν ὑπ' ἐκείνων καὶ ξυνεπολέμουν ἀεὶ, τοῖς δὲ ἐκείνων οὐκ ἐχρήσαντο νόμοις.
12 Καὶ ἵνα τοὺς ἄλλους νομοθέτας παρῶ, Ἄπιν τὸν Ἀργείων, καὶ Μνησίωνα τὸν Φωκέων, καὶ τὸν Κυρηναίων Δημώνακτα, καὶ Παγώνδην τὸν Ἀχαιῶν, καὶ τὸν Κνιδίων Ἀρχίαν, καὶ Εὔδοξον τὸν Μιλησίων, καὶ Φιλόλαον τὸν Θηβαίων, καὶ Πιττακὸν τὸν Μυτιληναίων, καὶ Νέστορα τὸν Πυλίων, οὗ τοὺς λόγους μέλιτος γλυκυτέρους ἐκάλεσεν Ὅμηρος· ἵνα δὲ τούτους, καὶ τοὺς τῶν ἄλλων ἐθνῶν νομοθέτας παρῶ, Σόλων ὁ πολυθρύλητος, καὶ Δράκων, καὶ Κλεισθένης, νομοθέται Ἀθηναίων ἐγένοντο. Ἀλλ' οὔτε Μεγαρέας, οὔτε Εὐβοέας, οὔτε Θηβαίους, ὁμόρους γε ὄντας καὶ ἄγαν πλησιοχώρους, τοῖς τοῦ Σόλωνος ἢ τοῦ Δράκοντος ἢ τοῦ Κλει-
13 σθένους ὑπακοῦσαι νόμοις ἔπεισαν Ἀθηναῖοι. Καὶ αὐτοὶ 125
δὲ Ἀθηναῖοι τούτοις ἐρρῶσθαι φράσαντες, καὶ μέντοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ Λοκροὶ, καὶ Θηβαῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Ἕλληνες, κατὰ τοὺς Ῥωμαίων πολιτεύονται νόμους.

44. Μνήσωνα] Μνησίωνα B. Μνασίωνα Vb. Vid. Lambecii Comm. de Bibl. Vindob. T. III. p. 182 A. ed. Kollar. Nessel. T. I. p. 250. 45. Παγώνδαν] Χαρώνδην Vb. Alius ms. Ursini Δημόκραντα καὶ Χαρώνδην τῶν Ἀνῶχαι. 46. τῶν Κνιδίων] τὸν Κνηδίων B. et mox τὸν Μιλησ.—τὸν Θηβ.—τὸν Μυτιλ.—τὸν Πυλ. Ubique reposui τὸν pro τῶν. τὸν τῶν Μιλ. C. 49. δὲ τούτους] τούτους δέ B.

125, 3. ἄλλοι] οἱ ἄλλοι Va. οἱ ἄλλοι δὲ B.Vb.

societatem fœdusque coierant; unde et sub Lacedæmoniis ducibus merebant, semperque in bellis gerendis sociam operam conferebant; Laconum tamen legibus non utebantur. Utque alios legumlatores prætermittam, videlicet Apin Argivorum, Mnesona Phocensium, Demonacta Cyrensium, Pagondam Achæorum, Cnidiorum Archian, Eudoxum Milesiorum, Philolaum Thebanorum, Pittacum Mytilenensium, Nestorem Pyliorum; cujus melle dulciores Homerus esse sermones dixit: ut hos inquam ceterosque legumlatores silentio transeam, celebratissimus ille Solon, Draco præterea et Clisthenes, Atheniensibus quidem leges tulerunt, neque tamen Atticis uti legibus, vel Megarenses, vel Euboicos, vel Thebanos, conterminos ac propinquos suos, persuadere Athenienses viri potuerunt. Quin ipsi quoque Athenienses iisdem legibus omissis, Lacedæmonii præterea et Locrenses, cum Thebanis

Καὶ Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ξυναθροίσαντες νόμους, καὶ τοὺς ἄριστα κεῖσθαι δόξαντας παρ' ἑκάστου νομοθέτου λαβόντες, ὅσαπερ ἔθνη τὸν τούτων ὑπεισῆλθε ζυγὸν δουλεύειν τοῖσδε τοῖς νόμοις ἠνάγκασαν, τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν οὐ βουληθέντας ἰθύνεσθαι οὔτ' ἔπεισαν οὔτ' ἠνάγκασαν τὴν σφῶν πολιτείαν ἀσπάσασθαι. Πολλοὶ δὲ καὶ τὸν τῆς δουλείας δεξάμενοι χαλινὸν βιοτεύειν κατὰ τοὺς τούτων οὐκ ἀνέχονται νόμους. Οὔτε γὰρ Αἰθίοπες οἱ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὁμοτέρμονες, οὔτε τὰ πάμπολλα φῦλα τοῦ Ἰσμαὴλ, οὐ Λάζοι, οὐ Σάννοι, οὐκ Ἀβασγοὶ, οὐχ οἱ ἄλλοι βάρβαροι, ὅσοι τὴν Ῥωμαίων ἀσπάζονται δεσποτείαν, κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους τὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦνται ξυμβόλαια. Οἱ δὲ ἡμέτεροι ἁλιεῖς, καὶ οἱ τελῶναι, καὶ ὁ σκυτοτόμος, ἅπασιν ἀνθρώποις τοὺς εὐαγγελικοὺς προσενηνόχασι νόμους. Καὶ οὐ μόνον Ῥωμαίους καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις τελοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὰ Σκυθικὰ καὶ τὰ Σαυρομματικὰ ἔθνη, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Αἰθίοπας, καὶ Πέρσας, καὶ Σῆρας, καὶ Ὑρκανίους, καὶ Βακτριανοὺς, καὶ Βρεττανοὺς, καὶ Κιμμερίους, καὶ Γερμανοὺς,

7. παρεισῆλθε] ὑπεισῆλθε B. 14. Σάννοι] σαύνοι C. 23. Ὑρκανοὺς] Ὑρκανίους B.Va. b. καὶ Βακτριανοὺς om. Va. 24. Κίμβρους] Κιμμερίους B.Va. Κίμβρους ἴσως Vb.

Græcisque aliis, Romanorum legibus vivunt. Romani quoque barbarorum legibus Græcorumque congregatis, habito optimarum delectu, subditas sibi nationes eis servire legibus coëgerunt. Illos tamen qui Romano subesse imperio noluerunt, nec vi nec suasionibus adegerunt ut Romanis legibus viverent: immo permulti, qui frenum Romani imperii acceperunt, vivere noluerunt illorum legibus. Neque enim Æthiopes qui sunt Ægyptiis Thebis conter-

mini, neque multæ item Ismaeliticæ nationes, non Lazi, non Sanni, non Avasgi, non quamplurimi alii barbari, Romanorum dominatu accepto, ullis Romanis legibus in conventionibus suis utuntur. At nostri illi piscatores ac publicani, sutorque ille noster, cunctis nationibus legem evangelicam detulerunt. Neque solum Romanos, quique sub Romano vivunt imperio, sed Scythas quoque ac Sauromatas, Indos præterea, Æthiopas, Persas, Seras, Hyrcanos,

καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων, δέξασθαι τοῦ σταυρωθέντος τοὺς νόμους ἀνέπεισαν, οὐχ ὅπλοις χρησάμενοι καὶ πολλαῖς μυριάσι λογάδων, οὐδὲ τῇ τῆς Περσικῆς ὠμότητος χρώμενοι βίᾳ, ἀλλὰ πεί-
16 θοντες καὶ δεικνύντες ὀνησιφόρους τοὺς νόμους. Καὶ οὐδὲ δίχα κινδύνων τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ πολλὰς μὲν κατὰ πόλιν ὑπομένοντες παροινίας, πολλὰς δὲ καὶ παρὰ τῶν τυχόντων δεχόμενοι μάστιγας, καὶ στρεβλούμενοι, καὶ καθειργνύμενοι, καὶ πᾶσαν ἰδέαν κολαστηρίων δεχόμενοι. Εὐεργέτας γάρ τοι ὄντας, καὶ σωτῆρας, καὶ ἰατροὺς, ὡς ἐπιβούλους καὶ πολεμίους οἱ μὲν ἐξήλαυνον, οἱ δὲ καὶ κατέλευον, οἱ δὲ πέδαις καὶ ποδοκάκκαις ἐδέσμουν· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπετυμπάνισαν, τοὺς δὲ ἀνεσκολόπισαν, τοὺς δὲ θηρίοις παρέδοσαν· ἀλλὰ τοὺς μὲν νομοθέτας κατηκόντισαν, τὸ δὲ τῶν νόμων οὐ κατέλυσαν κράτος· πολλῷ γὰρ ἰσχυρότεροι
17 μετὰ τὴν ἐκείνων ἀπεφάνθησαν τελευτήν. Πρὸς γάρ τοι Πέρσας καὶ Σκύθας καὶ τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη μετὰ τὴν ἐκείνων οἱ νόμοι διέβησαν τελευτήν· καὶ πάν-

33. καθειργόμενοι] καθειργνύμενοι B. 34. γάρ τοι] γέ τοι Vb. 36. δὲ καὶ] καὶ om. B. 37. ποδοκάκαις] ποδοκάκκαις C.

Britannos, Cimmerios et Germanos, utque semel dicatur, omne hominum genus, nationesque omnes induxerunt crucifixi leges accipere; non armis usi, non infinita vi militum delectorum, non immanitatis Persicæ violentia; sed verborum suasu, ostensa legum quas prædicabant utilitate. Quod sane ipsum nec sine magno quidem suo periculo faciebant; sed in singulis civitatibus frequentes passi injurias, flagraque passim a quovis hominum genere subeuntes, dum torquentur, colligantur, omnem denique crudelitatis speciem patiuntur. Benefactores itaque homines salutaresque medicos, tamquam insidiosos et inimicos, alii quidem procul arcere, alii lapidibus petere, alii manicis ac pedicis colligare, atque eorum alios tympanis extendere, alios palis infigere, alios bestiarum dentibus objectare. Itaque latores quidem legis, ipsosque præcones, perdere illi et confodere potuerunt; legum tamen vim dissolvere atque abolere non potuerunt. Multo enim illæ valentiores vel post necem latorum apparuerunt. Illis namque jam vita perfunctis, ad Scythas, ad Persas, barbarasque alias nationes, ipsæ leges facile pene-

*των πολεμούντων, οὐ μόνον βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν γε Ῥωμαίων, διέμειναν τὸ ἴσον ἔχοντες κράτος· καὶ πάντα κάλων [οἱ] Ῥωμαῖοι κινήσαντες ὥστε τῶν ἁλιέων καὶ τοῦ σκυτοτόμου καταλῦσαι τὴν μνήμην, λαμπροτέραν αὐτὴν καὶ περιφανεστέραν ἀπέφηναν· καὶ τοὺς μὲν Λυκούργου καὶ Σόλωνος καὶ Ζαλεύκου καὶ Χαρώνδου καὶ Μίνωος καὶ τῶν ἄλλων νομοθετῶν ἀργεῖν προσέταξαν νόμους, καὶ ἀντεῖπε τῶν ὑπ' ἐκείνοις πολιτευσαμένων οὐδὲ εἷς, ἀλλ' ὁ λόγος ἐγένετο νόμος· καὶ ἀπέσβη μὲν τῶν πολυθρυλήτων νομοθετῶν ἡ μνήμη, οἱ δὲ Ῥωμαίων νόμοι τὰς τῶν Ἑλλήνων ἰθύνουσι πόλεις.* 126

18 *Καὶ ἀργεῖ μὲν παρ' Ἀθηναίοις ὁ Ἄρειος πάγος, καὶ ἡ Ἡλιαία, καὶ τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ δικαστήριον, καὶ ἡ τῶν πεντακοσίων βουλὴ, καὶ οἱ ἕνδεκα, καὶ οἱ θεσμοθέται, καὶ ὁ πολέμαρχος, καὶ ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἄρχων, ὧν τὰ ὀνόματα ἄλλως ἐστὶν ὀλίγοις κομιδῇ γνώριμα τοῖς ἀναγινώσκειν ἐθέλουσι τὰ τοῖς πάλαι ξυγγεγραμμένα·*

46. [οἱ] om. B. *κάλον* C. 51. *προσέταξαν*] *προσέταξεν* C. 52. *πολιτευομένων οὐδεὶς*] *πολιτευσαμένων οὐδὲ εἷς* B. 53. *νόμος· καὶ ἀπεσβέσθη*] *νόμος ἔργον καὶ ἀπέσβη* B. 55. *Ῥωμαίων*] *Ῥωμαῖοι* Va.

126, 1. *ὁ Ἄρειος*] *ὁ* om. C. 2. *τὸ ἐπὶ*] *τῷ ἐπὶ* C. qui v. seq. om. *καὶ οἱ*. 5. *ὧν τὰ* om. B. 6. *παλαιοῖς*] *πάλαι* B. Supra *ἀναγινώσκουσι* Va. sine *ἐθέλουσι*.

trarunt: omnibusque contra reluctantibus, non solum barbaris, sed Romanis rerum dominis, illæ tamen in eodem semper robore permanserunt; omnemque funem (quod dici solet) commoventibus Romanis ut piscatorum memoriam nostrique sutoris exstinguerent illustriorem illam clariorem-que reddiderunt. Ac Lycurgi quidem leges, Solonis, Zaleuci, Charondæ, Minois, aliorumque latorum cessare ac posthaberi jusserunt; nullusque eorum hominum qui legibus illis vivebant, reluctari est ausus. Eorum itaque qui olim celeberrimi legumlatores fuerant memoria prorsus exstincta est, Romanæ autem leges Græcorum civitates moderantur. Cessat enim apud Athenienses Areopagus et Heliæa, et judicium quod in Delphinio habebatur, quingentorumque senatus et undecim viri: cessant legum cerimoniarumque magistri; cessat belli præfectus, cessat annuus princeps: quorum alioquin nomina paucis dumtaxat cognita sunt, qui in veterum historiarum monumentis versantur.

παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ξενηλασίαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, οὐδὲ τὴν τῶν εἱλώτων δουλείαν, οὐδὲ τοὺς νεοδαμώδεις, οὐδὲ τὴν ἐκ τῶν Λυκούργου νόμων τῆς παιδεραστίας ἄδειαν, οὐδὲ τὰς ἐννόμους εἰς τοὺς γάμους παρανομίας. 19 Ὁ γάρ τοι Λυκοῦργος, τῶν νομοθετῶν ὁ ἄριστος ὡς δοκεῖ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, διηγόρευσεν ἐν τοῖς νόμοις, ὡς οἱ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν ξυγγεγραφότες φασιν, ἐξεῖναι καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἤδη δεξαμέναις τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, ταῖς μὲν ἐξ ἄλλων ἀνδρῶν, τοῖς δὲ ἐκ γυναικῶν ἑτέροις ἀνδράσι ξυνεζευγμένων παῖδας ποιεῖσθαι ἀδεῶς μιγνυμένοις· καὶ τούτους τεθαύμακε τοὺς νόμους ὁ Πλάτων, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν πόλιν κατὰ τούτους προσέταξε 20 πολιτεύεσθαι. Ἀλλὰ τὸν φιλόσοφον, ὡς φιλόσοφον, καὶ τῶν νομοθετῶν εἶναι σεμνυνόμενον ἄριστον, φυλάξωμεν ἔσχατον, νῦν δὲ τῶν Πυθίων νόμων (οὐδὲν γὰρ διαφέρει Πυθίους ἢ Λυκουργείους καλεῖν) διελέγξωμεν τὴν ἀσθένειαν. Ἅμα τε γὰρ προσέταξαν οἱ Ῥωμαῖοι 25

7. Λακεδαιμονίοις] Λακεδαιμονίων B. 8. εἱλώτων] εἰδώλων B. εἱλόντων Va. 9. τὴν ἐκ] τῶν ἐκ C. 10. τὰς] τοὺς B. 15. δεξαμένοις] δεξαμέναις B. Mox νόμου C. pro γάμου. 16. τοῖς] ταῖς B. et C. bis. 19. καὶ τὴν] καίτοι τὴν Vb. 22. φυλάξομεν] φυλάξωμεν B. qui mox διελέγξωμεν. 23. Λυκουργείους] λυκούργους C.

Sed neque apud Lacedæmonios est videre patrio ritu hospites e finibus pelli, non captivos ac spurios servitutem servire, non eos asseri in libertatem quos ipsi neodamodes vocabant; non denique ex Lycurgi legibus licenter pueros adamari, neque cuiquam fas esse mutuo abusu nuptias violare. Lycurgus enim ille qui Græcorum sapientium judicio censetur optimus legum lator, suis in legibus scriptum reliquit, ut aiunt qui de republica Lacedæmoniorum scripserunt, licere eis qui nuptiale jugum subierunt, viris quidem, ex alienis uxoribus; fœminis autem, ex alienis maritis sibi filios comparare; ita sese impune licenterque commiscentibus. Has vero Lycurgi leges et Plato admiratus est, quamque ipse civitatem instituendam suscepit, his gubernari legibus jubet. Sed nos philosophum Platonem, quem et philosophorum et eorum qui tulerunt leges jactant optimum esse, ad extremum confutationis locum rejiciamus: nunc vero Pythiarum legum (nihil enim refert easdem

τούτους ἀργεῖν, καὶ τοὺς σφετέρους κρατεῖν, καὶ διελύθη τῶν Λυκούργου τὸ ἄμαχον κράτος· τῶν δὲ ἁλιέων τε καὶ τῶν τελωνῶν καὶ τοῦ σκηνορράφου τοὺς νόμους οὐ Γάϊος ἴσχυσεν, οὐ Κλαύδιος καταλῦσαι, οὐ Νέρων ὁ μετ' ἐκείνους, καὶ ταῦτα δύο τῶν νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους κατακοντίσας, καὶ γὰρ [τὸν] Πέτρον ἐκεῖνος καὶ [τὸν] Παῦλον ἀνεῖλεν· ἀλλ' οὐ ξυνανεῖλε τοῖς νομοθέταις τοὺς νόμους· οὐκ Οὐεσπασιανὸς, οὐ Τίτος, οὐ Δομετιανὸς, καὶ ταῦτα πολλοῖς κατ' αὐτῶν καὶ παντοδαποῖς χρησάμενος μηχανήμασι· πολλοὺς γὰρ δὴ τούτους ἀσπαζομένους τῷ θανάτῳ παρέπεμψε, παντοδαπαῖς κολαστηρίων ἰδέαις χρησάμενος. Καὶ Τραϊανὸς δὲ καὶ Ἀδριανὸς σφόδρα κατὰ τῶνδε τῶν νόμων παρεταξάτην· ἀλλὰ τὴν μὲν Περσῶν ὁ Τραϊανὸς δυναστείαν κατέλυσε, καὶ Ἀρμενίους τῷ Ῥωμαίων ὑπέταξε χαλινῷ, καὶ μέντοι καὶ τὰ Σκυθικὰ ἔθνη τοῖς σκήπτροις ὑποκύπτειν ἠνάγκασε· τὴν δὲ τῶν ἁλιέων καὶ τοῦ σκυ-

48 ἐλεύθερα, δι' ὧν εἰρήκαμεν μεμαθήκατε. Ὥρα δὲ λοιπὸν ὑμᾶς καὶ τὰ θεοπρεπῆ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων δόγματα θεωρῆσαι. Ἀρχὴν τοίνυν τῶν ἀγαθῶν οὗτοί γε εἶναί φασι τὸν ἐπαινούμενον φόβον· Ἀρχὴ γὰρ σοφίας, φόβος Κυρίου, κατά γε τὸν Σολομῶντα καὶ τὸν ἐκείνου πατέρα· τέλος δὲ, τὸν τοῖς θείοις νόμοις διακοσμούμενον βίον· Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου· Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ·
49 ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Τοῦτο δὲ κἀν τοῖς

160, 2. εὐαγγελίων] ἀνδρῶν Vb.

*qui pro Nicanda, ad quem deducendum missi fuerant, Antyllum in conspectu eorum statuissent. Erat autem Nicandas sutor coriarius; qui cum paulo mox interisset, statim se Antyllus dicebat in vitam ac prosperam valitudinem redisse.*

Qualia sint igitur philosophorum dogmata, utque ipsorum alii quidem ventre mensi sunt humanam felicitatem, alii vero perfectius quiddam de ea loquuti sunt; utque alii humanam vitam sepulcrorum tenus esse censuerunt; alii, quantum valuere dicendo, conati sunt ostendere horribilia quædam suppliciorum loca; neque tamen ea fabulis expedita nobis reliquerunt: ex iis quæ superius dixi, jam percepistis. Tempus vero jam est, ut quæ Deo congruentia sunt evangeliorum sacra dogmata contemplemini. Nostrates ergo initium bonorum a laudabili timore Dei auspicantur. *Initium* enim *sapientiæ, timor Domini*, ut et Salomon et David Salomonis pater testatur. Finem vero bonorum faciunt, divinis et legibus et præceptis excultam vitam. *Beati enim immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Hoc idem nos in evangeliis docuit

θείοις εὐαγγελίοις ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ ἐξεπαίδευσε. Μακαρίζει γὰρ οὐ τοὺς πλουτοῦντας καὶ τρυφῶντας καὶ κατὰ ῥοῦν φερομένους, ἀλλὰ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι καὶ τοὺς πραεῖς καὶ τοὺς ἐλεήμονας καὶ τοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην καὶ τοὺς ὑπὲρ ἀγαθοῦ τινος κακῶς πάσχειν ἀνεχομένους, καὶ τοῖς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατορθοῦσιν ὑπισχνεῖται τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Προὔργου δὲ οἶμαι καὶ αὐτοὺς ὑμῖν τοὺς ἐν εὐφημίας εἴδει γραφέντας ἀναγνῶναι νόμους· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ, ὦ ἄνδρες, τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν. Ἀλλ' ἀρκεῖ

15. διψῶντας] τοὺς διψῶντας D. qui infra νόμους ἀναγνῶναι. 25. χορτασθήσονται] Post h. v. inserit D. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες—ὄψονται.

totius mundi Servator. Beatos enim vocat, non divites, non deliciis deditos, non eos qui a torrente voluptatis ablati rapiuntur; sed pauperes spiritu, sed mites, sed misericordes, sed qui esuriunt sitiuntque justitiam, quique pro tuenda probitate adversi aliquid patiuntur. Pollicetur autem sese iis daturum cæleste regnum, qui in ejusmodi rebus gerendis naviter sese gesserint. Non ab re autem facturum me putem, si nunc eas vobis recenseam leges quæ nobis sub specie beatitudinis scriptæ sunt. Inquit enim: *Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites; quoniam ipsi hæreditabunt terram. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur. Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundi corde; quoniam ipsi Deum videbunt.* Alia item evangelica præcepta in eandem ferme tendunt sententiam. Sed hæc satis erunt ad osten-

καὶ ταῦτα δηλῶσαι τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπὸν, καὶ πρὸς ποῖον ἡμᾶς ἀφορᾶν ἐδίδαξε τέλος. Οὔτε γὰρ πλοῦτον καραδοκεῖν ἐκέλευσεν, οὔτε σώματος ὥραν καὶ ὑγίειαν, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας, καὶ τοὺς ὑπὲρ ταύτης κινδύνους, καὶ τὰ μέγιστα αὐτῆς ἆθλα καὶ ἄρρητα. Τίς γὰρ ἱκανὸς λόγος τεκμηριῶσαι βασιλείαν οὐρανῶν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἄπειρον, καὶ βίον ἀγήρων καὶ ἄλυπον, καὶ φροντίδων ἐλεύθερον; Περὶ τούτων ὁ θεσπέσιος Παῦλος βοᾷ· Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασιν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Εἰ δὲ ὁ τούτων ἐπόπτης οὐκ ἴσχυσεν εἰπεῖν ἅπερ ἰδεῖν ἠξιώθη, σχολῇ γ' ἂν ἄλλος τῶν ἀφράστων κατατολμήσοι. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς τέλος ὡρίσατο τῶν ἀγαθῶν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἀκούσατε αὐτοῦ Ῥωμαίοις γράφοντος· Ὅτε γὰρ ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ μὲν γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος· νυνὶ δὲ, ἐλευθερωθέντες [ἅμα] ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας,

35. τοὺς τῆς ἀρετῆς] τῆς ἀρετῆς τοὺς D. 39. ἀγήρων] ἀγήρω D. 41. καὶ ἐπὶ] οὐδὲ ἐπὶ D. 43. ἐπόπτης] αὐτόπτης D. 44. ἰδεῖν] δὴ ἰδεῖν D. 45. κατατολμήσοι] κατατολμήσαι D. 50. ἐκείνων τέλος D. et mox νῦν. 51. [ἅμα] om. C.D.

dendam legislatoris intentionem, quemque nos ille respectare finem edocuit. Neque enim nos jussit exspectare divitias, non pulchritudinem sanitatemque corporis, sed officiosos sudores multaque pro virtute discrimina. Tum et maxima virtutis præmia, nullique dictu facilia. Quæ enim possit oratio immortale illud infinitumque cæleste regnum satis ostendere? quæ vitam illam senectute, curis, doloribusque carentem? De his autem rebus Paulus exclamat; *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; quæ præparavit Deus diligentibus se.* Quod si ne is quidem qui spectator interfuit, ea narrare potuit quorum spectaculo dignus est factus, vix alius effari audebit quæ dicenda non sint. Audite vero quæ Paulus ad Romanos scribit; ut sciatis et hunc finem homini statuisse vitam æternam: *Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis ipsi justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum, mors est. Nunc*

δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος
54 ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Ἀρκεῖ μὲν, φησὶ, καὶ 161
αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ τῆς ἐλευθερίας δωρεὰ τὸν τῆς εὐσεβείας ὑμῖν ἐπιδεῖξαι καρπὸν, ἐκ φιλοτιμίας δὲ ὅμως ὁ φιλόδωρος καὶ μεγαλόδωρος Κύριος καὶ τὴν αἰώνιον ἡμῖν δωρεῖται ζωὴν, ἵνα ἁμαρτίας καὶ δικαιοσύνης τὸ 5
διάφορον καταμάθητε. Ἡ μὲν γὰρ τέλος ἔσχε τὸν
55 θάνατον, ἡ δὲ, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Εἶτα μετὰ πλεῖστα καὶ τὸ μέγιστον ἐπιδείκνυσι τῶν δωρεῶν· Ὅσοι γὰρ, φησὶ, πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ 10
Θεοῦ· οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ ὁ πατήρ· αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴ- 15
56 περ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Καὶ Γαλάταις δὲ ἐπιστέλλων τὰ παραπλήσια ἔφη· ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ

52. εἰς ἁγιασμὸν] εἰς om. D.
161, 2. εὐσεβείας] ἐλευθερίας Vb.D. ib. ὑμῖν] ἡμῖν D. 4. ζωὴν δωρεῖται ἡμῖν D. 14. τέκνα] υἱοὶ D.

*autem, liberati a peccato, servi facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem vero, vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.* Satis est enim, inquit, libertatis donum, ut ex seipso fructum vobis pietatis ostendat: tamen ex sua liberalitate munificus Dominus ac magnificus æternam vobis superingerit vitam; ut peccati ac justitiæ differentiam cognoscatis. Peccatum enim finem habuit mortem: justitia vero habet vitam æternam. Subinde autem et maximum donorum ostendit: *Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit cum spiritu nostro, quod sumus filii Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur.* Ad Galatas quoque scribens idem, sic inquit: *Itaque jam non es servus,*

[Ἰησοῦ] Χριστοῦ. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ τὴν αὐτὴν διάνοιαν γέγραφε· Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ [καὶ] συναπεθάνομεν, 57 καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. Καὶ ἄλλην δὲ γράψας αὐτῷ ἐπιστολὴν καὶ ταῦτα ἐντέθεικεν· Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι· καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· ὃν ἀποδώσει μοι [ὁ] κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ 58 πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Οὕτως καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως καὶ Κορινθίοις καὶ Θεσσαλονικεῦσι καὶ Φιλιππησίοις καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπέστειλε· Καὶ νῦν μέν, φησὶ, σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει· σπείρεται 59 σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Καὶ αὖθις· Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα· δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύ-

19. [Ἰησοῦ] om. D. 21. [καὶ] om. D. 23. γράψας αὐτῷ] αὐτῷ γράψας D. αὐτῷ om. Va. 24. ἐντέθεικεν] ἐν σύνθεικεν D. 25. ἐμῆς ἀναλύσεως] ἀναλύσεως μου D. Sirm. 32. Φιλιππίοις] Φιλιππησίοις D. 33. ἐπέστειλε] ἐπέστελλε Va. τοῖς pro πολλοῖς Vb. 37. καὶ αὖθις] αὖθις δὲ D.

*sed filius: si autem filius, et hæres Dei per Iesum Christum.* In eandem quoque sententiam et ad Timotheum scribit: *Fidelis sermo. Si enim commortui sumus, et convivemus: si sustinemus, et conregnabimus.* In alio item loco ad eundem Timotheum sic scriptum est: *Ego enim jam delibor, et tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solum autem mihi, sed et omnibus iis qui dilexerunt adventum ejus.* Pari modo et de resurrectione corporum, et Corinthiis, et Thessalonicensibus, et Philippensibus, et multis aliis scripsit: *Et nunc quidem seminatur in corruptione, resurget in incorruptione: seminatur in ignobilitate; surget in gloria: seminatur in infirmitate; surget in virtute: seminatur corpus animale; surget spirituale.* Et rursus: *Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortali-*

σασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανα-
σίαν. Καὶ πάλιν· Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς
ὑπάρχει· ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν,
ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ
γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ.
60 Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔφη, ὅτι
[εἰ] υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο· ὅτι ἔρχεται
ὥρα ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς
αὐτοῦ, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς
ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνά-
61 στασιν κρίσεως. Καὶ πάλιν, τὰ περὶ τοῦ κοινοῦ διη-
γούμενος τέλους, καὶ ταῦτα προστέθεικεν· Εὐθέως δὲ
μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθή-
σεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ
ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν
οὐρανῶν σαλευθήσονται· καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ
υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται [πᾶσαι]
αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Διὰ δὲ τούτων δηλοῖ τῶν ἠπιστη- 162
62 κότων τὸν θρῆνον. Εἶτα τὴν περὶ τῶν παρθένων παρα-
βολὴν εἰπὼν, καὶ ὡς αἱ μὲν εἰσῆλθον εἰς τὸν νυμφῶνα
φέρουσαι τὰς λαμπάδας, αἱ δὲ μωραὶ τῆς παστάδος

46. [εἰ] om. D. pen. ἀπὸ τοῦ] ἐκ τοῦ Va.

*tatem.* Et iterum; *Nostra autem conversatio in cælis est, unde et salvatorem exspectamus Dominum Iesum; qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori gloriæ suæ.* Ipse quoque Dominus hisce verbis Judæos alloquutus est: *Quoniam filius hominis est, nolite mirari hoc: quoniam venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem ejus; et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Rursusque, cum de communi fine rerum dissereret, verba hæc addidit: *Statim vero post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum; et stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum commovebuntur; et tunc apparebit signum filii hominis in cælo, et plangent se omnes tribus terræ.* Hisce autem verbis ostendit luctum eorum qui evangelio non crediderint. Tum et adducta virginum parabola, in qua ipsarum aliæ cum lampadibus ingressæ sunt thalamum, aliæ vero extra thalamum remanserunt,

ἀπεστερήθησαν, ἐπειδήπερ αἱ λαμπάδες ἐσβέσθησαν· προσθεὶς δὲ καὶ τὰ τῶν ταλάντων καὶ τῶν οἰκετῶν τῶν σπουδαίων καὶ τοῦ ἀργοῦ τοῦ τὸ τάλαντον κατακρύψαντος καὶ τῷ ἐξωτάτῳ σκότει παραπεμφθέντος, ἐπήγαγεν, 63 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι [αὐτοῦ] μετ' αὐτοῦ, τότε καθήσεται ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐπεσκέψασθέ 64 με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. Ἐκείνων δὲ φάντων μηδὲν τούτων πώποτε δεδρακέναι, (ἴδιον γὰρ τὸ μετριάζειν τῶν τῆς ἀρετῆς ἀθλητῶν, καὶ κατακρύπτειν

162, 9. παραπεμφθέντος] παραδοθέντος et mox ἔλθοι D. 11. [αὐτοῦ] om. C. 12. συναχθήσονται] συναχθήσεται D. qui mox om. ἀπὸ τῶν ἐφ.—πρόβατα. 25. τούτων πώποτε] πώποτε τούτων D. 26. τῶν—ἀθλητῶν] τοὺς—ἀθλητὰς C. τῆς ἀρετῆς τῶν ἀθλητῶν D.

quod earum lampades exstinctæ sunt; cumque etiam talentorum parabolam addidisset, servorumque industriorum meminisset, ac inertis illius qui talento occultato missus est in tenebras exteriores; ita demum subjunxit; *Cum autem venerit filius hominis in majestate sua, et omnes sancti angeli ejus cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ, et congregabuntur ante eum omnes gentes; et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: et statuet oves quidem a dextris suis, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet rex iis qui a dextris ejus erunt; Venite benedicti Patris mei; Percipite regnum, quod paratum est vobis a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus, et cooperuistis me: infirmus, et visitastis me: in carcere eram, et venistis ad me.* Ibi justis dicentibus, se nihil umquam tantis dignum præmiis præstitisse; (proprium est enim virtutis athletis, ut modestos se præbeant, suasque opes

τὸν πλοῦτον,) ἐρεῖ τοίνυν, φησὶν, πρὸς αὐτοὺς ὁ βασιλεύς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Οὕτω τούτους ἀνακηρύξας, καὶ δεδωκὼς τὰ γέρα τῶν πόνων, ἐρεῖ, φησὶ, καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτῶν. 65 Δήλας δὲ καὶ τούτοις τῶν τιμωριῶν τὰς αἰτίας ποιεῖ· οὐδεὶς γὰρ ἔδρασεν ἐκείνων ἃ τῶν δικαίων ἐπετέλεσεν ὁ χορὸς, καὶ οὐδὲ τὴν ἐσχάτην ἐκείνων ζηλοῦσιν εὐλάβειαν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, πάντα ἐκεῖνα πεποιηκότες, ἠρνήθησαν· οὗτοι δὲ, καὶ μὴ δεδρακότες, πεποιηκέναι φασίν· ἀλλὰ καὶ τὸν ἔλεγχον δέξονται, καὶ τῇ τιμωρίᾳ παραδοθήσονται.

66 Ταῦτα, ὦ ἄνδρες, παραβάλετε τοῖς ἐπαινουμένοις τοῦ Πλάτωνος λόγοις. Ὁ γάρ τοι ἄλλος λῆρος καὶ τοῦδε καὶ τῶν ἄλλων τοῦ σκότους ἐκείνου γε ἀξιούσθω· ἃ δέ γε καὶ ἡμεῖς ἐπῃνέσαμεν ἔχει τινὰ πρὸς ταῦτα ξυγ- 67 γένειαν. Τὰς γάρ τοι κολάσεις, καὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν

27. τὸν πλοῦτον] τὸ πλουτεῖν D. et om. τοίνυν. 30. πιστευόντων] πεπιστευκότων Va. πιστευόντων sine εἰς ἔμε Vb. 38. ἐκείνων] ἐκείνην Va. 40. καὶ μὴ] μηδὲν Vb. 45. ἀξιούσθω] ἄξιος D.

occultent) eis contra ita respondebit: *Amen dico vobis; Quod fecistis uni ex his minimis fratribus meis qui in me crediderunt, mihi fecistis.* Hos autem cum ita vocis suæ præconio collatisque laborum præmiis honestarit, tunc dicet et iis qui stabunt a sinistris; *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus.* Explicat autem malis quoque suppliciorum causas: quandoquidem nullus eorum ea præstiterit quæ justorum præstitit chorus, neque summam illorum modestiam imitati fuerint. Justi enim, etiam se fecisse negabant bona cuncta quæ fecerant; hi vero, quæ non fecerunt, se fecisse mentiuntur. Jure ergo redarguti, pœnis suppliciisque tradentur.

Hæc itaque viri Græci conferte, quæso, cum Platonis sermonibus, qui maxime laudandi sunt. Ceteræ enim tum Platonis, tum et aliorum philosophorum nugæ, dignæ sunt quæ in tenebras exteriores mittantur. Quæ vero nos e Platone decerpta vobis laudavimus, habent aliquam cum evan-

ἀντιδόσεις, κἀκεῖνος εἶναι ξυνωμολόγησε, καὶ τὰ θεῖα ἐπέδειξε λόγια, καὶ τὰ καινὰ καὶ τὰ παλαιά· δικαστὰς 50
δὲ ἐκεῖνος μὲν καὶ ἑτέρους εἰσήγαγε, τὸν Αἰακὸν, καὶ τὸν Μίνω, καὶ τὸν Ῥαδάμανθυν, ἄνδρας οὐδὲ τὰ πάντα ἐπαινουμένους, τοῦ δὲ Μίνω καὶ πολλὰ ἄττα κατηγοροῦσι τινές· ἡμεῖς δὲ προσμένομεν δικαστὴν τὸν ἡμέτερον ποιητὴν, τὸν καὶ τὴν φύσιν ἣν ἔπλασεν ἀκριβῶς ἐπιστάμενον, καὶ ταύτης οὐ μόνον τὰς πράξεις καὶ τοὺς λόγους γινώσκοντα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ τῆς 163
68 ἐννοίας κινήματα. Δικάσει δὲ τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως στολὴν περικείμενος· ἀόρατος γὰρ ἡ τῆς θεότητος φύσις. Τῷ τοι καὶ υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν προσηγόρευσεν· ἐπειδὴ ταύτην οἱ κρινόμενοι θεωροῦσι τὴν φύσιν. Διὸ δὴ καὶ 5
ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν Ἀθηναίοις δημηγορῶν οὕτως ἔφη· Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς τανῦν παραγγέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, καθότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν 10
ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν [πᾶσιν,] ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

49. ἐπέδειξε] ἀπέδειξε D. 52. οὐδὲ τὰ πάντα] οὐχὶ πάντας Vb. Supra καὶ ἄνδρας D.
163, 6. Ἀθηναίοις] ἀθήναις D. 11. [πᾶσι] om. Va.

gelicis dictis affinitatem. Malorum enim supplicia, bonisque reposita præmia, et ille confessus est, et sacra nobis tum vetera tum recentiora monumenta ostendunt. Judices tamen ille multo alios nobis induxit, Æacum, Minoem, Rhadamanthum; homines videlicet non usquequaque laudandos: Minoem vero sunt qui criminibus etiam multis accusent. Nos autem judicem nobis eum exspectamus, qui et nos fecit; optime conscium naturæ illius, quam ipse effinxit, neque ejus facta solum dictaque callentem, sed ipsos quoque internæ cogitationis motus. Judicabit autem nos, hujus nostræ humanitatis vestem indutus. Suæ namque divinitatis natura oculis cerni non potest. Hinc et seipsum *hominis filium* sæpe appellat; quia videlicet ii qui judicabuntur nostram hanc naturam in eo videbunt. Eam ob rem Paulus apostolus, cum apud Athenienses concionaretur, sic inquit: *Tempora igitur ignorantiæ Deus non curans, nunc annuntiat omnibus ubique hominibus, ut pœnitentiam agant: eo quod statuit diem in quo judicaturus est orbem in æqui-*

69 Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς λεγομένοις, καὶ λῆρον ἡγεῖται τῶν ἀποστόλων τὰ ῥήματα, τῆδε μαθέτω τὴν τούτων ἀλήθειαν. Πολλὰ περὶ τοῦ μέλλοντος βίου καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς καὶ οἱ τούτου γε κήρυκες προηγόρευσαν· ἐθέσπισαν δὲ καὶ ἄλλα ἄττα, ἐκείνῳ μὲν οὐδαμῶς, τῷ δὲ βίῳ τούτῳ προσήκοντα. Ἐξετάσατε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, τὰς τοῦδε πέρι γεγενημένας προρρήσεις· κἂν εὕρητε ἀληθεῖς, καὶ τοῖς πράγμασιν ἐναργῶς ξυμβαινούσας, δέξασθε ἀδηρίτως ἐκεῖνα τὰ περὶ τῶν μελλόντων
70 τεθεσπισμένα. Τοῦτο δὲ ὧδέ πῃ διασκεπτέον. Τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ὁ δεσπότης Χριστὸς προεῖπε πολιορκίαν, καὶ ὡς ὁ νεὼς ἐκεῖνος ὁ περιβόητος ἄρδην καταλυθήσεται, καὶ ὡς εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τὸ τῶν ἐσταυρωκότων αὐτὸν κατασπαρήσεται γένος. Ἴδωμεν τοίνυν εἰ
71 μὴ τὸ πέρας ὁ λόγος ἐδέξατο. Καὶ περὶ μὲν Ἰουδαίων οὐκ οἶμαι ὑμᾶς ἀμφισβητήσειν· ἐκείνης τε γὰρ τῆς πόλεως ἐξελήλανται, καὶ τῆς οἰκουμένης γεγένηνται μέτοικοι· τοῦ νεὼ δὲ καὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ἐκ βάθρων

14. πολλὰ] πολλὰ γὰρ Vb. 17. βίῳ τούτῳ] τῷ βίῳ Va. 21. ἐκεῖνα] κἀκεῖνα Vb. 27. κατασπαρήσεται] διασπαρήσεται Vb.

*tate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis.*

Si quis autem vestrum minime iis credit quæ multa vobis adducimus, putatque nugas esse apostolorum verba, saltem hinc, quæso, illorum veritatem perdiscat. Multa sane de futuræ vitæ statu, tum Christus ipse, tum ab eo missi discipuli prædixerunt; multa insuper et alia iidem prænuntiarunt, quæ nihil quidem ad illam futuram vitam, sed ad hanc dumtaxat quam hic traducimus, pertinerent. Disquirite igitur diligenter spectantes ad hanc vitam prædictiones: quas si fuisse veras invenietis, ac in eventus rerum clarissimos abiise, tum et ea, quæ de futuris adhuc rebus prædicta sunt, sine ulla prorsus disceptatione accipite. Hoc vero ipsum hac maxime vobis ratione inspiciendum est. Hierosolymæ urbis obsidionem Christus eversionemque prædixit, templumque illud celeberrimum funditus proruendum; fore etiam ut Judæi, qui se crucis ligno affixuri erant, patrio solo extorres per universum terræ orbem dispergerentur. Agedum itaque videamus an hæc prædictio ad eventum pervenerit. Ac de Judæis quidem vos dubitaturos non puto. Patria enim urbe ex-

κατάλυσιν οἱ μὲν τεθεαμένοι φιλαλήθως ὁμολογήσατε, οἱ δὲ λοιποὶ τοῖς διηγουμένοις πιστεύσατε· αὐτόπτης γάρ που κἀγὼ τῆς ἐρημίας ἐκείνης γεγένημαι, καὶ τὴν πρόρρησιν ἣν ταῖς ἀκοαῖς ἐδεξάμην, ἐθεασάμην τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ὕμνησά τε καὶ προσεκύ-
72 νησα. Ὅτι μὲν οὖν ἀψευδὴς οὗτος ὁ λόγος, [καὶ] τὰ πράγματα βοᾷ, μεγίστῃ κεχρημένα τῇ φωνῇ· ἐπιζητήσωμεν δὲ καὶ ἄλλης προφητείας τὸ πέρας. Προεῖπε τοῖς ἀποστόλοις ὁ δεσπότης Χριστὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ἔμελλον πείσεσθαι, καὶ τοῖς ἔθνεσι καὶ
73 Ἰουδαίοις τὴν διδασκαλίαν προσφέροντες· Ἰδοὺ γὰρ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς, ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Καὶ πάλιν· Παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. Καὶ μετ' ὀλίγα· Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνα· καὶ ἐπαναστήσεται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. Ὁ δὲ

35. καὶ τήν τε π. ταῖς ἀ. ἐ. καὶ ἐθ. Vb. 36. ἐθεασάμην] καὶ ἐθ. D.

pulsi jam sunt, alioque terrarum commigrarunt. Templi vero solitudinem, immo autem a fundamentis eversionem, qui e vobis eo profecti viderunt, confiteantur : reliqui vero saltem narrantibus fidem habeant. Ego quidem hisce oculis vidi desertum templi locum; quamque rerum prædictionem auditu prius acceperam, hisce inquam oculis sum intuitus; veritatemque non laudavi solum, sed etiam adoravi. Eorum itaque verborum veritatem res ipsæ clamore vocalissimo prædicant. Quæramus vero et alterius prophetiæ finem. Christus apostolis suis quæ certamina subituri erant periculaque prædixit, quo videlicet tempore suam doctrinam Judæis et gentibus invulgarent : *Ecce enim*, inquit eis, *ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Et iterum ; *Tradent vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos ; et ad præsides et ad reges ducemini propter me, in testimonium illis et gentibus.* Pauloque mox ; *Tradet frater fratrem in mortem, et pater filium ; et insurgent filii in parentes et morte eos afficient : et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in*

74 ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Καὶ αὖθις· Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς 164
οἰκιακοὺς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν, Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν. Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην 5
κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς· καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκι-
75 ακοὶ αὐτοῦ. Τούτων ἕκαστον, ὦ φιλότης, ἔργῳ πεπληρωμένον ἔστιν ἰδεῖν. Μετὰ γὰρ τῶνδε τῶν κινδύνων καὶ οἱ ἀπόστολοι τὴν οἰκουμένην ἐφώτισαν, καὶ οἱ μετ' 10
ἐκείνους, ἣν παρέλαβον, διεφύλαξαν πίστιν· καὶ μαρτυροῦσι τῶν μαρτύρων αἱ θῆκαι, πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης ἀστράπτουσαι, καὶ τῶν θείων προρρήσεων κηρύττουσαι τὴν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κινδύ-
76 νους, ἀλλὰ καὶ τὴν νίκην αὐτοῖς προηγόρευσεν. Ἐπὶ 15
ταύτῃ γὰρ ἔφη τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ κατὰ τὴν πρόρρησιν μεμερισμένας [τὰς] οἰκίας· ἢ γὰρ οἱ ἄνδρες ὑπὸ τῆς πίστεως ζωγρηθέντες ἀπιστού-

164, 1. οἰκιακοὺς] οἰκειακοὺς C. 4. διχάσαι] διχοτομῆσαι D.

*finem, hic salvus erit.* Item hæc amplius; *Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?* Itemque; *Nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram. Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam; et inimici hominis, domestici ejus.* Hæc autem, viri carissimi, cernimus evenisse. Iis enim circumventi periculis quæ Christus prædixerat, lucem orbi terrarum apostoli attulerunt; quique apostolis successerunt, religionem ab illis acceptam conservarunt. Cujus rei nobis sunt testes sepulcra martyrum quæ per terrarum orbem terra marique resplendent, quasique veritatem prædicant divinarum prædictionum. Neque enim illis sola discrimina, sed victoriam quoque prædixit. *Super hanc enim,* inquit, *petram ædificabo ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Est autem videre quod Christus fore prædixit, jam domos familiasque divisas. Viri enim Christianæ religioni affecti uxoribus infesti sunt, quæ adhuc in sua impietate

σαις ἔτι ταῖς γυναιξὶ διαμάχονται, ἢ αἱ γυναῖκες τὸν τῆς εὐσεβείας δεξάμεναι ζυγὸν ἀλωμένους ἔτι τοὺς ἄνδρας
77 σαγηνεύειν σπουδάζουσι. Καὶ ἡ ἀναγκαία διαίρεσις ἕνωσιν ἀξιέπαινον πραγματεύεται. Καὶ ἵνα τὰς ἄλλας καταλίπω προρρήσεις, γυνή τις ἀλάβαστρον μύρου τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ποσὶ προσενήνοχε. Ταύτης τὴν πίστιν ἀποδεχόμενος πρὸς τὸν τῶν μαθητῶν ἔφη χορὸν, Ἀμὴν λεγω ὑμῖν, ὅτι ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο τῆς βασιλείας, κηρυχθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν ἡ γυνὴ αὕτη εἰς μαρτύριον αὐτῆς. Ταύτην δὲ τὴν πρόρρησιν καὶ νῦν ἔστι περατουμένην ἰδεῖν. Πανταχοῦ γὰρ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τὸ εὐαγγέλιον τὸ θεῖον ἀναγινώσκεται, καὶ τῆς γυναικὸς ἡ πίστις ἀνακηρύττεται.

78 Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ταῦτα προεῖπεν ὁ δεσπότης, καὶ [τὰ] ἐν ἐκείνῳ γε τῷ βίῳ γενησόμενα προηγόρευσεν, ὁρῶμεν δὲ ἀναφανδὸν τὴν τούτων ἀλήθειαν, ἀναμφισβητήτως κἀκεῖνα δεξώμεθα, ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων ποδηγούμενοι πρὸς ἐκεῖνα καὶ κεχρημένοι τούτοις τεκμη-
79 ρίοις ἐκείνων. Τούτου γὰρ δὴ εἵνεκα καὶ ταῦτα κἀκεῖνα

24. καταλίπω] καταλείπω D. 26. ἀποδεχόμενος] ἀποδεξάμενος Vb. 30. αὐτῆς] αὐτὴ D. 35. καὶ τὰ ἐκείνῳ τε τῷ βίῳ Va. 38. κἀκεῖνα] κἀκεῖνο Vb.

persistunt. Item quæ uxores ejusdem religionis jugum subierunt, vagos errabundosque viros suos fidei sagena irretire contendunt. Necessariaque ad salutem dissensio ita laudabilem parit conjunctionem. Atque ut prædictiones alias missas faciam, mulier quædam ad sanctos Christi pedes unguentum attulit; cujus ille fidem accipiens, circumstantibus inquit discipulis; *Amen dico vobis; Ubicumque prædicatum fuerit evangelium hoc regni, prædicabitur et quod fecit hæc in testimonium ejus.* Hanc vero prædictionem videre est jam finem consequutam esse. Ubique enim terra ac mari mulieris hujus fides prædicatur.

Quando igitur hæc Christus multo ante prædixit, idemque futuræ vitæ statum nobis prænuntiavit, videmusque perspicuam rerum harum veritatem; illa quoque sine controversia, quæso, accipiamus, ab iis quæ facta jam cernimus ad hæc perducti; tamquam rebus his utamur pro rerum illarum signis et argumentis. Hac enim causa et hæc et illa Christus prædixit, ut his ea maxime stabi-

προείρηκεν, ἵνα διὰ τούτων ἐμπεδώσῃ κἀκεῖνα. Καὶ τιμὰς ἃς οὐχ ὑπέσχετο τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι φιλοτίμως ἀπένειμεν· καὶ οὐ μόνον τοῖς ζῶσι παμπόλλην ἔδωκε περιφάνειαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄριστα τετελευτηκόσι πλεῖστον ξυνεκλήρωσε σέβας, ἵνα δι' ὧν οὐχ ὑπέσχετο μὲν, ἔδωκε δὲ, πιστεύσωμεν οἷς ὑπέσχετο. Ὁ γάρ τοι τὰ ταῖς συνθήκαις οὐκ ἐγκείμενα δωρησάμενος, καὶ φιλοτιμίᾳ τὰς ὑποσχέσεις ὑπερβαλὼν, δώσει πάντως ἅπερ ὑπέσχετο, [καὶ ἃ τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐπέδειξεν ἆθλα.] Σχέτλιον γὰρ τοὺς μὲν γυμνασιάρχους παρέχειν τοῖς ἀθληταῖς τὸν ὑπεσχημένον μισθὸν, καὶ τοὺς ἐπί τῳ τινὰς μισθουμένους μετὰ τὸν πόνον πληροῦν τὰ ξυγκείμενα, τὸν δὲ τῶν ὅλων δημιουργὸν, ὃς δι' ἀγαθότητα μόνην καὶ τοῖς μὴ οὖσι τὸ εἶναι παρέσχε, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἐπετέλεσε, καὶ τοῖς οὐχ ὁρῶσι τὸ φῶς τὸ τῆς θεογνωσίας ἐχαρίσατο φῶς, τοῦτον φάναι τὰς οἰκείας μὴ πληρώσειν ἐπαγγελίας. Εἰ δὲ ἀληθὴς, ὥσπερ οὖν ἀληθὴς, (θεία γὰρ ἡ ὑπόσχεσις·) οὐκ ἀνό-

44. μόνον] μόνην Va. 46. ξυνεκλήρωσε] συνεπλήρωσε Vb. D. 48. οἷς] καὶ οἷς Vb. qui supra δέδωκε. Hoc item D. 50. δώσει] πολλῷ δήπου μᾶλλον δ. Vb. 52. γυμνασιάρχους] γυμνασιάρχας Va. 53. τὸν ὑπεσχ.—μετὰ om. D.

165, 2. παρέσχε] παρέσχετο Va. 3. τὸ φῶς] τόδε τὸ φῶς Vb.

liret. Ac honores quidem, quos in se credentibus minime est pollicitus, liberaliter tamen dedit. Neque vivis solum splendoris multum contribuit, sed optime defunctos plurimo honore affecit; ut ex iis quæ minime pollicitus tamen dedit, credamus eventura quæ est pollicitus. Nam qui ea donavit quæ ex conventionibus non debebat, quique sua liberalitate longe promissiones excessit; dabit procul dubio reliqua quæ promisit, quæque decertantibus præmia ostendit. Turpe enim ac miserum sit, ut ludorum quidem gymnasiorumque præfecti athletis præbeant quæ se daturos illis dona promiserint; quique item operarios quoscumque conduxerint, opera perfunctis ex conventu satisfacere studeant; mundi vero totius opifex, a quo ea quæ prius non erant creata sunt, quique salutiferæ dispensationis mysterium consummavit, qui tot cæcis hominibus divinæ cognitionis lumen infudit, hunc dicamus quæ promisit non effecturum. Quod si vera est, sicuti vera est, (Dei enim promis-

νητα, ὦ φίλοι ἄνδρες, τὰ τῆς θείας διδασκαλίας μαθήματα. Οὐρανῶν γὰρ βασιλείαν, καὶ ζωὴν τέλος οὐ δεχομένην, καὶ φῶς νοερὸν, καὶ τὴν μετὰ τῶν ἀσωμάτων χορείαν, τοῖς πειθομένοις ὑπέσχετο, ὥσπερ αὖ κόλασιν αἰώνιον τοῖς ἀπιστοῦσιν ἠπείλησεν· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ 82 τῇ παραβολῇ τῶν ζιζανίων δεδήλωκε. Ταύτην γὰρ ἑρμηνεύσας ἐπήγαγεν· Οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου· ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συνάξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ταῦτα εἰπὼν 83 ἐπήγαγεν, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν, ὦ φίλοι ἄνδρες, παραινοῦντες φαμέν. Οὐ γὰρ δὴ ἄκοντας τὰς θείας λαβεῖν ἀναγκάζομεν δωρεὰς, ἀλλὰ παρακαλοῦντες καὶ παραινοῦντες, καὶ τὸ μέγεθος τούτων ἐπιδεικνύντες. Διά τοι τοῦτο καὶ τὴν δεσποτικὴν ταύτην καὶ θαυμασίαν ἐπιλέγομεν ῥῆσιν, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω.

9. νοερὸν] νοητὸν Va.

sio vera est,) nec vana nec inutilis est, viri carissimi, divinæ institutionis disciplina. Credentibus enim, regnum cælorum, vitamque nullum finem habituram, corporibus etiam resumptis nos cælitum choris interfore, disciplina nobis ea pollicetur, sicuti contra et incredulis æterna supplicia comminatur. Hoc enim ipsum et in parabola zizaniorum ostendit. Quam cum ipsemet interpretaretur, hæc addidit: *Sic erit in consummatione sæculi hujus. Mittet filius hominis angelos suos; et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* Tum et hæc addidit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Eadem igitur vobis, amici hŏmines, adhortantes afferimus. Neque enim invitos cogimus divina dona percipere; sed adhortantes potius et obsecrantes, eorumque vobis magnitudinem demonstrantes. Itaque superius a nobis allata hoc Domini Dei nostri dicto concludimus, *Qui habet aures audiendi, audiat.*

## ΠΕΡΙ ΠΡΑΚΤΙΚΗΣ ΑΡΕΤΗΣ. ιβ'.

ΤΑ δένδρα φέρουσι μὲν αἱ ῥίζαι καὶ τρέφουσι, κοσμοῦσι δὲ οἱ κλάδοι καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὁ μεταξὺ τούτων ἠωρημένος καρπός. Εἰ γὰρ δή τις ἐκτέμνοι τοὺς κλάδους καὶ ψιλώσοι τὴν κόμην, ἄχρηστα γίνεται καὶ γυμνοῦται τῆς εὐπρεπείας, καὶ περιττὴ παντελῶς ἡ τῶν 2 ῥιζῶν ἀποφαίνεται βάσις. Καὶ τὸ σῶμα δὲ ὡσαύτως δεῖται μὲν ὀφθαλμῶν ὁρώντων, καὶ τὰς ἄλλας ποδηγούντων αἰσθήσεις, δεῖται δὲ καὶ ποδῶν μεταβαινόντων, καὶ τὸ σῶμα φερόντων, καὶ χειρῶν ἐργαζομένων, καὶ τοῖς μορίοις ἅπασι καὶ τροφὴν καὶ πόσιν καὶ τὴν ἄλλην 3 χρείαν πoριζουσῶν. Καὶ μέντοι καὶ χιτῶνας καὶ χλαίνας καὶ ἐφεστρίδας, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντα τὰ ἐσθήματα, οὐ μόνον ποιοῦσιν οἱ στήμονες· χρεία γάρ που καὶ κρόκης ἐννυφαινομένης καὶ ξυναρμοζομένης τοῖς 4 στήμοσι. Τί δήποτε [δὴ] ταῦτα διεξῆλθον; οὐ τὸν ὕθλον, ὦ ἄνδρες, στέργων, ἀλλὰ διὰ τῶνδε τῶν εἰκόνων

33. ἠωρημένος] ἠωρισμένος [ἴσως] Vb. η ὡριμένος Va. 34. ἐκτέμνοι —ψιλώσοι] ἐκτέμνει—ψιλώσει D. 46. [δὴ] om. D.

### XII SERMO. DE VIRTUTE ACTIVA.

ITA natura comparatum est, ut arbores suis radicibus innitantur, atque ab eis alimenta percipiant; ab ipsis autem ramis ac frondibus, quique inde suspensi cernuntur fructibus exornentur. Si quis enim ramos excîdat, comamque decerpat, fiunt prorsus inutiles, omnique sic decore spoliantur, ut superfluum videatur radicum illud ac stirpium fundamentum. Ita et animantium corpus indiget quidem oculis ad obtutum; quibus videlicet sensus alii, tamquam ducibus suis, utantur: indiget vero et pedibus quibus ambulet ac feratur: indiget manibus quæ opus faciant, membrisque aliis ac particulis cibum potumque ac alias res necessarias sumministrent. Jam vero subuculas hibernas, chlænas, et castrensia sagula, nequaquam stamina sola conficiunt: est enim opus subtegmine, quod staminibus intexatur et cohærescat. Quorsum vero hæc dixi? Non ideo viri Græci, quia fabulas nugasque consecter; sed qui per has similitudines ostendere vobis

τῆς τελεωτάτης φιλοσοφίας τὰς ὕλας ἐπιδεικνύς. Μέγιστον μὲν γὰρ ἀληθῶς καὶ παμμέγεθες ἀγαθὸν τῶν θείων ἡ γνῶσις· ἀλλ' οὐκ ἀπόχρη τέλειον ἀποφῆναι τὸν ταύτης ἀξιούμενον. Δεῖ γάρ που καὶ τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ξυναφθῆναι τῇ γνώσει. Ὅπερ γάρ ἐστι δένδρῳ ῥίζα, καὶ ὀφθαλμὸς σώματι, καὶ οἱ στήμονες τοῖς ὑφάσμασι, τοῦτο καὶ ταῖς ψυχαῖς τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις καὶ ἡ 166
βεβαία γίγνεται πίστις. Χρὴ δὲ οὐ μόνον εἰδέναι τί προσήκει περὶ τοῦ θείου δοξάζειν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου πολιτεύεσθαι νόμους. Ὥσπερ γὰρ οἱ ζωγραφικὴν, ἢ σκυτοτομικὴν, ἢ ἄλλην τινὰ παιδευόμενοι τέχνην, οὐχ ὅπως μόνον ἐπιστῶνται [ταῦτα] μανθάνειν σπουδάζουσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ χειρουργῶσι, καὶ μιμητὰς σφᾶς [αὐτοὺς] τῶν διδασκάλων τοῖς ἔργοις δεικνύωσιν· οὕτω δεῖ καὶ τῆς εὐσεβείας τοὺς ἐραστὰς μὴ μόνον θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν παιδεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἐκπαιδεύεσθαι νόμους, καὶ τούτους φυλάττειν εἰς δύναμιν, καὶ πρὸς τούτους πειρᾶσθαι τῆς ψυχῆς ἐκ-

52. ἀγαθὴν πρᾶξιν] τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν D. qui mox τῇ γνωσει. ult. [καὶ] om. C.

166, 5. μόνον ἐπιστῶνται [ταῦτα] μανθάνειν σπουδάζουσιν] ταῦτα ἐπίστανται μόνον σπουδάζουσιν C. ἐπίστανται item D. 7. σφᾶς om. Va. 10. φυσιολογίαν] φιλοσοφίαν D.

contendam, quæ sit exactissimæ philosophiæ materia. Maximum namque bonum est divinarum rerum cognitio. Neque vero satis hæc est, quæ consummatum hominem eum reddat qui ea factus sit dignus. Oportet enim bonas rerum functiones ad cognitionem scientiamque adjungi. Quod enim radix est arbori, quod oculus corpori, quodque telis contexendis ipsa sunt stamina; hoc perficiendis animis est veritatis cognitio, stabilisque rerum divinarum fides. Oportet autem non solum scire quid de Deo sentiendum sit, verum etiam ad illius leges vitam moresque instituere. Sicut enim qui picturam, quive sutoriam vel quamvis aliam artem perdiscunt, non ut solam earum rationem teneant, illis dant operam; verum multo magis ut eas manibus suis exerceant, seque opere aliquo magistrorum imitatores ostendant: ita decet operarios pietatis, non solum theologiam rationemque naturæ, sed practicæ quoque virtutis leges ac instituta perdiscere, quæque didicerit, quantum queat,

7 τυποῦν καὶ σκευάζειν τὸ εἶδος. Ὁ γὰρ δὴ οὕτω ῥυθμίζων τε καὶ διαμορφῶν τὴν ψυχὴν οὐ μόνον τῶν θείων νόμων τοὺς χαρακτῆρας ἐκμάττεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ γε τοῦ νομοθέτου ζῶσά τις εἰκὼν καὶ λογικὴ γίγνεται. Τοῦτό τοι διδάσκων καὶ ὁ μέγας κήρυξ τῆς ἀληθείας βοᾷ, Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ. Καὶ μέντοι καὶ ὁ τούτου δεσπότης παραινεῖ λέγων, Γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν· Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς 8 καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι. Μιμεῖται δὲ, ὡς ἔνεστι, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ὁ ποθῶν ἐκεῖνα καὶ ἐχθραίνων ὁμοίως, ἅπερ καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης ἐχθραίνει τε καὶ φιλεῖ. Τίνα δὲ αὐτῷ δυσμενῆ, καὶ τίνα αὖ προσ- 9 φιλῆ, [καὶ] διαρρήδην οἱ θεῖοι διδάσκουσι νόμοι. Ἀκούωμεν γὰρ τοῦ θεσπεσίου βοῶντος Δαβίδ· Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ· οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος· οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου· ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν· ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ἄνδρα αἱμάτων καὶ 10 δόλιον βδελύσσεται κύριος. Ἐν τούτοις δὲ ἡμῖν ἐπιδείξας

13. σκευάζειν] διασκευάζειν D. 21. οὐρανοῖς] τοῖς (suprasc.) οὐρανοῖς. et οὖν add. post γίνεσθε D. 25. ἐχθραίνει] ὁμοίως ἐχθρ. D. 26. [καὶ] om. D. 28. ἀνομίαν] ἀδικίαν D. 29. οὐ] οὐδὲ D. 31. πάντας] κε πάντας D. 33. κύριος] Addit D. ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐλεύσομαι εἰς τὸν οἶκον σου.

servare, ad eaque conari animæ speciem componere ac effingere. Qui enim sic animam componat atque informet, non solum divinarum legum exprimit characteres, sed ipsius quoque legislatoris viva quædam imago rationalisque efficitur. Hoc et magnus ille veritatis præco docens exclamat; *Estote imitatores Dei.* Ejusque præterea dominus et magister nos monet: inquit enim; *Estote imitatores Patris vestri qui in cælis est.* Et iterum; *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est.* Imitatur autem Deum, quantum imitari licet, qui ea diligit, odioque prosequitur, quæ Deus amat ac detestatur. Quæ vero illi jucunda, quæve invisa sint, divinæ leges manifeste nos docent. Audimus enim exclamantem David: *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es: neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti omnes operantes iniquitatem; perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur*

τὴν τοῦ νομοθέτου διάθεσιν ἐν ἑτέρᾳ μελῳδίᾳ πρόσωπον εἰσήγαγε τούτους τοὺς χαρακτῆρας ἀκριβῶς ἐκμαξάμενον, καὶ τῷ νομοθέτῃ προσευχόμενον καὶ λέγοντα, Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ τῆς καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου σου· οὐ προετιθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον. Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα. Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή· ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον. Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ τοῦτον ἐξεδίωκον· ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ, καὶ ἀπλήστῳ καρδίᾳ, τούτοις οὐ συνήσθιον. Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πραεῖς τῆς γῆς, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ· πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ οὗτός μοι ἐλειτούργει· οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν. Λαλῶν ἄδικα οὐ κατ-
11 εύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου. Διὰ δὲ τούτων οὐ μόνον ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὅτι μιμήσασθαι δυνατὸν τὸν πανάλκη καὶ πάνσοφον κύριον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἡμῖν ὑπέδειξε τὸν τῆς μιμήσεως τρόπον. Οὐ γάρ τοι οὐρανὸν ἡμᾶς καὶ γῆν καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα δημιουργεῖν ἐκέλευσεν, οὐδὲ ἁπλῆν ἔχειν καὶ ἀπερίγραφον

35. τούτους] τούσδε D. Sirm. 38. τῆς καρδίας] τῆς om. D. 42. ἐκκλίνοντος] ἐκκλίνοντάς D. 43. τὸν πλησίον] τῶν πλησίον D. 45. τούτοις] τούτω D. Sirm. 46. πραεῖς] πιστοὺς D.

*Dominus.* Cumque his verbis ostendat legislatoris dispositionem atque affectum, alio in psalmo personam ejus inducit qui has notas diligenter expresserit, ita Dominum deprecantis. Inquit ergo: *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non ponebam ante oculos meos rem injustam: facientes prævaricationes odivi. Non adhæsit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto, proximo suo, hunc persequebar. Cum superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad mansuetos terræ, ut sedeant mecum. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabat in medio domus meæ, faciens superbiam. Qui loquitur injusta, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Hisce autem verbis non modo nos docuit, posse nos imitari potentissimum Deum; sed rationem quoque modumque imitandi nobis ostendit. Neque enim nos jussit, cælum, solem, lunam, resque alias procreare; neque ut simplici essemus incircumscriptaque natura; sed eadem quæ Deus,

φύσιν· ἀλλὰ μόνον ἐχθραίνειν ἅπερ ἐκεῖνος μεμίσηκε,
12 καὶ φιλεῖν ἅπερ ἐκεῖνος δὴ μάλα πεφίληκε. Ταύτην 167
κατορθώσας τὴν ἀρετὴν ὁ προφήτης πρὸς τὸν δεσπότην
ξὺν παρρησίᾳ βοᾷ· Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου
ὁ Θεός· λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. Καὶ μετ'
ὀλίγα· Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ 5
τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς·
εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. Καὶ πάλιν· Ἄνδρες αἱμάτων,
ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ αὖθις· Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ
πονηρευόμενοι, καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ μου. 10
Καὶ πάλιν· Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγά-
πησα. Καὶ πάλιν· Ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου, Κύριε·
ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστί. Καὶ, Ὡς γλυκέα τῷ
λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου· ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.
13 Καὶ ἕτερα δὲ τῶν εἰρημένων πολλαπλάσια εὕροι τις ἂν 15
ἐν τῇδε τῇ μελῳδίᾳ· ἔμπλεως γὰρ ἡ προφητεία τῆς
τοιαύτης διδασκαλίας. Καὶ Μωϋσῆς δὲ ὁ νομοθέτης
δείκνυσιν ἐν τοῖς νόμοις τί μὲν ἀρέσκει τῷ τῶν ὅλων
Θεῷ, τί δ' αὖ πάλιν ἐχθραίνει. Καὶ μέντοι καὶ Ἡσαΐας, 20

pen. φύσιν] τὴν φύσιν D. qui v. seq. om. ἐκεῖνος.

167, 9. ἀπ' ἐμοῦ] Addit D. πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. καὶ πάλιν· ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. 11. πάλιν om. D. et ὅλην—μου ἐστι. 14. μέλι] D. addit καὶ κηρίον. 19. ἐχθραίνει] εἰσεχθραίνει D.

et amore et odio prosequi. In hac autem obeunda virtute cum propheta egregium se præbuisset, confidenter exclamans, Dominum sic alloquitur: *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus; nimis confortatus est principatus eorum.* Et iterum; *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam; et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; et in hostes facti sunt mihi.* Et rursus; *Viri sanguinum, declinate a me.* Et, *Declinate a me maligni, et scrutabor mandata Dei mei.* Et amplius; *Iniquos odio habui; et mandata tua dilexi.* Et, *Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.* Et, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo.* Multaque sane hujusmodi invenire quilibet sibi poterit apud psalmographum regem. Plena est enim ejus prophetia hoc genere doctrinæ. Moses quoque qui dictatas sibi a Deo leges Hebræis dedit, in eis ipsis plane ostendit quid amet Deus, et

καὶ Ἱερεμίας, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιὴλ, καὶ πᾶς ὁ τῶν προφητῶν χορὸς ταύτην ἡμᾶς τὴν διαφορὰν ἐξεπαί-
14 δευσε. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τούτων Θεὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἔφη· Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν [τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πα- 25
τρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν· Ὁ ποιήσας καὶ διδάξας, μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ] τῶν οὐρανῶν. Καὶ πάλιν· Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει.
15 Καὶ μέντοι κἀν τῇ παραβολῇ τῶν ταλάντων ἔδειξεν, ὡς 30
οὐ μόνον ὧν δέδωκεν ἀπαιτήσει τὸν ἀριθμὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐργασίαν εἰσπράξεται· καὶ τὸν ταύτην οὐκ ἔχοντα, γυμνώσας τῆς χάριτος, τῷ ζόφῳ παραδώσει πεπεδημένον. Καὶ τὰς παρθένους δὲ τὰς ἀρκοῦν οὐκ ἐσχηκυίας τὸ ἔλαιον ἔξω τοῦ νυμφῶνος κατέλιπε, καὶ 35
ταῦτα παρθένους καλῶν. Καὶ τὸν ἐσθῆτα περιβεβλημένον οὐχ ἁρμόττουσαν γάμῳ τῶν δαιτυμόνων ἐχώρισε, καὶ τῆς εὐωχίας ἐξήλασε· καίτοι κληθεὶς εἰσελήλυθεν, ἀλλ' οὐκ αὐτόματος εἰσεπήδησεν· ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ μόνην 40
τὴν τοῦ νυμφίου φιλοτιμίαν ἀπολαύσας τῆς κλήσεως
16 οὐκ ἤμειψε τὴν στολὴν, ἔπαθεν ἅπερ ἔπαθε. Διὰ τοῦτο

22. τούτων θεὸς] θεὸς τούτων D. 29. τηρήσει] πληρώσει Va. 31. τὴν ἐργασίαν] τὰς ἐργασίας D. qui mox addit τὴν ἐργασίαν post γυμνώσας. 35. κατέλιπε] κατέλειπε D. 39. κληθεὶς] D. addit καὶ οὐκ αὐτόματος, omissis infra ἀλλ' οὐκ αὐτ. εἰσ.

quidnam oderit. Omnis præterea prophetarum chorus, in hoc rerum discrimine nos pulchre erudit. Ipse insuper Deus in Evangeliis ita inquit: *Non omnis qui dixerit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est.* Et, *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Et, *Qui diligit me, mandata mea servabit.* In parabola etiam talentorum testatus est se non solum totidem repetiturum quot dedit, sed fœnus etiam exacturum: quod qui reddere non habebit, cassum etiam sortis dono, vinctumque, in tenebras demissurum. Quin et virgines illas quæ secum oleum non attulerant, extra thalamum passus est esse. Illum etiam qui indutus erat vestem nuptiis minime congruentem, nuptiis exclusit, convivioque abegit. At ille tamen non sponte se ingerens sed vocatus

καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος κέκραγε λέγων, Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς θείας δωρεᾶς, οὐκέτι περὶ ἁμαρτίας ἀπολείπεται θυσία, φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος ἐσθίειν 17 μέλλων τοὺς ὑπεναντίους. Εἶτα ἐκ παραδείγματος τόνδε κρατύνει τὸν λόγον, Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταπο- 18 δώσω, λέγει κύριος. Καὶ πάλιν, [ὅτι] κρινεῖ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Εἶτα τοὺς ῥαστώνῃ ξυζῶντας δεδίττεταί τε καὶ φησὶ, Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. 168 Καὶ ἑτέρωθι βοᾷ, Πάντες [γὰρ] παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

19 Ὅτι μὲν οὖν δεῖται ἡ γνῶσις τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς

45. θείας δωρεᾶς] ἀληθείας D. 47. μέλλων] μέλλοντος D. ult. [ὅτι] om. D. et mox om. δεδίττεται—ζῶντος cum lacuna.

ingressus est: verum quia ex sola sponsi liberalitate accersitus vestem non immutavit, idcirco ea perpessus est. Hinc et apostolus inquit: *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccato sacrificium; terribilis autem quædam exspectatio judicii, et ignis æmulatio quæ consumptura est adversarios.* Tum ab exemplo verba hæc magis confirmat. Inquit enim: *Irritam quis faciens legem Moseos, sine misericordia, duobus vel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Dei Filium conculcaverit, et qui sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit; Mihi vindicta, et ego retribuam; dicit Dominus.* Et iterum; *Quia judicabit Dominus populum suum.* Tum et otiosos cessatores inertesque homines ita perterret: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* Et rursus; *Omnes stabimus ante tribunal Christi; ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.*

Indigere itaque scientiam practica virtute satis hinc puto me

ἱκανὰ καὶ ταῦτα δηλῶσαι· ἴδωμεν δὲ τίνα καὶ τῶνδε πέρι τοῖς [τῶν] Ἑλλήνων ἔδοξε φιλοσόφοις. Ὀψόμεθα γάρ τοι τὸν Πλάτωνα καί τινας ἄλλους, τὴν τούτου φιλοσοφίαν ἐζηλωκότας, τῷδε ξυμφωνοῦντας τῷ λόγῳ· καὶ γὰρ ἐν τοῖς Νόμοις οὕτω φησί· Τὸν οὖν τῷ θεῷ προσφιλῆ γενόμενον, εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα καὶ ἑαυτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι· καὶ κατὰ ταῦτον τὸν λόγον ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν, θεῷ φίλος· ὅμοιος γάρ· ὁ δὲ μὴ σώφρων, ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος. Οὐδὲν τοίνυν ἀλλοῖον οὐδὲ οὗτος εἴρηκεν, ἀλλὰ ξυνομολογεῖ καὶ αὐτὸς, ὡς δυνατὸν, ἐν ταῖς περὶ τἀγαθοῦ διαθέσεσι τὸν πεποιηκότα μιμεῖσθαι θεόν· ἐνταῦθα μέντοι σώφρονα οὐ τῶν ἡδονῶν ἐκάλεσε κρείττονα, ἀλλὰ τὸν σῶον καὶ ἄρτιον τὸ λογικὸν διασώσαντα. Παραπλήσια δὲ κἀν τῷ Θεαιτήτῳ ξυγγέγραφεν· ἔφη γάρ· Ἀλλ' οὔτε ἀπόλλυσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε, (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη,) οὔτε ἐν θεοῖς· αὐτὰ ἱδρύσθαι, τὴν δὲ θνη-

168, 6. καὶ ταῦτα] καὶ om. D. 7. τινα] καί τινα D. et om. [τῶν.] 9. τούτου] τούτων Va. 11. οὕτω] ὧδε D. 12. γενόμενον] γινόμενον C. 14. λόγον] τρόπον C.D. 16. διάφορος] D. ni fallor ἀδιάφορος. 20. τῶν] τὸν D. 24. ἀεὶ om. D. 25. θεοῖς] οἷς C.

ostendisse. Age vero nunc videamus quid de his quoque rebus senserint Græci philosophi. Inveniemus enim Platonem, nonnullosque alios qui Platonis philosophiam sectati sunt, sermoni nostro admodum consentaneos. Is enim in Legum suarum libro sic inquit [p. 716 C.]: *Deo itaque gratum amicumque hominem necesse est quam queat maxime talem evadere qualis sit Deus; hacque potissimum ratione. Qui enim frugi homo temperatusque est, Deo est carus: similis enim illi est. Qui vero non est temperatus, absimilis plane est.* Nihil hic ergo alienum a nostratibus dixit; immo autem et is fatetur oportere nos, quantum vires nostræ patiantur, in bonis affectionibus creatorem Deum imitari. Hoc autem loco temperatum intelligit Plato, non eum qui se potentiorem voluptatibus præbeat, sed qui rationalem animæ nostræ vim salvam atque integram usquequaque conservet. Hisce autem similia et in Theæteto conscripsit. Sic enim inquit [p. 176.]: *Sed interire ac tolli o Theodore mala prorsus non possunt. Necesse est enim semper esse quod bono contrarium sit. Neque tamen ea Deo*

τὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης· διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. Φυγὴ δὲ, ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν. Ὁμοίωσις δὲ, δί-
22 καιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. Μάλα δὲ καὶ σαφῶς καὶ σοφῶς ἐν τούτοις τὸν τῆς μιμήσεως ἐξεπαίδευσε τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ φυγεῖν τὰ τῇδε ἐκέλευσεν, οὐκ ἔξω τῆς γῆς γιγνόμενον, ἀλλὰ τῶν περιγείων ἁπάντων ἀπαλλαττόμενον· τοῦτο γὰρ δεδήλωκεν [ἐν] οἷς ἐπήγαγε, Φυγὴν γάρ φησιν ἐκάλεσα τὴν πρὸς
23 τὸ θεῖον ὁμοίωσιν. Ἀξιέπαινος δὲ καὶ ἡ προσθήκη· οὐ γὰρ ἁπλῶς ὁμοιωθῆναι νενομοθέτηκεν, ἀλλ' ὡς ἀνθρώποις ἐστὶ δυνατόν. Εἶτα τὸ τῆς ὁμοιώσεως ἐπέδειξεν εἶδος· Ὁμοίωσιν γάρ φησι προσηγόρευσα, τὸ ὅσιον καὶ δίκαιον γενέσθαι μετὰ φρονήσεως. Καὶ αὕτη δὲ ἀξιάγαστος ἡ προσθήκη. Εἰσὶ γὰρ [δή] τινες πλείστην μὲν τοῦ δικαίου φροντίδα ποιούμενοι, σκαιότητι δὲ τῷ
24 τοῦ κατορθώματος λυμαινόμενοι κάλλει. Ἔπειτα διὰ

26. περιπολεῖν] περιπολεῖ C.D. Mox ἀνάγκης δεῖ ed. Sylb. δεῖ om. C.D. 30. καὶ σαφῶς om. C. 33. γιγνόμενον] γενόμενον D. 34. ἁπάντων] πραγμάτων D. 40. δίκαιον καὶ ὅσιον D. 44. ἔπειτα] ἔπειτα δὲ D.

*inesse possunt. Mortalem autem naturam circa locum hunc versari necesse est. Quapropter tentandum est, ut hinc eo quam ocissime fugiamus. Est autem fuga, ipsa Dei similitudo, quantum in nobis est. Similitudo autem, ut cum prudentia sancti ac justi simus.* Sapienter autem ac manifeste his verbis rationem nobis imitationis ostendit. Primum enim jussit ut mundana hæc et terrestria fugiamus, non tamquam procul ab hac terra subducti, sed animo atque affectu ab his curis terrestribusque negotiis liberati. Hoc enim patefecit in iis quæ sequuntur: *Fugam enim vocavi, hominis ad Deum similitudinem.* Laudabilis vero est illa verborum additio. Neque enim sua nobis lege præcepit, ut absolute ac simpliciter similes Deo simus; sed quantum vires hominis patiantur. Tum et similitudinis formam ostendit. Inquit enim: *Similitudinem voco, cum quis sanctitatem justitiamque cum prudentia consequitur.* Quæ accessio non minus et ipsa laudabilis ac peramanda est. Sunt enim nonnulli qui summam quidem justitiæ rationem habent; sed ii tamen stoliditate animi, cum ad actionem perventum est, pulchritudinem virtutis ejus corrumpunt. Multis vero præterea verbis Plato

πλειόνων ἐν αὐτῷ γε τῷ διαλόγῳ τὴν τελειότητα διδάσκει τῆς ἀρετῆς, ὧδέ πῃ γράφων· Λέγωμεν δὴ περὶ τῶν κορυφαίων. Τί γὰρ ἄν τις τοὺς παρανόμως ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίβοντας λέγοι; Οὗτοι δέ που οὔτε εἰς ἀγορὰν ἴσασι τὴν ὁδὸν, οὔτε ὅπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως ξυνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα ἢ γραφόμενα οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσιν· σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ᾽ ἀρχὰς καὶ ξύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ οἱ ξὺν 169
αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσταται αὐτοῖς· οὐδὲ εἰ κακός τις γέγονεν ἐν πόλει, ἤ τι τῳ κακὸν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς πρὸς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν
λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. Καὶ ταῦτα πάντα οὐδ᾽ ὅτι οὐκ [οἶδεν] οἶδεν· οὐδὲ γὰρ αὐτῶν ἀπέχεται τοῦ εὐδοκιμεῖν χάριν, τῷ ὄντι δὲ τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ, [καὶ] ὡς οὐδὲν ἀτιμάσασα, πανταχῇ πέταται, κατὰ Πίνδαρον, τά τε γῆς ὑπένερθεν, καὶ τὰ ἐπί-

169, 2. αὐλητρίσι] αὐλιστρίσι C. Vid. Bastii Comm. Palæogr. p. 716.
ib. προσίστανται] προσίσταται C. 3. κακὸς] κακῶς C. κακως D. εὖ δὲ ἢ κακῶς τι Sirm. 4. τῳ] τὸ C.D. 7. οἶδεν] οὐδὲν δὲ C. οὐδὲν D. 8. μόνον om. C.D. supra δὴ D. pro δέ. Mox πάντα ταῦτα D. 11. πέταται] ποτᾶται D. 12. ὑπένερθεν] ὕπερθεν C. Mox καὶ ὕπερ ἀστρον. D.

in eodem dialogo perfectionem virtutis ostendit [p. 173.]: *Loquamur itaque* (inquit) *de summis eximiisque philosophis. Quis enim de iis loqui curet, qui aberrant a legibus institutisque philosophiæ? Hi vero qui summi sunt, neque viam norunt quæ ad forum ducit, neque ubi judicium senatusve sit, aliusve publicus civitatis consessus. Leges præterea et decreta, seu verbis ferantur, seu scripta sint, neque audiunt hi, neque inspiciunt. Studia vero populi, suffragiaque creandis magistratibus collata, cœtus alios et conventicula, et convivia, lascivasque cum tibicinis comissationes, ne per somnum quidem sibi obversari velint. Neque vero etiam novit si quis malus est homo in civitate, neque si quid olim peccatum est ab antiquis vel viris vel mulieribus: immo autem magis hæc ignorat, quam quod dici solet, quot aquæ poculis mare constet. Verum et hæc omnia ignorare se nescit. Neque enim his abstinet rebus ea gratia ut laudetur, atque ut hominibus placeat. Solum itaque illius corpus in civitate versatur; mens autem illius, hæc omnia parvi faciens, ac veluti sint nulla contemnens, evolat in partes omnes, ut ait Pindarus, tum inferna terræ*

πεδα γεωμετροῦσα, οὐρανούς τε ὑπεραστρονομοῦσα, καὶ
26 πᾶσαν πάντῃ φύσιν διερευνωμένη. Ἐν δὲ τούτοις ὁ Πλά-
των τὴν τῶν ἡμετέρων φιλοσόφων ἐζωγράφησε πολι- 15
τείαν· οὐ γὰρ δή τις παρ' ἐκείνοις τοιοῦτος ἐγένετο.
Ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης, τῶν φιλοσόφων ὁ κορυφαῖος,
κἀν τοῖς γυμνασίοις κἀν τοῖς ἐργαστηρίοις διαλεγόμενος
διετέλει· καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἄστει διέτριβε, ποτὲ δὲ εἰς
Πειραιᾶ κατιὼν τὰς πομπὰς ἐθεώρει· καὶ τοῖς ὁπλίταις 20
δὲ ξυνταττόμενος [καὶ] ἐν Ποτιδαίᾳ καὶ ἐν Δήλῳ παρε-
τάττετο· καὶ μέντοι καὶ εἰς ξυσσίτια ἀπιὼν ἠνείχετο
καὶ Ἀριστοφάνους κωμῳδοῦντος, καὶ Ἀλκιβιάδου κω-
μάζοντος· τοῦτο γὰρ διδάσκει τοῦ Πλάτωνος τὸ συμ- 25
πόσιον· καὶ εἰς θέατρον ἀναβαίνων ξυνεθεᾶτο τῷ δήμῳ.
27 Ἥκιστα τοίνυν αὐτῷ προσήκει τὰ παρὰ Πλάτωνος εἰρη-
μένα. Εἰ δὲ τούτῳ οὐ προσῆκε, σχολῇ γ' ἂν ἄλλῳ τῳ
ἁρμόσειεν. Οἱ δὲ τῆς εὐαγγελικῆς ἐρασθέντες φιλοσο- 30
φίας πόρρω μὲν τῶν πολιτικῶν θορύβων γεγένηνται·
τὰς δὲ τῶν ὀρῶν ἀκρωνυχίας κατειληφότες, ἢ τὸν ἐν

24. τοῦτο—συμπόσιον om. D. 28. εἰ δὲ] οὐδὲ Va. Mox σχολῇ δ' D.
30. πόρρω] πόρρωθεν D.

*loca, tum et summa dimetiens, nihiloque secius ad astra cæli se tollens, omnemque naturam scrutabunda perlustrans.* His autem verbis Plato nostratium philosophorum, id est Christianorum hominum, vitam effinxit. Neque enim apud priscos illos Græcos philosophos talem ferme invenias virum. Socrates enim ille, quem philosophorum eximium jactitant, et in gymnasiis et in artificum officinis assidue disputabat: modo autem et in civitate moram trahebat; modo et ad Piræum se conferens pompas ipse quoque spectabat. Armatis etiam militibus sese inferens, et in Potidæa, et in Delo insula militavit. Cum vero etiam convivia comissationesque obiret, Aristophanis comœdi ludibria, et Alcibiadis petulantiam passus est. Hæc enim Plato suo in Symposio commemorat. Theatralesque etiam ludos populo insertus spectasse dicitur. Minime igitur Socrati conveniant quæ Plato superius ab eximio philosopho requisivit. Quod si ea Socrati non conveniant, ægre alium invenias cui ea conveniant. At quicumque evangelicæ philosophiæ studio inarserunt, procul se ab omni civitatis strepitu receperunt. Ergo aut montium fastigiis occupatis, aut alibi solitariis

ἐρήμοις χωρίοις ἀγαπήσαντες βίον, τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων καὶ τῷ ταύτῃ ξυνηρμοσμένῳ σφᾶς αὐτοὺς ἀπεκλήρωσαν βίῳ· οὐ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ κτημάτων ἐπιμελούμενοι, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς κατά γε τὸν κανόνα τῶν θείων διευθύνοντες νόμων, καὶ οἷόν τινες ἄριστοι ζωγράφοι πρὸς τὰ ἀρχέτυπα τῆς ἀρετῆς τὰς νοερὰς αὐτῶν ζωγρα-
28 φοῦντες εἰκόνας. Ὅτι γὰρ δὴ τούτοις ἁρμόττει τὰ παρὰ Πλάτωνος εἰρημένα μάρτυς αὐτὸς μετὰ πλεῖστα εἰπών· Ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπ' ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβαλλόμενον. Γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα ἢ εἴ τι πλέον ἀκούσῃ ὡς τις ἄρα κεκτημένος θαυμαστὰ πλήθη κέκτηται, πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν, εἰς ἅπασαν εἰωθὼς
29 τὴν γῆν βλέπειν. Ὅτι δὲ τῶν παρ' Ἕλλησι πεφιλοσοφηκότων οὐδεὶς ἐν ὄρει σηκὸν δειμάμενος ᾤκησεν, ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ παλαιὰ δηλῶσαι ξυγγράμματα, μαρτυρεῖτε δὲ καὶ ὑμεῖς, τοῖς τοῦτον μετιοῦσι νεμεσῶντες τὸν βίον.

33. ταύτῃ] ταύτης Va. Tum ξυηρμοσαμένῳ D. et infra κτημάτων καὶ παίδων. 44. τὸ τεῖχος] τε τεῖχος C. 45. ἢ εἴ] εἴη C. Tum ἀκουσίως πλέον τις D. 52. τοῦτον] τοιοῦτον D.

locis ad incolendum delectis, rerum divinarum contemplationi, ac vitæ quæ contemplationem eam deceret, sese penitus addixerunt; nulla uxorum, nulla filiorum, nulla agrorum, nulla domesticarum rerum cura distracti; sed animam dumtaxat sub regula divinarum legum in virtutis recto conservantes. Quod enim suis in tabulis facere optimi pictores solent, ad egregia virtutis exempla spiritales imagines depinxerunt. Ea vero Platonis verba nostris maxime hominibus convenire, ipse sit testis, qui plurimis interjectis verbis hæc addit [p. 174.]: *Rudem vero et indoctum præ sui negotii attentione talem philosophum fieri necesse est, non secus atque sint ipsi pastores: quasi illorum modo philosophus hic montano sit stabulo circumseptus. Cum vero audit esse qui decem millia jugerum, vel si quid est aliud majus, admirabili copia multitudineque possideat, valde exigua sibi audire videtur, qui universum terræ orbem spectare sit solitus.* Quod autem nullus Græcorum philosophorum montanum sibi constructum stabulum habitarit, satis veterum monumenta ostendunt. Idem vero et vos plane testamini, qui Christianos homines in ejusmodi solitudine vitam trahentes, odio

Ἀλλ' ὁ Πλάτων τοῦτον εἴρηκεν ἀξιαγαστότατον εἶναι. 170
30 Ξύμφωνα δὲ κἀν τῷ δευτέρῳ τῆς Πολιτείας ἔφη· Τὸν γὰρ τοιοῦτον, φησὶ, θέντες, τὸν δίκαιον αὖ παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, κατ' Αἰσχύλον, 5
οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Ἀφαιρετέον δὲ τὸ δοκεῖν. Εἰ γὰρ δόξει δίκαιος εἶναι, ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ, δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι. Ἄδηλον οὖν εἴτε τοῦ δι-
31 καίου εἴτε τῶν δωρεῶν καὶ τιμῶν ἕνεκεν τοιοῦτος εἴη. Γυμ- 10
νωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ. Μηδὲν γὰρ ἔχων δόξαν ἐχέτω μεγίστην ἀδικίας, ἵνα βεβασανισμένος ᾖ εἰς δικαιοσύνην, τῷ μὴ τίθεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς γιγνο- 15
μένων· ἀλλ' ἔστω ἀμετάστατος μέχρι θανάτου, δοκῶν εἶναι
32 ἄδικος διὰ βίου. Καὶ ταῦτα δὲ ὡσαύτως τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττει τῆς ἀρετῆς ἀθληταῖς. Οὐ γὰρ Ἀντισθένει καὶ Διογένει καὶ Κράτητι παραπλησίως κενῆς ἕνεκα δόξης, ἀλλ' αὐτοῦ γε εἵνεκα τοῦ καλοῦ δρῶσιν ἃ δρῶσιν. Διὸ 20

170, 6. δόξαι] δόξει D. et mox ἕνεκα. 11. διακείμενος] διακειμένῳ C.D. Mox μεγίστης D. 13. τῷ μὴ] τὸ μὴ C. 14. ὑπὸ] ἀπὸ C. 20. ἃ δρῶσιν om. D.

magno perosi estis: cum tamen id vitæ genus Plato valde laudandum esse existimarit. Consentanea vero his et in secundo Reipublicæ libro inquit [p. 361 B.]: *Tali homine semel a nobis posito, juxta hunc rursus statuamus virum simplicem, justum, ingenuum, generosum, qui, ut ait Æschylus, esse quidem bonus appetat, minime autem videri. Illud enim Videri velle, prorsus tollendum censeo. Nam si justus hominibus videatur, honores illum et munera insequentur. Incertum itaque erit, utrum is præmiorum ac dignitatum causa sit talis. Nudandus itaque est rebus omnibus, solaque illi justitia relinquenda; ut ita in contrariam partem redigatur atque prius affectus erat. Cum itaque nihil habeat injustitiæ, tamen injustissimus esse credatur: ut hoc examine probetur ad justitiam, si nec infamia, nec rebus iis quæ proveniunt ab infamia, moveatur, sed immutabilis ad mortem usque persistat, tametsi per omnem vitam credatur esse injustus.* Hæc autem et athletis nostris maxime congruunt. Neque enim quæ recte faciunt fortiterque depugnant, Antisthenis Diogenis et Cratetis modo, inanis gloriæ causa faciunt; sed honestatis solius habita ratione. Eamque ob rem semoti a civitatibus et pagis vitam agunt, hominibus quidem virtutem occultan-

δὴ καὶ πόλεων καὶ κωμῶν πόρρω διάγουσι, τὴν ἀρετὴν κατακρύπτοντες, καὶ μόνῳ γε τῷ ταύτης ἀγωνοθέτῃ δεικνύντες. Ἀλλ' ὑμεῖς τοὺς μὲν οὕτως ἀγωνιζομένους οὔτε θεωρεῖν οὔτε θαυμάζειν ἐθέλετε. Εἰ δέ τινας ἴδοιτε τὸ μὲν πρόσχημα τοῦτο περικειμένους, οὐ πάντα δὲ συνομολογοῦντα τῷ σχήματι βίον ἀσπαζομένους, εὐθὺς εἰς λοιδορίαν κινεῖτε τὴν γλῶτταν. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνους ἐβάλλετε μόνους, εἶχεν ἄν τινα τὸ γιγνόμενον λόγον· ἐπειδὴ δὲ μετ' ἐκείνων καὶ τοὺς ἄντικρυς ἐναντίως διακειμένους ἐκείνοις, καὶ ἀληθῶς φιλοσοφοῦντας, κωμῳδεῖν πειρᾶσθε καὶ διασύρειν, τὸν ἀδικώτατον ὑμῶν δῆλον ποιεῖτε σκοπόν· οὐ γὰρ τοῖς πονηροῖς ἀπεχθάνεσθε, ἀλλὰ τὸν ἀξιέπαινον διαβάλλετε βίον· ὅμοιον ποιοῦντες ὥσπερ ἂν εἴ τις πίθηκον ἰδὼν μιμούμενον ἄνθρωπον, δι' ἐκείνην τὴν μίμησιν καὶ τῶν ἀνθρώπων μισήσοι τὴν φύσιν. Ταύτης δέ τοι τῆς γνώμης, οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ Πλάτων κατηγορεῖ. Ἐν γάρ [τοι] τῷ Θεαιτήτῳ φησί· Σκεψώμεθα δέ πῃ τῇδε. Φέρε, εἴ τις αἰγῶν τροφὴν, καὶ τὸ ζῶον αὐτὸ, κτῆμα ὡς καλόν ἐστιν, ἐπαινοῖ,

33 κνύντες. 25 30 34 φύσιν. 35 40

37. μισήσοι] μισοίη Sirm. 40. φέρε εἴ τις] φέρει τις C. 42. ἐπαινοῖ] ἐπαινοίη D.

tes; soli autem illi penes quem sunt eis reposita præmia, ostendentes. Vos tamen pugiles nostros tam bene decertantes nec spectare vultis, nec laudibus exornatis. Si quos autem forte Christianos videatis nominis quidem hujus specie circumamictos, neque penitus consentaneam figuræ vitam retinentes, illico in maledicta linguam commovetis. Ac si quidem solos ejusmodi homines infamia peteretis, posset vestrum istud factum aliqua ratione ductum videri: quia vero et una cum illis contenditis eos maledictis aspergere passimque traducere, quos plane constat contrariam ac longe diversam ab illis vitam agere, mentis vestræ iniquitatem, pessimumque consilium ita proditis. Neque enim malis infensi estis, sed officiosam vitam laudabilemque damnatis: non secus facientes ac si quis simiam conspicatus hominis gestus aliquos imitari, ob eam imitationem genus hominum odio persequatur. Hoc vero tam insulsum iniquumque judicium non ego solus accuso, sed Plato hisce verbis in Theæteto persequitur [Legg. p. 639 A. Eus. p. 609 C.]: *Videamus autem hac ferme ratione. Est qui e capris alimentum percipit: ideoque hoc animal, ut rem*

ἄλλος δέ τις, ἐωρακὼς αἶγας χωρὶς νεμομένας αἰπόλου ἐν ἐργασίμοις χωρίοις δρώσας κακὰ, διαψέγοι, καὶ πᾶν θρέμμα ἄναρχον ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ἰδὼν οὕτω μέμφοιτο, τὸν τοιοῦτον ψόγον ἡγούμεθα ὑγιὲς ἄν ποτε ψέξαι, καὶ ὁτιοῦν; Καὶ ὅπως; Ταῦτα τοῦ Πλάτωνος, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα. Ἐδίδαξε δὲ μὴ ἅπαντα σκώπτειν τὰ θρέμματα διὰ τὰ κακῶς ὑπὸ κακῶν ἀρχόντων ἀρχόμενα, ἢ ἄρχοντος πάμπαν ἐστερημένα. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν διαρρήδην διδάσκει, ὡς φιλοσόφων πλῆθος ἀδύνατον γενέσθαι· Ναρθηκοφόροι μὲν γὰρ πολλοὶ, φησὶν, βάκχοι δέ τε παῦροι· τοῦτο δὲ καὶ ὁ δεσπότης ἔφη Χριστός· Πολλοὶ γὰρ, εἶπε, κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Ξυνῳδὰ [δὲ] τούτοις ὁ Πλάτων κἀν τῇ Ἐπινομίδι φησιν· Οὔ φημι εἶναι ἀνθρώποις δυνατὸν μακαρίοις [τε] καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πλὴν ὀλίγων. Μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομαι. Καλὴ δὲ ἐλπὶς τελευτήσαντι τυχεῖν ἁπάντων. Τί δήποτε τοίνυν χαλεπαίνετε παρ' ἡμῖν ὁρῶντές τινας ψευδομένους ὃν ἐπαγγέλλονται βίον; Ἀνθ' ὅτου δὲ μὴ

48. ἅπαντα] πάντα D. 50. ἀρχόμενα] ἀγόμενα D. ult. πολλοὶ φησὶν] φησὶν πολλοὶ D.

171, 1. Χριστὸς ἔφη D. qui mox ἦτε pro εἶπε. 8. ἡμῖν] ἡμῶν C.D.

*perutilem, laudat. Alius vero, capras nactus sine custode pascentes, cultumque agellum devastantes, et has ipsas detestatur, et quodcumque pecus viderit vel rectore cassum, vel a malis custodibus rectum. An vero idcirco æquum putemus, ut tali accusatione, quodcumque aliud vel innoxium pecus accuset?* Hæc autem Platonis verba, non mea sunt, quibus nos admonet, non debere pecora omnia in universum damnari, ob ea quæ a malis pastoribus aguntur, vel quæ pastoribus carent. Rursusque alibi [Phæd. p. 69 C.] manifeste nos docet, non posse multitudinem esse philosophorum: *Multi quidem ferulas gestant*, commune Satyrorum insigne; *pauci vero sunt Bacchi.* Idem quoque, verbis tamen aliis, Christus noster affirmat. Inquit enim; *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Quibus verbis ea consentanea sunt quæ Plato inquit in Epinomide [p. 973 C.]: *Nequaquam dixerim posse homines felices ac beatos fieri, præterquam in paucis. Dum vitam hanc vivimus, ita decerno. Optima vero est spes morienti omnia consequi.* Quid igitur iniquo animo fertis, quid indignamini, quod nonnullos nostrum videtis quam profitentur vitam moribus mentientes? Quare autem contra non laudatis, nec

θαυμάζετε τοὺς τὸν ὑπερφυᾶ βίον ἠγαπηκότας, καὶ ἐν σώματι μὲν ἀγωνιζομένους, τὴν ἀσώματον δὲ πολιτείαν ἐζηλωκότας; Πᾶν γὰρ τοὐναντίον ἔδει ποιεῖν· τοὺς μὲν [ἄγαν] θαυμάζειν [ὡς] ὑπεραλλομένους τὰ τῆς φύσεως σκάμματα, τοῖς δὲ νέμειν τινα ξυγγνώμην, [ὡς] ὑπὸ 38 τῶν ἐμφύτων κατασυρομένοις παθῶν. Ὅτι γὰρ [δὴ] ταῦτα παγχάλεπα ἴστε καὶ ὑμεῖς· οὐ γὰρ ἐκ δρυὸς, κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον, ἢ ἀπὸ πέτρης γεγένησθε. Δεδήλωκε δὲ τοῦτο καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ τῆς Πολιτείας πρώτῳ διαλόγῳ, τὸν Κέφαλον εἰσαγαγὼν τῷ Σωκράτει διαλεγόμενον, καὶ λέγοντα· Εὖ ἴσθι ὅτι ἔμοιγε ὅσον αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί. 39 Εἶτα πυθομένου τοῦ Σωκράτους εἰ ἔτι τὸ τῶν ἡδονῶν ἐπανίσταται πάθος, ὑπολαβὼν ἔφη· Εὐφήμει ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μὲν τὰ τοιαῦτα ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Ἐνταῦθα μὲν οὖν περὶ τῆς αἰσχρᾶς ἡδονῆς τοιαῦτα διελήλυθεν· ἐν δὲ τῷ Γορ-

13. ὑπεραλλομένους] ὑπερβαλλομένους D. 16. [δὴ] om. C. 18. πεύκης] πέτρας D. (et sic interpres) omisso mox τοῦτο. 26. μέν τοι αὐτὰ] τε τοιαῦτα C. τὰ τοιαῦτα D. 27. ὥσπερ] ὡς C. 29. διελήλυθεν] διεξελήλυθεν D.

admiramini, quos videtis supra hominum conditionem vitam sectari, ac in corpore quidem contra difficultates rerum tentationesque pugnare, incorpoream tamen ac spiritualem vitam imitari? Contra enim facitis ac hos facere decuit et oportuit. Laudandi enim vobis erant, qui humanæ naturæ foveas expediti levesque transiliunt: illis autem nonnihil ignoscendum fuit, qui ab insitis naturæ malis affectionibus rapiuntur. Quam sint enim hæ ad superandum difficiles, ipsi non ignoratis. Neque enim e querno stipite, aut duris e cautibus geniti prodiistis. Hoc et Plato manifeste ostendit in primo Reipublicæ suæ libro, Cephalum cum Socrate hisce verbis dissertantem inducens [p. 328 D.]: *Tu sic habeto. Quanto mihi aliæ corporeæ voluptates emarcescunt in dies magis, magisque debilitantur, tanto magis augescit desiderium colloquendi, sermonisque voluptas.* Tum Socrate interrogante an et jam libidinosæ voluptatis affectus contra eum insurgerent: *Meliora*, inquit, *loquere. Ego enim libentissime has voluptatum perturbationes effugi; non secus ac truculentum quendam sævissimumque tyrannum effugerim.* Hoc autem loco de turpi atque obscœna voluptate hæc dixit.

γίᾳ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας ὧδέ φησι· Χαλεπὸν μὲν γὰρ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιον, ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ γενόμενον τοῦ ἀδικεῖν δικαίως διαβιῶναι· ὀλίγοι δὲ γίνονται οἱ τοιοῦτοι. Ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι γεγόνασιν, οἶμαι δὲ ἔσονται καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν, ἣν τοι δικαίως διαχειρίζωσιν ἃ ἄν τις ἐπιτρέπῃ. Καὶ αὖ πάλιν· Ἀλλ' ἐν τοσούτοις λόγοις πολλῶν ἐλεγχομένων μόνος οὗτος ἠρεμεῖ ὁ λόγος, ὡς εὐλαβητέον ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Καὶ τούτους δὲ πάλιν τοὺς λόγους ὁ Σωκράτης τῷ Κρίτωνι προσενήνοχε· μετὰ γὰρ πολλοὺς ἑτέρους καὶ τάδε προστέθεικεν· Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν. Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται· ἐπειδήπερ οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν. Τί δὲ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; Οὐ [δεῖ] δῆπου, ὦ Σώκρατες. Τί δέ; ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι, δίκαιον, ἢ οὐ δίκαιον; Οὐδαμῶς. Τὸ γάρ που κακὸν ποιεῖν

35. διαχειρίζωνται] διαχειρίζουσιν C.Vb. διαχωρίζουσιν Va. διαχειρίζωσιν D. et mox ἐπιτρέποι. 41. πάλιν] αὖ πάλιν D. 46. τί δὲ δή] τῇδε ἢ D. 47. οὐ [δεῖ] δῆπου] οὐ δῆπου δὴ D. ib. τί δέ] δεῖ δὲ C.D.

In Gorgia vero de justitia deque injustitia ita loquitur [p. 526 B.]: *Difficile, o Callicles, ac impendio est laudabile, hominem juste vivere qui in potestate magna constitutus, impune queat esse injustus. Pauci enim tales inveniuntur viri. Nam et hic et alibi fuisse non nego; putoque etiam fore virtute hac honestos bonosque homines, si ea juste dispensent quæ sibi commissa sint.* Et rursus [p. 527 B]; *Sed enim cum ex tot sermonibus jam multi redarguti fuerint, solus hic sermo nobis honestissime conquiescit, quo decernimus cavendum magis esse ne injurii aliis ipsi simus, quam ne quid ab aliis injuriæ patiamur: præque rebus omnibus ei, qui vere sit vir, hoc curandum esse, ne videatur quidem, sed reipsa sit bonus, et publice et privatim.* Eosdem vero sermones et Critoni Socrates loquutus est. Post multa enim quæ dixit, hæc ita intulit [p. 49 B.]: *Nullo igitur pacto oportet injuria quemquam afficere; neque, si tibi inferatur, eam vicissim referre, sicuti multos sentire video. Nullo siquidem pacto decet esse injurium. Quid vero, Criton, malone quemquam licet afficere, an non licet? Nullo modo licet, o Socrates. Malum vero in eum referre a quo prior passus fueris, fasne est, an nefas? Nullo quidem modo fas*

ἀνθρώποις τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. Καλῶς λέγεις. Οὔτε
οὖν ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων,
43 οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ τις ὑπ' αὐτῶν. Τοιαύτην μὲν οὖν 172
ἀδικίας πέρι καὶ δικαιοσύνης Σωκράτης καὶ Πλάτων
διδασκαλίαν ἐποιησάτην, ἀξιέπαινον ἀληθῶς καὶ λογι-
κὴν καὶ τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ξυμβαίνουσαν· τὰ γὰρ
ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐπαίδευσε.
Διαπλάσας γάρ τοι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ὁ ποιητὴς,
ἐντέθεικε τῇ φύσει τὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τὴν τῶν ἐναν-
τίων διάγνωσιν. Ὅθεν οὐ μόνον Σωκράτης καὶ Πλάτων
καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου καὶ ἄλλοι τινες τῶν Ἑλ-
λήνων τὸν ἄδικον ἐβδελύξαντο βίον, ἀλλὰ καὶ τῶν
44 βαρβάρων πολλοί. Καὶ γὰρ Ἑλλάνικος ἐν ταῖς ἱστο-
ρίαις ἔφη, Τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια
ὄρη, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, μὴ κρηφαγοῦντας, ἀλλ' ἀκρο-
δρύοις χρωμένους. Καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ἱστοροῦσιν ἕτεροι
ἐν ταῖς ὕλαις διάγειν, φύλλοις τὸ σῶμα καλύπτοντας.
45 Καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην φιλόσοφον γεγενῆσθαί

52. ἀνταδικεῖν] ἀντιδικεῖν C. et sic D. pr.

172, 8. διάγνωσιν] διάκρισιν D. 14. κρηφαγοῦντας] κρεωφαγοῦντας D.

*est: malo enim quemquam afficias, an sis illi injurius, nihil differt. Recte inquis. Neque igitur injuriam referre, neque malum inferre cuiquam licet; ne si quidem quodvis quisquam prior patiatur.* Hanc igitur de justitia deque injustitia Socrates ac Plato doctrinam nobis tradiderunt; laudabilem illam prorsus rationique consentaneam, nec ab humano ingenio abhorrentem. Moralem siquidem disciplinam mortales omnes natura ipsa erudiit. Creator enim Deus cum hominem de terra effinxit, humano ingenio indidit bonorum malorumque discretionem. Hinc factum est ut non solum Socrates, Plato, Aristides, Lysimachus, ac nonnulli alii Græcorum injustitiam abominati fuerint, verum etiam barbarorum quamplurimi. Ut enim Hellanicus in Historia sua testatur, Hyperboreæ gentes ultra montes quidem Rhipæos habitant, et tamen justitiam colunt. Neque enim carnibus vescuntur, sed arboreis tantum fructibus vivunt. Alii quoque narrant historici Brachmanas in silvis agere, corpus frondibus vestientes. Aiunt præterea Scytham fuisse Anachar-

φασιν. Οὕτως δὲ αὐτὸν ὁ τῆς φιλοσοφίας ἐπυρπόλησεν ἔρως, ὡς ὀνομαστότατον γενέσθαι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀοί- 20
διμον. Οὐ γὰρ μόνον ἐγρηγορὼς πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζετο πάθη, ἀλλὰ καὶ καθεύδων τὰ τῆς ἐγκρατείας παρεδήλου σημεῖα· εἰώθει γὰρ τῇ μὲν λαιᾷ τὰ αἰδοῖα κατέχειν, τῇ δεξιᾷ δὲ τὰ χείλη συνέχειν· ταύτῃ πῃ δηλῶν, ὡς πολλῷ μείζων ἐστιν ἡ ἀγωνία τῆς γλώττης, καὶ 25
46 μείζονος ἐπικουρίας εἰς ἀσφάλειαν δεῖται. Καὶ Χείρωνα δὲ τὸν Κένταυρον Ἑρμιππός φησιν ὁ Βηρύτιος δικαιοσύνης γενέσθαι διδάσκαλον, καὶ Ὅμηρος δὲ αὐτὸν δικαιότατον τῶν Κενταύρων ἐκάλεσεν. Οὐ τοίνυν μάλα 30
προσήκει θαυμάζειν οὔτε Ἡσίοδον, τραχεῖαν λέγοντα τῆς ἀρετῆς τὴν ὁδὸν καὶ προσάντη καὶ δύσβατον, οὔτε Σιμωνίδην, Τὰν ἀρετὰν εἰρηκότα ναίειν δυσβάτοις ἐπὶ πέ-
47 τραις. Ἃ γὰρ δὴ τῷ Χείρωνι καὶ τοῖς Ἱππημολγοῖς 35
προσεμαρτύρησεν Ὅμηρος, καὶ ἅπερ Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἔργῳ μετῆλθε, ταῦτα λόγῳ παρήνεσαν οἱ ἐπαινούμενοι ποιηταί. Καὶ Ἀντισθένης δὲ ὁ Κυνικὸς (Σωκρατικὸς δὲ καὶ οὗτος) τοῦ ἥδεσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον

18. ἐπυρπόλησεν] ἐξέκαυσεν D. qui mox μόνον γάρ. 33. ναίειν] ναίειν δὲ D. 38. Σωκρατικὸς] Σωκράτης D.

sin philosophum. Tanto autem illum philosophiæ amore inarsisse affirmant, ut celeberrimus evaserit, apudque omnes homines late illustris. Neque enim solum adversus animi perturbationes vigili cura pugnabat, verum etiam dormiens magna dedit suæ continentiæ argumenta. Consuerat enim sinistra quidem manu virilia continere; dextra vero, labra ipsa comprimere: ut ita ostenderet majoris esse negotii opus in coercenda lingua, majorique nos auxilio indigere ut ab ejus periculis tuti esse possimus. Hermippus autem Berytius, Chironem ait Centaurum præcepta justitiæ tradidisse. Homerus quoque eundem vocat Centaurorum multo justissimum. Haud itaque admirandum est quod Hesiodus virtutis viam et arduam et asperam et inaccessam proponat; quodque Simonides habitare virtutem dicat petras invias ac difficiles. Quæ enim de Chirone centauro, deque Hippomolgis Homerus testatus est, quæque Anacharsis Scytha re ipsa præstitit, ad ea nos suis carminibus probi illi poëtæ hortati sunt. Antisthenes vero Cynicus, [Clem. Alex. Str. II. p. 492 et sq.] qui et Socraticus fuit, præstare

εἴρηκεν εἶναι· διὸ καὶ παρήνει τοῖς γνωρίμοις μηδὲ 40
48 δάκτυλον ἐκτεῖναί ποτε εἵνεκα ἡδονῆς. Τῆς τούτου διδασκαλίας τετύχηκε Διογένης ὁ Σινωπεὺς, λόγῳ μὲν καὶ αὐτὸς τὴν φιλοσοφίαν ζηλώσας, ἡδονῆς δὲ δοῦλος γενόμενος, καὶ δημοσίᾳ ταῖς ἑταίραις μιγνύμενος, καὶ κάκι- 45
στον τοῖς θεωμένοις προσφέρων παράδειγμα. Φασὶ δὲ αὐτὸν, μεμψαμένου τινος τὸ γιγνόμενον, καὶ εἰρηκότος, Τί ποιεῖς, ὦ Διόγενες; φάναι ἐκεῖνον, τῇ συνήθει λοιδορίᾳ χρησάμενον, Ὦ κάθαρμα, εἰ ἐπιτύχοιμι, ἄνθρωπον.
49 Οὕτως ἀνέδην ἐλάγνευε. Τούτου Κράτης ὁ Θηβαῖος τὸν 50
βίον ἐζήλωσε, καὶ πολλαῖς μὲν εὐφημίαις τὴν ἀρετὴν ἐστεφάνωσεν· αὐτοῦ γὰρ δὴ ὅδε ὁ λόγος·

Ἡδονῇ ἀνδραποδώδει ἀδούλωτοι καὶ ἄκαμπτοι
ἀθάνατον βασιλείαν ἐλευθερίαν τ' ἀγαπῶσιν.

Οὗτος εἰώθει λέγειν, τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς κατά- 173
παυμα λιμὸν εἶναι· εἰ δὲ μὴ, βρόχον. Ἀλλὰ τοῦ πάθους ἐπαναστάντος Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν δημοσίᾳ ἔγημε, καὶ τὰ κυνογάμια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτέλεσεν, 5

40. παρήνει] παραίνει D. 49. ἐπιτύχοιμι—βίον] ἐπὶ τὸ ναῖον D. 52. ὅδε ὁ] ὁ om. D.
173, 2. κατάπαυμα] κατάπλασμα D. 4. Μαρωνεῖτιν—κυνογαμία] Μαρωνῖτιν—κοινογαμία D.

inquit insanire quam oblectari. Idcirco et amicos hortatur ut ne digitum quidem voluptatis causa extendant. Hujus sane doctrinam consectatus est Diogenes Sinopensis; verbo quidem tenus philosophiæ inserviens, servus tamen factus voluptatis, pessimumque exemplum spectatoribus præbens. Aiunt sane, cum ejus factum quidam reprehendens percontaretur, *Quidnam facis, o Diogenes;* respondisse illum non absque solita contumelia; *O scelus, Hominem facio; si forte, quod molior, eveniat.* Adeo scilicet impudenter is venerem exercebat. Hujus vitam Crates ille Thebanus imitatus est, qui multis quidem laudibus virtutem coronavit: ejus enim est hæc sententia: *Qui ad servilis imperia voluptatis liberi atque inflexi persistunt, immortale regnum libertatemque amant.* Idem dicere consuerat, veneris appetitum si non fame, at laqueo coerceri. Verum is libidine insurgente Hipparchian Maronitida publico in prospectu duxit uxorem, communesque nuptias in varia porticu celebravit, magnificis illis suis de virtute sententiis prorsus omissis.

50 ἐρρῶσθαι πολλὰ φράσας τῇ ὑψηγορίᾳ τῶν λόγων. Καὶ
'Αρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναϊκὸς, ὀνειδιζόμενος ὅτι δὴ θαμὰ
ξυνεγίνετο τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ, Ἔχω, ἔλεγε, Λαΐδα,
καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Καὶ οἱ Περιπατητικοὶ δὲ
λόγῳ μὲν εὐφήμουν τὴν ἀρετὴν, ἐκύδαινον δὲ ἔργῳ τὴν
ἡδονήν· καὶ ταῦτα αὐτῶν οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ'
51 αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσιν. 'Αρι-
στοκλῆς γάρ που ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνα ἔφη τὸν
Πυθαγόρειον περὶ 'Αριστοτέλους φάναι, ὅτι ἐν ἐλαίῳ
θερμῷ λουόμενος τοῦτο ὕστερον ἀπεδίδοτο· καὶ ἡνίκα
δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας ἔφη διερευνωμένους
τὸ πλοῖον εὑρεῖν (ἐν) αὐτῷ λοπάδια χαλκᾶ τέτταρα καὶ
ἑβδομήκοντα· ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι, τριακοσίας αὐ-
52 τὸν ἐσχηκέναι λοπάδας. Καὶ οἶμαι αὐτοὺς μὴ παντά-
πασι ψευδέσθαι. Ἐν τούτοις γὰρ δὴ ἐκεῖνος τὴν εὐδαι-
μονίαν ὡρίζετο. Εἰώθει γὰρ λέγειν, οὐκ ἄλλως εὐδαί-
μονά τινα γίγνεσθαι, ἢ διὰ τῆς τοῦ σώματος εὐπαθείας,
καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς περιουσίας· ὧν ἄνευ μηδὲν τὴν ἀρε-
τὴν ὠφελεῖν. Καὶ τοῦτο [δὴ] σαφῶς 'Αττικὸς ὁ Πλα-

7. δὴ om. D. 16. ἀπεδίδοτο] ἀπεδίδωτο D. 19. τριακοσίας] Ab h. l. usque ad ἔφηκε p. 174, 5. lacuna est in C. ib. αὐτὸν om. D.

[Clem. Al. Str. IV. p. 619, 15.] Aristippus vero Cyrenaicus graviter increpitus quod amicam Corinthiam frequens adiret, *Habeo*, inquit, *Laidem; me vero Lais non habet.* [Clem. Alex. p. 490, 29.] Ipsi præterea Peripatetici, verbis quidem virtutem laudabant, re autem ipsa voluptati studebant. Neque hac in re ab aliis accusantur, sed ipsimet turpia de præceptore suo conscribunt. Aristocles enim Peripateticus ait [Euseb. P. E. p. 792.] Lyconem Peripateticum testari, morem eum fuisse Aristoteli, ut oleum venderet quo se prius calido perunxisset. Cumque is olim in Chalcidem navigasset, publicanos explorato ejus navigio invenisse ollas ejus olei quatuor ac septuaginta, vel, ut alii referunt, trecentas. Puto autem illos haud ita prorsus mentiri. Hujusmodi enim rebus felicitatem Aristoteles finiebat: quippe qui solitus esset dicere, non alia ferme ratione posse quemquam fieri beatum, quam prospero ac jucundo corporis statu, externarumque rerum affluenti copia. Sine his enim aiebat virtutem nihil utilitatis afferre. Hæc autem Atticus Platonicus in iis quæ ad Aristotelem scribit, ma-

τωνικὸς ἐν οἷς πρὸς Ἀριστοτέλην γράφει δεδήλωκε.
53 Τὰ τοίνυν κατ' αὐτοῦ λεγόμενα βεβαιοῦσιν οἱ λόγοι· ὁ
δὲ Πλάτων ἄντικρυς ἐναντία διδάσκει. Ἐν γὰρ τῷ
τρίτῳ τῆς Πολιτείας ἐπιμελεῖσθαι κελεύει τοῦ σώματος,
ψυχῆς εἵνεκα ἁρμονίας, δι' οὗ βιοῦν τ' ἔστι, καὶ ὀρθῶς βι-
54 οῦν, καταγγέλλοντας τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα. Τοῦτο
δὲ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος παραινεῖ λέγων· Ἡ νὺξ προέ-
κοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ
σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ Φωτός· ὡς ἐν ἡμέρᾳ
εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ
κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ· ἀλλ' ἐνδύσασθε
τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποι-
55 εῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Οὐ γὰρ τοσαύτην αὐτῷ προσφέρειν
δεῖ θεραπείαν, ὥστε κατασκιρτᾶν τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ἵνα
ὑπουργῇ καὶ συνεργῇ, καὶ τοῖς ἐκείνης ἕπηται νεύμασι.
Ξυμπεφώνηκε τοίνυν [ἐν τούτοις] ὁ Πλάτων τοῖς ἡμε-
τέροις, τὴν ἀναγκαίαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι παρεγγυήσας
τοῦ σώματος. Ἐπέδειξε δὲ καὶ ὅπως ἄρχεταί τε καὶ

40. προσφέρειν δεῖ] δεῖ προσφέρειν D. 43. [ἐν τούτοις] om. D.
46. τε καὶ] τε om. D.

nifeste ostendit [v. Euseb. XV. 4.] Quæ itaque contra Aristotelem dicuntur, multorum sermone confirmantur. At Plato contraria prorsus docet. In tertio enim Reipublicæ [Clem. Al. IV. p. 571.] suæ libro, rationem habere corporis jubet; sed propter animæ harmoniam. Per corpus enim vivere est hominibus, ac recte etiam vivere; iis videlicet qui sese in prædicanda veritate exerceant. Hoc autem et apostolus adhortatur, cum inquit: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus; non in comissationibus et ebrietatibus; non in cubilibus et impudicitiis; non in contentione et æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.* Neque enim sic diligenter curandum est corpus, ut contra rationem animumque exsiliat; sed ut ministerium suggerat animæ, sociamque opem ferat, nutibus illius obtemperans. Plato igitur hoc loco nostris consonus invenitur. Adhortatur enim nos, ut necessariam curam corporis habeamus. Ostendit autem quibus ab initiis ortum habeat, quoque pacto augescat ipsius appetitus, ac libidinum

56 αὔξεται τῆς ἐπιθυμίας τὸ πάθος· Ἡμεῖς γὰρ, ἔφη, λέξοιμεν ἂν ἴσως οὐκ ἀτόπως, ὅτι ἄρχει μὲν ἔρωτος ὅρασις, αὔξει δὲ τὸ πάθος ἐλπὶς, τρέφει δὲ μνήμη, τηρεῖ δὲ συνήθεια. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ περὶ τῆς ἀρετῆς εἴρηκε· Παντὸς γὰρ, ἔφη, φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη, καλῶς ὀρθωθεῖσα πρὸς ἀρετὴν, τῆς ἑαυτοῦ φύσεως κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι
57 τὸ πρόσφορον. Καὶ ὁ Σωκράτης δὲ φυλάττεσθαι ἐκέλευσε 174
τὰ ἀναπείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, καὶ μὴ διψῶντας πίνειν· καὶ τὰ βλέμματα καὶ τὰ φιλήματα τῶν καλῶν, ὡς χαλεπώτερον σκορπίων καὶ φαλαγγίων ἰὸν ἐνιέναι
58 πεφυκότα. Ἀλλὰ ταῦτα [τὰ] ῥήματα ἦν ἄλλως ἔργων γεγυμνωμένα. Εἰς γὰρ δὴ τὰ γυμνάσια τῶν νέων εἵνεκα καὶ καλῶν εἰώθει φοιτᾶν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἱστία τῇ κακῇ θεωρίᾳ. Καὶ μαρτυρεῖ Φίληβος, καὶ Φαῖδρος, καὶ Ἀντερασταὶ, καὶ Χαρμίδης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ διάλογοι
59 τοιαῦτα ἔχοντες διηγήματα. Ἃ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐν τῷ Συμποσίῳ περὶ Σωκράτους ἔφη Πλάτων μὲν ἔγραψεν, ἐγὼ δὲ φειδοῖ τοῦ Σωκράτους εἰπεῖν οὐκ ἀνέξομαι.

174, 1. ἐκέλευσε] ἐκέλευε D. 3. καὶ τὰ] τὰ om. D. 5. [τὰ] om. D. qui mox ἕνεκα.

perturbatio. Inquit enim: *Nos enim dicere fortasse haud absurde possimus, Visum, esse amoris principium; spe vero illum augeri, nutriri memoria, usu et assuetudine conservari.* Hoc vero ipsum et de virtute sic inquit [Legg. p. 765 E.]: *Omnis enim plantæ prima germinatio bene ad virtutem directa, naturæ suæ tamquam potentissima domina est, plurimumque valet ad opportunum finem consequendum.* Socrates quoque [Xen. Mem. I. 3.] suadelas omnis atque illecebras cavere nos jubet, ut esurientes non comedamus, neque sitientes bibamus: pulchrorum quoque oscula et obtutus vitare penitus jubet; utpote quæ pejus et scorpionibus et phalangiis venenum infundant. Ceterum mera verba hæc sunt, rebus factisque carentia. Socrates enim pulchrorum adulescentium causa frequens gymnasia obibat, flagitiosoque spectaculo pascebat oculos. Id enim et Philebus et Phædrus et Rivales et Charmides et alii Platonis dialogi testantur. Quæ vero Alcibiades in Symposio de eodem Socrate loquatur, Plato quidem scribit; ego autem, ut Socrati parcam, potius obticebo. Tantam ii dialogi Socratis ineptiam ac petulantiam narrant, tantumque incitamentum præbent lubricis ad peccandum hominibus.

Τοσαύτην ἔχουσιν ἀτοπίαν καὶ παροινίαν Σωκράτους καὶ λώβην τοῖς ὀξυρρόποις περὶ τὸ πταίειν οἱ λόγοι
60 ἐκεῖνοι ἐν ἐκείνῳ τῷ διαλόγῳ. Καὶ ἑσπερίσαι αὐτὸν καὶ διανυκτερεῦσαι πίνοντα ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων ἀπειρηκότων ἤδη καὶ τὸν ὕπνον ἀσπασαμένων ἐγρηγορότα μεῖναι πίνοντα καὶ μεταξὺ διαλεγόμενον, ὀνησιφόρον μὲν οὐδὲν, ἃ δὲ Ἀλκιβιάδῃ καὶ Ἀριστοφάνει καὶ τοῖς ἄλλοις
61 ἥρμοττε κωμασταῖς. Καὶ ὁ Πορφύριος δὲ, τὴν φιλόσοφον ἱστορίαν ξυγγράψας, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἀκρόχολον καὶ εὐόργητον εἴρηκε γεγενῆσθαι, Ἀριστοξένῳ μάρτυρι
62 κεχρημένος, τὸν Σωκράτους βίον ξυγγεγραφότι. Ἔφη γὰρ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐντετυχηκέναι πιθανωτέρῳ ἐκείνου. Τοιαύτην εἶναι τήν τε φωνὴν, καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ ἐπιφαινόμενον ἦθος, καὶ πρὸς ἅπασι δὲ τοῖς εἰρημένοις τὴν
63 τοῦ εἴδους ἰδιότητα. Γίγνεσθαι δὲ τοῦτο, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο· ὅτε δὲ ληφθείη ὑπὸ τοῦ πάθους τούτου, δεινὴν

15. παροινίαν] παράνοιαν D. ubi mox ἐκεῖνοι οἱ λόγοι. 18. πίνοντα] πεινῶντα D. ib. καὶ τῶν ἄλλων] τὰ μετὰ ταῦτα ἐν τοῖς τῆς Βατικάνης βιβλιοθήκης ἀντιγράφοις ἐκλιπόντα ἐφεξῆς ἐκ τοῦ προειρημένου ἀρχετύπου μεταγέγραπται. URSINUS. Quodnam archetypon hic indicet Ursinus, mihi non liquet. Neque enim Garnerius, qui schedas Ursinianas in lucem protulit, quidquam de eo monere dignatus est. 22. ἥρμοττε] ἥρμοζε D. 30. εἴδους] ἤθους D.

Aiunt enim Socratem a vespera totas noctes inter meri pocula protraxisse; aliisque jam defessis, somnumque appetentibus, ipsum tamen insomnem ad cyathos perstitisse, garrula inter potandum loquacitate diffusum, nihil tamen effatum quod frugi esset, verum quod Alcibiadi potius et Aristophani, aliisque procacibus convivis atque potoribus magis quam philosopho homini conveniret. Porphyrius item in ea quam de philosophis scribit historia [Cyrill. adv. Jul. p. 185 B.] primum fuisse Socraten inquit ad iracundiam excandescentiamque proclivem; Aristoxeno teste usus, qui vitam Socratis moresque conscripsit. Ait enim Aristoxenus, cum nullo se umquam homine conversatum qui Socrate ad persuadendum quæ vellet magis esset idoneus. Talem illi vocem orisque habitum; talem denique apparentem indolem narrat ei fuisse; præterque ea omnia propriam vultus ac formæ vim. Hæc autem in eo tunc viguisse, cum nulla iracundia tentaretur. Si quando enim ea teneretur perturbatione, magna illum impudentia

εἶναι τὴν ἀσχημοσύνην· οὐθενὸς γὰρ οὔτε ὀνόματος
ἀπέχεσθαι, οὔτε πράγματος. Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα δι- 35
εξελθὼν δείκνυσιν αὐτὸν καὶ ταῖς ἡδυπαθείαις δεδουλω-
64 μένον. Λέγει δὲ οὕτως· Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆ-
σιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι· ἢ γὰρ
ταῖς γαμεταῖς, ἢ ταῖς κοιναῖς χρῆσθαι μόναις. Δύο δὲ 40
ἔχειν γυναῖκας ἅμα· Ξανθίππην μὲν, πολίτην, καὶ κοινο-
τέραν πως· Μυρτὼ δὲ, Ἀριστείδου, θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμά-
χου. Καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην προσπλακεῖσαν λαβεῖν· ἐξ
ἧς ὁ Λαμπροκλῆς ἐγένετο· τὴν δὲ Μυρτὼ, γαμηθεῖσαν· ἐξ 45
65 ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος. Αὗται δὲ συνάπτουσαι
μάχην πρὸς ἀλλήλας, ἐπειδὰν παύσαιντο, ἐπὶ τὸν Σωκράτη
ὥρμων, διὰ τὸ μηδέποτε αὐτὰς μαχομένας διακωλύειν,
γελᾶν δὲ, καὶ ἀλλήλαις καὶ αὐτῷ μαχομένας ἐρῶντα. 50
Εἶναι δέ φησιν αὐτὸν ἐν ταῖς ὁμιλίαις αἰνῶς τε φιλαπεχ-
66 θήμονα καὶ λοίδορον καὶ ὑβριστικόν. Καὶ ταῦτα δὲ περὶ 175
τοῦ βίου Σωκράτους ὁ Πορφύριος ἔφη· Ἐλέγετο δὲ περὶ
αὐτοῦ, ὡς ἄρα παῖς ὢν οὐκ εὖ βιώσειεν, οὐδὲ εὐτάκτως.

33. οὐθενὸς] οὐδενὸς D. ubi mox τοῦ ὄν. et τοῦ πράγ. 40. μὲν πολίτην—Ξανθίππην om. D. πολῖτιν Sirm. 44. λαβεῖν] λαθεῖν Cyr. 48. ὥρμουν] ὥρμων V. 49. ἀλλήλαις] πρὸς ἀλλήλας D. et om. ὁρῶντα. 51. αἰνῶς τε] ἐνίοτε D.

prosilisse; ut qui nec verbi ulla nec facti turpitudine abstineret. Taliaque hoc pacto de Socrate persequutus, ostendit illum voluptatibus obnoxium servumque fuisse. Ait enim [ib. p. 186 C.]: *Fuisse illum ad venerem vehementissimum; ita tamen ut violentus nulli esset aut injurius: solis enim vel uxoribus vel vulgo prostantibus utebatur. Duas autem simul habuisse illum uxores narrat; Xanthippen videlicet civem, communioremque quodammodo; Myrtonamque filiam Aristidæ, Lysimachique neptem ex filia. Et Xanthippen quidem assumpsisse, prius sibi implicitam; ex qua Lamprocles filium: Myrtonam vero legitimis nuptiis uxorem duxisse; ex qua Sophroniscum Menexenumque susceperit. Hæ vero, cum a mutuis inter se contentionibus cessarent, in Socraten irruebant; eo quod disceptantes nequaquam cohibere sit solitus, sed cum risu spectaret, et mutuo inter seipsas et adversum sese ipsum contendentes. Ait vero Socraten fuisse in conversando nonnumquam difficilem, petulantem, contumeliosum.* Hæc denique Porphyrius in Socratis vita conscribit: *Vulgaris quoque fama percrebuit, puerum Socraten nec*

Πρῶτον μὲν γάρ φασιν αὐτὸν τῷ πατρὶ διατελέσαι ἀπειθοῦντα· καὶ ὁπότε κελεύσειεν αὐτὸν λαβόντα τὰ ὄργανα τὰ περὶ τὴν τέχνην ἁπαντᾶν ὁπουδήποτε, ὀλιγωρήσαντα τοῦ προστάγματος περιτρέχειν αὐτὸν ὁπουδήποτε δόξειεν. Ἤδη δὲ περὶ τὰ ἑπτακαίδεκα ἔτη προσελθεῖν αὐτῷ Ἀρχέλαον τὸν Ἀναξαγόρου μαθητὴν, φάσκοντα ἐραστὴν εἶναι· τὸν δὲ Σωκράτην οὐκ ἀπώσασθαι τὴν ἔντευξίν τε καὶ ὁμιλίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀρχέλαον, ἀλλὰ γενέσθαι παρ' αὐτῷ ἔτη συχνά· καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου προτραπῆναι ἐπὶ τὰ φιλόσοφα. Εἶτα μετ' ὀλίγα· Ἦν δὲ καὶ τῶν ἐπιτιμωμένων καὶ τάδε Σωκράτει, ὅτι εἰς τοὺς ὄχλους εἰσωθεῖτο, καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο πρὸς ταῖς τραπέζαις, καὶ πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς. Ταῦτα περὶ Σωκράτους ὁ Πορφύριος ἔφη, καὶ ἄλλα ἄττα, ἃ ἑκὼν εἶναι παρέλιπον. Ἐξ ὧν καταμανθάνειν ἔξεστιν, ὡς λόγοις ἐπήνουν ἐκεῖνοι τὴν ἀρετὴν, ἠσπάζοντο δὲ τὴν ἡδονὴν, καὶ τοῖς πάθεσι δουλεύειν ἠνεί-

175, 5. κελεύσοι] κελεύσειεν C.D. 6. ἁπαντᾶν] ἅπαντα C. 7. ὁπουδήποτε] ὅπου ποτέ C. Supra πράγματος V. pro προστάγματος. 13. οὕτως ὑπὸ τοῦ] πῶς ὑπὸ D. 14. τὰ] ἐπὶ τὰ D. 16. τὰς διατρ.] τὰς om. D. 17. τὰς τραπέζας καὶ πρὸς τοῖς] ταῖς τραπέζαις καὶ πρὸς ταῖς C.D. sed D. om. πρὸς sec. 20. καταμανθάνειν ἔξεστιν] καταμαθεῖν ἔνεστιν D.

*officiose, nec modeste vixisse. Primum enim aiunt eum perpetuo contumacem contra patrem fuisse. Quoties enim cumque a patre juberetur instrumenta marmorariæ artis in manus sumere, adversari solitum esse, contemptoque patris jussu licenter quocumque libuisset aberrare. Decimum vero ac septimum agenti annum accessisse Archelaum Anaxagoræ discipulum; qui se diceret amore ejus correptum: Socraten vero amatoris occursum ac familiaritatem minime aversatum multos illi annos convixisse; eoque pacto ab Archelao ad philosophiam traductum esse.* Paulo vero mox hæc idem Porphyrius de Socrate commemorat: *Inter cetera autem quibus Socrates accusabatur, hæc erant, quod in conferta populi turba conflictaretur, quodque ad mensas, ipsosque Hermas in triviis, dissertationes moramque protraheret.* Hæc et quædam hujusmodi alia de Socrate Porphyrius narrat; quæ sciens volensque prætereo. Ex iis autem quæ dixi nosse est, veteres illos philosophos verbis quidem laudare virtutem, re autem ipsa voluptatem sectari solitos, turpemque servitutem cupiditatum perpessos esse. Nam si, ut inquit Porphyrius, Socrates in venerem propensius ferebatur,

69 χοντο. Εἰ γὰρ δὴ κατὰ τὸν Πορφύριον καὶ περὶ τὰ ἀφροδίσια ὁρμητικῶς εἶχε, καὶ δύο γυναιξὶ κατὰ ταὐτὸν ὁμιλῶν οὐκ ἐλάμβανε κόρον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κοιναῖς ἀνέδην ἐχρῆτο, καὶ τῶν ἐν ταῖς παλαίστραις γυμνουμένων νέων κατὰ τὸν Πλάτωνα τὴν θέαν ἠσπάζετο, καὶ δυσόργητος ἦν, καὶ μόγις ἄττοντα κατέχειν ἠδύνατο τὸν θυμόν, καὶ λοίδορον εἶχε τὴν γλῶτταν καὶ ἀχαλί-
70 νωτον, ποῖον ἄρα εἶδος φιλοσοφίας μετῄει; Ὅτι δὲ καὶ Πλάτωνος κατηγοροῦσι τῶν παλαιῶν τινες ὡς πολλὰ πεποιηκότος φιλοσοφίας ἀνάξια, ἀκούσατε Ξενοφῶντος λέγοντος ἐν τῇ πρὸς Αἰσχίνην ἐπιστολῇ· Αἰγύπτου γὰρ ἠράσθησαν καὶ τῆς Πυθαγόρου τερατώδους σοφίας. Ὧν τὸ περιττὸν καὶ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτει διήλεγχεν ἔρως τυραννίδος, καὶ ἀντὶ διαίτης λιτῆς Σικελιῶτις γαστρὸς
71 ἀμέτρου τράπεζα. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὴν μετὰ Διονυσίου τοῦ τυράννου ἐν Σικελίᾳ διατριβήν. Τὰς γὰρ Ἀθήνας καταλιπὼν ἐκείνῳ ξυνῆν, Συρακουσίας ἀπολαύων χλιδῆς· καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τῷ

24. ταὐτὸν] ταὐτὸ D. 29. δυσόργ.] εὐόργ. Sirm. 31. δὲ καὶ] καὶ om. D. 37. διήλεγχεν] διήλεγξεν D. 38. ἀμέτρου om. C.D.

neque duarum simul uxorum satietatem capiebat, sed publice etiam prostantes fœminas impudenter inibat, atque, ut testis est Plato, nudos juvenes in palæstra cum voluptate spectabat; si erat idem pronior ad iracundiam vixque poterat exsilientem iram continere; si dicacis linguæ homo infrenisque erat; scire sane id velim quodnam is philosophiæ genus obierat. Ut autem noveritis Platonem quoque a nonnullis antiquorum accusari solitum esse, ut qui multa fecerit quæ philosophia indigna essent, audite quæ Xenophon in epistola ad Æschinem Socraticum scribit. Inquit enim [Euseb. P. E. p. 745 D.]: *Ægyptum enim adamarunt, monstrosamque Pythagoræ philosophiam. Quorum luxuriam, inconstantemque animum apud Socraten perdurandi, ostendit amor ille quo tyrannum prosequebatur, proque frugi ac parco victu Sicula Dionysii mensa gulæ atque edacitatis immodicæ appetita.* Innuit autem his verbis Porphyrius Platonis cum Dionysio Siciliæ tyranno consuetudinem. Athenis enim relictis, apud illum degebat fruens Syracusanis deliciis; neque minus Dionysio vita perfuncto cum ejus filio conversabatur. Tantum vero suis apud tyrannum adhortatio-

ἐκείνου παιδί. Τοσοῦτον δὲ παραινῶν τὸν τύραννον ὤνησεν, ὡς καὶ δεθῆναι κἀν ταῖς λιθοτομίαις εἰρχθῆναι, ὕστερον δὲ καὶ ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο βάρβαρον. Καὶ 72 ὁ Πλούταρχος δέ φησιν ἔλαιον αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμπορίας χάριν μετακομίσαι. Ἀλλ' ὅμως καὶ τῶν τοιούτων ψόγων ἀκούοντες θαυμάζομεν αὐτοῦ τὰ καλῶς εἰρημένα, καὶ τὴν ἐκ τούτων ὠφέλειαν καὶ ὑμᾶς ἀξιοῦ- 73 μεν ξυλλέγειν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ γυναῖκας γεγενῆσθαι παρ' Ἕλλησιν ἀξιεπαίνους ἀκούομεν. Λυσιδίκη μὲν γὰρ, ὡς φασὶν, ἐλούετο μὴ τὸν χιτωνίσκον ἐκδυομένη, 176 διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αἰδοῦς. Ἡ δὲ Φιλωτέρα κατιοῦσα εἰς τὴν πύελον κατὰ βραχὺ τὸ τῷ ὕδατι καλυπτόμενον ἐγύμνου τοῦ σώματος, ἀναστέλλουσα κατ' ὀλίγον τὸν χιτῶνα· καὶ αὖ πάλιν ἀνιοῦσα παραπλησίως ἠμπέσχετο. Θεανὼ δὲ ἡ Πυθαγορικὴ, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτὴν, καὶ εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀπεκρίνατο. Ἐρωτηθεῖσα δὲ πάλιν, Ποσταία γυνὴ

45. ὕστερον δὲ] D. addit αὐτόν.

176, 1. μὴ] μήτε D. 2. Φιλοτέρα] Φιλωτέρα D. 3. τὴν πύελον] τὸν πύελον C.D. 4. ἐγύμνου] ἐγυμνοῦτο D. 6. ἠμπέσχετο] ἠμπίσχετο D.

nibus consiliisque profecit, ut primo quidem vinctus fuerit, ac marmorum metallis addictus; subinde vero, tamquam barbarum mancipium, ad servitutem venumdatus. Ait vero Plutarchus Platonem venalitium oleum ad Ægyptios detulisse. Cumque probra hæc de illo ferri audiamus, nihilo tamen secius ea, quæ probe dicta sunt ab eo, laudamus atque suspicimus, neque indigna putamus esse de quibus et vos utilitatem fructumque capiatis. Ceterum mulieres quoque apud Græcos viguisse laudandas accepimus. Aiunt enim Lysidicen præ insigni quadam pudicitia, ne tunc quidem cum lavaretur, solitam esse subuculam exuere: Philoteram autem, cum in labrum balneare descenderet, quantum corporis aquæ immergeret, tantum ab inferiori parte sensim detegere assuetam, subucula paulatim ad superiora subducta. Cumque aquis lota emergeret, eadem ratione superiora corporis amictu obtegere. Pythagorica porro Theano, cuidam se intuito cupidiusque effato, *Pulchrum brachium*, respondisse fertur, *At non publicum*. Rursusque interrogata, quoto demum die mulieri liceret a complexu viri

ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; Ἀπὸ μὲν τοῦ ιδίου παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε
74 Ταῦτα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐπαινοῦμεν, καὶ φιλοσοφίας εἶναι ἄξια φαμέν. Καὶ ἀποδεχόμεθα τὸν Πλάτωνα τοῖς ἀγαθοῖς τὸν γάμον ξυντάξαντα, καὶ ἀθανασίας ἐπίνοιαν καὶ διαμονὴν τοῦ γένους καλέσαντα· Δημοκρίτῳ δὲ καὶ Ἐπικούρῳ λίαν μεμφόμεθα, παραιτεῖσθαι καὶ τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν κελεύουσι. Τὴν γάρ τοι ἡδονὴν ὁρισάμενοι τέλος, τὰ φροντίδας ἔχοντα καί τινας ἀηδίας
75 παντελῶς ἀπεκήρυξαν. Οἱ δὲ τῆς Ποικίλης μέσην τινα ὁδὸν ᾤδευσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν ξυνέζευξαν. Οἱ δὲ θεῖοι λόγοι τὴν μὲν διὰ φιλοσοφίαν ἐπινοουμένην ἀγνείαν ὑμνοῦσιν, ὡς βίον προξενοῦσαν φροντίδων ἐλεύθερον· τὸν δὲ σώφρονα γάμον νομοθετοῦσιν, ὡς καὶ τὸ γένος αὐξάνοντα, καὶ λαγνείας τοὺς σωφρονεῖν βουλομένους ἐλευθεροῦντα·

γονίαν
18. παιδοποιαν D. 25. φροντίδων ἐλεύθερον] ἐλεύθερον φροντίδων D. 26. αὐξάνοντα] αὔξοντα D.

sacris Cerealibus interesse; *statim licere* ait *ei quæ a proprio viro discesserit: quæ autem ab adultero, licere numquam.* Hæc igitur, et quæ sunt generis ejusdem, laudamus vehementer, ac philosophia digna esse censemus. Platonemque admittimus qui inter hominis bona nuptias collocet, quas etiam immortalitatis tuendæ inventum generisque humani stabilitatem appellet. Democritum vero et Epicurum non parum sane accusamus, qui et a nuptiis, et a liberorum procreatione homines dehortantur. Qui enim humanam felicitatem voluptate sola finiebant, quicquid vel curarum aliquid, vel fastidii afferre posset, rejiciebant atque damnabant. Philosophi autem qui variam porticum frequentabant, a qua Stoici dicti sunt, media quadam via incesserunt. Conjugia enim ac liberorum susceptionem, rebus illis annumerabant quæ susque deque indifferentesque habentur. Sacræ autem litteræ cælibatum quidem vehementer laudant, quem nonnulli ad excolendam philosophiam commenti sunt; utpote qui vitam homini tribuat curis omnibus expeditam: neque minus tamen et de legitimis nuptiis legem ferunt; ut quæ et hominum genus augeant, et impuris libidinibus eos liberent qui castitatem sectari volunt. Stupra vero ac fornicationes, omnemque aliam speciem lasciviæ, accusant et persequuntur,

πορνείας δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀκολασίας ὡς συώδους
76 κατηγοροῦσι. Τίμιος γὰρ ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη
ἀμίαντος, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· Πόρνους δὲ καὶ μοι-
χοὺς κρινεῖ ὁ θεός. Καὶ πάλιν· Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ
ταῖς χήραις Καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· εἰ
δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. Καὶ ἑτέρωθι· Πορ-
νεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία μὴ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς
πρέπει ἁγίοις. Καὶ ἀλλαχοῦ· Μή τις πόρνος καὶ βέβηλος,
77 ὡς Ἡσαῦ. Οἱ μὲν οὖν ἡμέτεροι διδάσκαλοι τὸν λογι-
κοῖς πρέποντα διεθεσμοθέτησαν βίον· οἱ δὲ τῶν φιλο-
σόφων ἄριστοι καὶ αὐτοὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐδουλώθησαν,
καὶ νόμους ἔγραψαν ἀκολασίαν διδάσκοντας· τοιοῦτοι
γὰρ οἱ περὶ γάμων καὶ παιδεραστίας τοῦ Πλάτωνος
νόμοι. Καὶ μέντοι καὶ περὶ φιλίας Ἱππόδαμος ὁ Πυθα-
γόρειος οὕτω γέγραφεν· Ἃ μὲν, ἐξ ἐπιστάμας θεῶν· ἃ
78 δὲ, ἐκ παροχᾶς ἀνθρώπων· ἃ δὲ, ἐξ ἀδονᾶς ζώων. Ὁ δὲ
δεσπότης Χριστὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις φησί·
Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς δύναται δεῖξαι, ἵνα τις θῇ

32. τοῖς] ταῖς D. 35. μὴ] μηδὲ D. 36. καὶ βεβ.] ἢ βεβ. D.
43. ἐπιστήμας] ἐπιστάμας V. et mox ἀδονᾶς cum D.

ut immundis suibus congruentem. *Honorabile enim connubium in omnibus, et torus immaculatus;* inquit sanctus apostolus: *Fornicatores autem et adulteros judicabit Deus.* Rursusque, *Dico autem nonnuptis et viduis; Bonum est illis si sic permanserint, sicut et ego: quod si se non continent, nubant.* Et alibi; *Fornicatio autem et immunditia ne nominetur in vobis; sicut decet sanctos.* Et alibi; *Ne quis fornicator aut profanus sicut Esau.* Nostri itaque magistri, doctoresque nostri, vitam suis legibus nobis instituerunt, quæ rationalem hominem maxime deceat. At vero qui e vestris habiti sunt philosophorum optimi, non minus et ipsi voluptatibus servierunt, legesque conscripserunt flagitiorum libidinumque magistras. Hujusmodi sunt enim Platonis leges, quas de conjugiis, deque pueris adamandis reliquit. Verum et de amicitia Hippodamus Pythagoricus hæc commemorat: *Alia quidem gignitur amicitia, ex deorum scientia: alia vero, ex hominum præbitione: alia porro, ex animalium voluptate.* Dominus autem Jesus Christus, in sacris evangeliis ita decernit: *Majorem hac caritatem nemo pot-*

τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. Τὰ τελεώτατα ἐκπαιδεύων καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐκέλευσεν ἀγαπᾶν· ὁ δὲ τὴν Πυθαγόρειον ἐκπαιδευθεὶς τετρακτὺν τὴν ἀν- 177
θρωπίνην φιλίαν ἐκ παροχῆς ὡρίσατο κατορθοῦσθαι.
79 Οὐ μόνον δὲ ἀπάδων ὅδε ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ πάμπαν ἀσύστατος. Πολλοὺς γὰρ ἐχθρῶν εὐεργέτας γεγενημέ- 5
νους εὑρίσκομεν· πολλοὺς δὲ εὖ μὲν παρά τινων πεπονθότας, ἀχαρίστους δὲ μάλα περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενημένους. Οὐ τοίνυν παροχῆς ἔκγονος ἡ φιλία, ἀλλὰ καρπὸς φιλίας ἡ παροχή.

80 Ταῦτα πάλιν, ὦ ἄνδρες, παρεξετάσαντες, καὶ γνόντες 10
ὅσον θείων καὶ ἀνθρωπίνων τὸ μέσον, δι' ἐκείνων, οἵου τινων στοιχείων, ἐπὶ τὴν τούτων ὁδεύσατε τελειότητα, καὶ Μὴ προφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, φησὶν ἡ
81 μελῳδία τοῦ Πνεύματος. Ὅταν γὰρ τοὺς εὐαγγελικοὺς 15
ἐπιδείξωμεν νόμους πολλῷ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ὄντας ὑψηλοτέρους, τηνικαῦτα ὑμεῖς τοὺς μὲν νόμους ἐπαινεῖτε, τοὺς δὲ τούτους παραβαίνοντας ἀδεῶς εἰς μέ-

176, ult. ἐκπαιδεύων] τε παιδεύων Sirm. 177, 3. κατορθοῦσθαι] κατωρθοῦσθαι D. 4. πάμπαν] σύμπαν D. 12. ὁδεύσατε] ὡδεύσατε D.

*est ostendere, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quo autem loco ad perfectissimum genus vitæ nos erudit, jubet ut inimicos etiam diligamus. Hippodamus autem Pythagoricus Tetractyn illam Pythagoræ, hoc est quaternarii numeri vim, perdoctus, humanam amicitiam proficisci ait a præbitione. Ceterum ratio hæc non modo est absona et inepta, sed quæ consistere nullo modo possit. Multos enim quos olim, puta, quis inimicos perpessus est, invenîmus ei mox beneficia contulisse. Rursusque est videre permultos, qui magnis ornati beneficiis, ingratos tamen adversus eos se præbent a quibus beneficia illa acceperint. Haud igitur amicitia gignitur ex præbitione; sed fructus amicitiæ est præbitio.

